

Inter libros
Josephi Mariae Parascandolo
Antecessoris Regii
A. L. X.

DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS

SACRORUM RITUUM

EX ACTIS EJUSDEM SACR. CONGR. COLLECTA

CURA, ET STUDIO SACERDOTIS

ALOYSII GARDELLINI

EJUSDEM S.R.C. ASSESSORIS, ET SUB-PROMOTORIS FIDEI

EDITIO ALTERA EMENDATIOR

TOMUS QUINTUS

COMPLECTITUR DECRETA

AB ANNO 1754. AD 1816. = A NUM. 4089. AD 4367.

CUM INDICE GENERALI.

ROMAE

TYPIS FRANCISCI, ET LEOPOLDI BOURLIÉ

M. DCCC. XXV.

Praesidum permissu, et privilegio.

INDEX

DIOECESIUM, ET DECRETORUM.

DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM.

4089. ASTEN.

Exorta inter Patres S. Augustini Congregationis Lombardiae, ac Patrem Rectorem Ecclesiae Parochialis S. Mariae de Populo Oppidi Clarasci Dioecesis Asten. ex una, et Praepositum S. Petri, et Parochos saeculares Sanctorum Martini, et Gregorii ejusdem oppidi ex altera partibus controversia circa Processiones, et functiones Ecclesiasticas peragendas, illaque ad S. R. C. delata, infrascripta Dubia coram Emo, et Rmo Dño Card. Columna de Sciarra Ponente concordata decidenda proposita fuerunt, nempe.

1. An Rector Regularis Ecclesiae Parochialis S. Mariae de Populo Oppidi Clarasci, occasione generalium Processionum, aliarumque publicarum functionum incedere debeat collegialiter ultimo loco in eodem ordine, ac linea Parochorum saecularium, seu potius debeat incedere solus, et seorsim a Parochis saecularibus in casu etc?

2. An dicto Rectori Regulari, ac Plebano Ecclesiae Parochialis S. Gregorii dicti Oppidi competat usus Stolae in supradictis Ecclesiasticis functionibus, ac generalibus supplicationibus in casu etc?

3. An, occasione earumdem supplicationum generalium, publicarumque functionum Ecclesiasticarum, deficientibus omnibus Parochis saecularibus, ac Praeposito, jus peragendi functiones competat eidem Rectori Regulari, seu potius vice Curato, sive substituto Praepositi in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi, et Rmi Dñi Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative ad primam partem juxta modum, Negative ad secundam*. Modus est, *ut quatuor Parochi incedant bini, et Parochus Regularis ad sinistrum latus Plebani, quando omnes conveniunt; si vero tres tantum interfuerint Parochi, comprehenso Parocho Regulari, tunc omnes incedant in eodem ordine, et linea, dummodo Parochus Regularis occupet ultimum locum, et amplius*.

Ad 2. *Affirmative, quatenus deferatur ab omnibus aliis Parochis, et amplius*.

Ad 3. *Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam, et amplius*. Et ita declaravit, ac servari mandavit *Die* 16. *Februarii* 1754.

4090. BAHIEN.

Cum Rmus Archiepiscopus Civitatis Bahiae, alias S. Salvatoris nuncupatae, occasione controversiae in sua Civitate exortae circa commemorationem faciendam inter communia suffragia de SSmo Salvatore Titulari Civitatis praedictae, ejusque Cathedralis, ac de Sancto Francisco Xaverio Patrono

Principali ritè electo, et confirmato ejusdem Civitatis per supplicem libellum humillime supplicaverit SSmo D. Nostro Benedicto Papae XIV. pro solutione sequentium duorum Dubiorum; ac Sanctitas Sua preces Oratoris S. R. C. remiserit; praedicta Dubia ab Emo, et Rmo D. Card. Tamburino ejusdem S. C. Praefecto, ac Ponente in ea proposita fuerunt, nempe.

1. An Archiepiscopo praedicto liceat declarare per literas Pastorales SSmum Salvatorem non esse Patronum, sed semper fuisse, et esse Titularem Civitatis Bahiensis, ejusque Cathedralis, adeoque imposterum pro Titulari habendum, et colendum sub eodem ritu, quem nunc habet, et semper habuit, quando Patronus existimabatur?

2. An eidem liceat declarare per literas Pastorales S. Franciscum Xaverium esse Patronum Principalem Civitatis Bahiensis rite constitutum, adeoque imposterum pro Patrono Principali habendum, et colendum sub ritu, qui Patronis Principalibus Civitatum conceditur; ita ut infra annum in Officio Divino, quando dicuntur suffragia Sanctorum, de eo ut Patrono Principali fieri debeat commemoratio loco competenti, et praeterea in Missa, quando dicitur Oratio *A cunctis*, sub litera N., ejus nomen exprimi debeat?

Et S. eadem C., audito prius voto ab Apostolicarum caeremoniarum Collegio scriptis exarato, typisque evulgato, rescribendum censuit. Ad 1. *Licere prout in Dubio*.

Ad 2. *Pariter licere, prout in Dubio, dummodo non omittatur in Metropolitana commemoratio SSmi Salvatoris tamquam Titularis ejusdem*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 16. Februarii* 1754.

4091. CAMERINEN. PRAEEMINENTIARVM.

Ortis nonnullis controversiis inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Terrae Mathelicae Dioecesis Camerinen., et Nicolaum Fraschetti Parochum, seu Abbatem Ecclesiae S. Antonii ejusdem Terrae super Matricitate predictae Ecclesiae S. Mariae, aliisque praeeminentiis, iisque ad S. R. C. judicium delatis, concordata fuerunt coram Emo, et Rmo D. Cardinali Tanara Ponente sequentia Dubia.

1. An constet de attentatis commissis a Parocho nuncupat Priore, seu Abbate S. Antonii, et quomodo sint purganda in casu etc?

2. An constet de Matricitate insignis Collegiatae Ecclesiae S. Mariae in casu etc?

3. An Parochus Ecclesiae Parochialis S. Antonii una cum ejus Cappellano Curato sit cogendus accedere ad publicas, et generales Processiones quae fiunt a Capitulo insignis Collegiatae Ecclesiae S. Mariae cum Superpelliceo, et Stola tantum, seu potius cum habitu Protonotarii Apostolici in casu etc?

4. An in eisdem Processionibus generalibus Parochus S. Antonii, ejusque Cappellanus Curatus incedere debeat sub unica Cruce Ecclesiae Collegiatae, vel potius constituere possit corpus distinctum cum dicto Cappellano Curato, et assertis Presbyteris, et Clericis suae Ecclesiae Parochialis, et suam elevare Crucem in casu etc? et quatenus affirmative quoad primam partem,

5. An, et qui locus Parocho S. Antonii, ejusque Cappellano Curato

sit assignandus in publicis Processionibus in executionem resolutionum anni 1640, et 1664 in casu etc?

6. An, non interveniente Capitulo, in associandis funeribus parochianorum Ecclesiae Collegiatae ad Ecclesiam S. Antonii, istius Parochus Stolam induere, et Crucem elevare possit, ac praecedentiam habere debeat a Parocho Collegiatae, etiam intra limites Parochiae ejusdem Collegiatae, seu potius, intra limites tantum ipsius Parochiae S. Antonii, in casu etc?

7. An non interveniente Capitulo in associandis funeribus Parochianorum Ecclesiae S. Antonii ad Ecclesiam Collegiatam, istius Parochus Stolam induere, et Crucem elevare possit, ac praecedentiam habere debeat a Parocho S. Antonii etiam intra limites ipsius Parochiae S. Antonii, seu potius intra limites tantum Parochiae ejusdem Collegiatae in casu etc?

8. An Canonici non invitati accedere possint ad funera tam lucrandi stipendii causa, quam non, in casu etc?

9. An familia illorum de Loris sit sub Parochia Collegiatae, seu potius Ecclesiae S. Antonii in casu etc?

10. An Parocho Ecclesiae S. Antonii debeatur quarta funeris deposita post obitum Michaelis Angeli Lori in casu etc?

11. An signum delationis SSmi Viatici ad infirmos Parochiae S. Antonii privative spectet ad Ecclesiam S. Mariae, seu dari etiam possit ab Ecclesia Parochiali S. Antonii in casu etc?

12. An signum pro indictione jejunii privative spectet ad Ecclesiam S. Mariae, seu dari etiam possit ab Ecclesia Parochiali S. Antonii in casu etc?

13. An sint circumscribenda dicta signa, pendente lite, data a Parocho S. Antonii in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Constare de Majoritate, non autem de Matricitate*.

Ad 3. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

Ad 4. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

Ad 5. *Debere incedere ante omnes de Capitulo, et Clero Collegiatae*;

Ad 6. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

Ad 7. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

Ad 8. *Negative*.

Ad 9. *et* 10. *Non spectare ad S. C.*

Ad 11. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*.

Ad 12. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

Ad 13. *Provisum in primo, et amplius in omnibus*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 16. *Februarii* 1754.

4092. REMEN.

Abbatissa Monasterii S. Petri Civitatis Remensis Ordinis S. Benedicti humillime S. R. C. exposuit Dubium resolvendum circa modum recitandi Officium Inventionis SSmae Crucis, quando, occurrente aliquo festo non translato novem lectionum, non potest celebrari, nisi post Pentecosten,

S. eadem C., ad relationem Emi, et Rmi D. Cardinalis Tamburini ejusdem S. C. Praefecti, respondit.

In Officio omittitur Alleluja, *nisi ubi reperitur in Festo Exaltationis.*

In Hymno. Vexilla: *dicitur*: In hac triumphi gloria.

In Matutino Antiphonae, ut in Festo Exaltationis, exceptis prima primi, et prima pariter secundi Nocturni, quae dicuntur ut in Festo Inventionis.

In secundis Vesperis Antiphona ad Magnificat: Crucem: Sanctae etc?

In Missa Introitum, et Communio sine Alleluja, *et Graduale, ut in Missa Exaltationis.*

Et ita etc. *Die* 16. *Februarii* 1754.

4093. URBIS.

Prior conventus Carmelitarum excalceatorum S. Mariae de Schala Urbis S. R. C. humillime supplicavit pro resolutione sequentis Dubii, Festum duplex secundae classis habens Octavam cadit in Dominica impedita Officio altioris ritus, sed sine Octava: quaeritur; Utrum Officium praedicti Festi possit reponi in subsequenti Dominica, cum alias sit Octava ejusdem Festi, et tota hebdomada sit impedita, vel potius debeat fieri de Dominica, et dictum Officium reponi prima die non impedita post dictam Dominicam?

Et S. eadem C., ad relationem mei Secretarii, rescripsit: *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam*. Et ita declaravit etc. *Die* 16. *Februarii* 1754.

4094. AMERINA.

Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Amerinae ex una, et Archipresbyterum, et Canonicum Curatum Ecclesiae Collegiatae Terrae Luniani, ex altera partibus, super jure, et modo interessendi in dicta Ecclesia Cathedrali primis Vesperis Festivitatis S. Firminae Patronae Principalis ejusdem Civitatis, et Dioecesis, illisque ad S. R. C. delatis, Emus, et Rmus D. Cardinalis Millinus Ponens infrascripta Dubia a se concordata decidenda proposuit, nempe.

1. An Archipresbyter, et Canonicus Curatus Ecclesiae Collegiatae B. Mariae Terrae Luniani, teneantur interesse primis Vesperis in Ecclesia Cathedrali Ameriae in Vigilia S. Firminae? et quatenus affirmative.

2. An eidem Archipresbytero, et Canonico Curato, occasione hujus interessentiae, liceat deferre Almutiam in casu etc.?

3. An, et qui locus assignandus sit in choro Cathedralis dicto Archipresbytero, et Canonico Curato, et quomodo thurificandi in dictis primis Vesperis?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Negative*.

Ad 3. *Servetur solitum, et amplius in omnibus*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 11. *Maii* 1754.

4095. ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA S. FRANCISCI PROVINCIAE MAJORIS POLONIAE.

Regulares Minorum de observantia S. Francisci Provinciae majoris Poloniae humillime S. R. C. supplicarunt pro declaratione infrascriptorum Dubiorum.

1. Cum in omnibus Conventibus erectae sint Archiconfraternitates S. Annae, S. Patris Francisci, S. Antonii, et aliorum Sanctorum: quaeritur: an Missae votivae simplices de hujusmodi Sanctis cantari possint in Festo duplici majori, et minori, sed non de praecepto, seu festivo, ut antiqua consuetudo in hac Provincia viget, et ad quas populus concurrit, easque libenter audit, et cantari procurat?

2. An Missae de Requiem pro parentibus fratrum dictae Provinciae qualibet feria secunda in quolibet conventu possint cantari, exposito castro doloris, occurrente Festo duplici majori, et minori, sed non de praecepto, seu festivo?

3. An Missae de Requiem possint cantari in nostris Ecclesiis pro Benefactoribus defunctis (qui apud nos non sepeliuntur) in die obitus illorum, occurrente Festo duplici minori, et majori, sed non de praecepto, seu festivo?

4. An Missae de Requiem (ut populus semper praetendit, et non per applicationem Sacrificii) possint cantari pro Benefactoribus defunctis, ad petionem haeredum, quavis die, etiamsi non sit dies obitus, vel anniversarii, occurrente Festo duplici majori, et minori, sed non de praecepto, seu festivo? In omnibus supradictis quaesitis exclusa volumus Festa primae, et secundae classis, Dominicas per annum, Ferias, et Octavas privilegiatas.

5. Cum S. R. C. decreverit in Festo duplici minori, et majori, sed non de praecepto posse cantari Missam de Requiem, cum accipitur nuntium de obitu alicujus in loco dissito etc., sub die 4. Maii 1686. (2961.), et anniversaria, quae, ex dispositione testatorum, cum cantu quotannis sunt celebranda, possint cantari, etiamsi eorum dies inciderit in Festum duplex majus, non tamen de praecepto, sub die 20. Julii 1669., annuente Ssĩño Clemente IX. (2337.) Quaeritur: quomodo intelligendum duplex majus de praecepto: an quod sit celebre ad populum, seu festivum, seu alio modo?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emĩi, et Rmĩi D. Cardinalis Tamburini ejusdem S. C. Praefecti, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Negative*.

Ad 3. *Affirmative*.

Ad 4. *Negative*.

Ad 5. *Festum duplex majus de praecepto est illud, in quo occurrit Officium recitandum sub ritu duplici majori, cuique a legitimo Superiore adnexum est praeceptum audiendi Sacrum, et abstinendi ab operibus servilibus*. Et ita declaravit. *Die 11. Maii* 1754.

4096. CASALEN. PRAEEMINENTIARUM.

Praepositus, et Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Majoris de Platea civitatis Casalis, facta sibi potestate revidendi resolutionem contumacialem a S. R. C. captam sub die 26. Augusti 1752. favore Capituli, et Canonicorum Ecclesiae Cathedralis ejusdem Civitatis, obtinuerunt ab Emo, et Rmo Dno Card. Sacripante Ponente proponi consuetum Dubium = An sit standum, vel recedendum a decisis? Et una simul examinari alia duo sequentia Dubia coram eodem Emo Ponente in partium contradictorio subscripta, quae sunt.

1. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 16. Augusti 1752. in casu etc? Et quatenus affirmative ad primam partem.

2. An Canonici Collegiatae teneantur praeparare etiam tapetes, et cujus coloris in casu etc?

3. An Canonici Ecclesiae Cathedralis praeparare teneantur Canonicis Collegiatae scamna, et tapetes in functionibus cum eorum interventu peragendis in Ecclesia Cathedrali, seu potius sit servandum assertum solitum in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, et ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *In decisis, et amplius*.

Ad 2. *Negative, et quoad colorem, in decretis sub die* 15. *Julii* 1752. (4077).

Ad 3. *Quoad scamna Affirmative; quoad tapetes Negative, sed esse deferendos per Canonicos Collegiatae coloris, ut ad secundum, et amplius in omnibus*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 13. *Julii* 1754.

4097. PENNEN.

Ad dirimendas nonnullas obortas controversias inter Capitulum Ecclesiae Cathedralis, et Vicarium Generalem, ac Promotorem Fiscalem Curiae Episcopalis Civitatis Pennen. ab Emo, et Rmo Dno Card. Tamburini Ponente in S. R. C. infrascripta duo Dubia inter partes concordata proposita fuerunt, nempe.

1. An liceat Vicario tempore Sacrarum Functionum, tam praesente, quam absente Episcopo, uti sede appodiali segregata a Capitulo in Ecclesia Cathedrali, ac etiam installationis novorum Canonicorum in casu etc?

2. An liceat Capitulo, et Canonicis Ecclesiae Cathedralis in Vigiliis dierum SSmi Corporis Christi, SSmae Conceptionis, Sacrarum Rogationum, Sanctorum Maximi, et Blasii Protectorum Civitatis, ac SSmae Trinitatis, anticipare horam pro recitatione Matutini de sero post Vesperas, ac campanas respective ad hujusmodi effectum pulsare, absque licentia Episcopi in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative, juxta Decreta in Alexanen* 28. *Julii* 1742. (3979).

Ad 2. *Negative, et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 13. *Julii* 1754.

4098. LISBONEN.

Cum Ruy Correa Lucas, et Militia de Sylveira conjuges Lisbonen. in ultimo, quo decesserunt Testamento, Hospitium fundaverint pro duodecim Sacerdotibus ultra Rectorem, qui tenerentur per turnum singulis diebus in perpetuum celebrare duas Missas, et ultra praedictas deberent etiam celebrare alias duas singulis diebus Festivis duodecim Apostolorum, S. Pauli, Evangelistarum, Doctorum Ecclesiae, Patriarcharum Religionum, S. Josephi etc.: propterea ad tollendum omne Dubium in adimplemento praedictorum onerum Franciscus Carneiro hodiernus Administrator praedictae piae operae, S. R. C. pro declaratione infrascriptorum Dubiorum humillime supplicavit, nempe.

1. An in Festis Sanctorum Apostolorum, et Evangelistarum Joannis, et Matthaei, ultra duas Missas quotidianas sufficiat alias duas celebrare, vel potius quatuor celebrandae sint ex eo, quia praedicti Sancti non solum Apostoli, sed etiam sunt Evangelistae?

2. Quinam pro Doctoribus Ecclesiae intelligendi sint, an quatuor Primarii dumtaxat, sive etiam alii posteriores?

3. Quinam pro Patriarchis Religionum intelligendi?

Et S. eadem C. ad relationem Emi, et Rmi D. Card. Millini Ponentis, censuit rescribendum. Ad 1. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

Ad 2. *In casu, de quo agitur intelligendos illos, in quorum Officio Ecclesia utitur Antiphona* = O Doctor optime etc.

Ad 3. *In casu de quo agitur intelligendos esse omnes illos, de quibus Ecclesia Catholica celebrat Officium, et Missam*. Et ita declaravit. *Die* 7. *Septembris* 1754.

4099. NEAPOLITANA FUNCTIONUM.

Inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Metropolitanae Neapolis ex una, et Beneficiatos hebdomadarios nuncupatos ejusdem Ecclesiae ex altera partibus, exortis nonnullis controversiis super observantia omnium, et singulorum, quae praescribuntur Beneficiatis Cathedralium a Caeremoniali Episcoporum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, eisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia coram Emo, et Rmo Dno Card. Sacripante Ponente concordata decidenda proposita fuerunt, nempe.

1. An asserti Beneficiati, sive Hebdomadarii nuncupati Ecclesiae Metropolitanae Neapolis, in functionibus Ecclesiasticis teneantur servare omnia, et singula, quae praescribuntur Beneficiatis Ecclesiarum Cathedralium a Caeremoniali Episcoporum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis in casu etc?

2. An dicti Hebdomadarii in die Purificationis, et in Dominica Palmarum, teneantur accipere Candelas, et Palmas respective a Canonico celebrante genuflexi, atque ipsius manus deosculantes, sive potius stantes, et inclinati tantum sine manus deosculatione in casu etc?

3. An Hebdomadarii in die Cinerum teneantur recipere Cineres genuflexi, sive potius stantes, et inclinati tantum in casu etc?

Et S. eadem C., visis juribus Canonicorum, eorumque Procuratore tantum voce, ac scripto informante audito, cum adversa pars pro sola dilatione comparuerit, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. et 3. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*, *et ad Emum Ponentem juxta mentem*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 22. *Decembris* 1753.

Verum cum per Beneficiatos hebdomadarios nuncupat. super iisdem propositis, et resolutis Dubiis coram Emo Ponente nova audientia expetita fuerit, eaque obtenta cum clausula = non retardata tamen executione Decretorum Curiae Archiepiscopalis Neapolis, juxta mentem S. C., propositum fuit in eadem S. C. sequens Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.?

Et S. eadem C., Procuratore Canonicorum tantum voce, et scripto informante audito, cum adversa pars iterum pro sola dilatione insteterit, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi Dni Cardinalis Sacripantes Ponentis, censuit rescribendum: *In decisis*, *et ad Emum Archiepiscopum*, *qui incumbat executioni Decretorum S.C.*, *utendo juris*, *et facti remediis*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 7. *Septembris* 1754.

4100. ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI REFORMATORUM IN PROVINCIA S. MARIAE DE ARRABIDA IN REGNO PORTUGALLIAE.

Propositis S. R. C. per Fratrem Joannem a S. Josepho Ordinis Minorum Reformatorum Provinciae S. Mariae de Arrabida in Regno Portugalliae caeremoniarum Magistro in Coenobio S. Antonii, nec non Beatae Mariae prope Masram sequentibus Dubiis.

1. An Fratres memoratae Provinciae infra Octavam omnium Sanctorum, Anniversarium a Joanne V. Rege Fidelissimo fel. rec. Coenobii, et Ecclesiae Fundatore institutum, pro animabus Regis Petri II., et Reginae Mariae Parentum suorum, nec non alia tria anniversaria pro omnibus defunctis Religiosis Provinciae, eorumque parentibus, et Provinciae Patronis, solemniter celebrare possint illis diebus ab Officio duplici impeditis?

2. An Patres praedictae Provinciae debeant, vel possint continuare recitationem Officiorum specialium Calendarii Dioecesis, vel ab illa totaliter abstinere?

S. eadem C., ad relationem Emi, et Rmi D. Card. S. Caesarei Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Quoad primum Anniversarium pro gratia*, *et in reliquis serventur Decretum Alexandri VII.* 5. *Augusti* 1662.

Ad 2. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*, *et serventur Decreta S. C.*, *et Constitutiones Ordinis*. Et ita declaravit. *Die* 11. *Januarii* 1755.

4101. ARIMINEN. SEDILIS.

Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Luciae Oppidi Sabiniani Dioecesis Ariminen. ex una, et Magistratum dicti Oppidi ex altera partibus, super jure retinendi scamnum extra Presbyterium, occasione audiendi conciones, et aliarum functionum in dicta Ecclesia peragendarum, illisque ad S.R.C. delatis, Emus, et Rmus Dnus Card. Tamburinus ejusdem S.C. Praefectus Ponens infrascripta Dubia a se concordata decidenda proposuit, nempe

1. An Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Luciae retinere possint proprium scamnum extra Chorum, seu Presbyterium, interveniente Magistratu Sabiniani pro audiendis concionibus, aliisque functionibus in eadem Ecclesia? Et quatenus affirmative.

2. An Magistratus retinere possit scamnum in principio navis dictae Ecclesiae Collegiatae, seu potius in eodem loco collocandum sit scamnum Canonicorum in casu etc.?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque iuribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative, et quoad collocationem scamnorum, arbitrio, et prudentiae Episcopi.*

Ad 2. *Provisum in primo*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 12. *Aprilis* 1755.

4102. LISBONEN.

Cum P. Abbas generalis Ordinis S. Hieronymi Congregationis Portugalliae humillimas preces SSmo D. Nostro Benedicto PP. XIV. porrexerit, ut Abbas generalis pro tempore ejusdem Congregationis recipere valeat benedictionem a quolibet ex Episcopis Portugalliae, impertita simul eidem Abbati facultate benedicendi alios Abbates, qui ex antea Abbatis generalis munus obierint, atque in posterum dicti Abbatis generalis Successores benedictionem ab eorum Praedecessoribus possint recipere.

Et S. R. C., ad quam praefatas preces Sanctitas Sua remiserat, ad relationem Emi, et Rmi D. Card. Galli Ponentis, rescripserit,

Ad 1. *Consulendum SSmo pro concessione indulti Abbati generali sumendi benedictionem; servata in omnibus Bulla Benedicti XIII.*

Ad 2. *Negative, si SSmo Dno Nostro placuerit*. *Hac die* 12. *Aprilis* 1755.

Et facta deinde per me Secretarium de praedictis eidem SSmo D. Nostro relatione, *Sanctitas Sua votum S.C. benigne approbavit, et mandavit expediri Breve ad formam dicti voti*. *Die* 23. *Aprilis* 1755.

4103. LUCANA.

Cum Rmo Episcopo Lucano nonnulla occurrerint Dubia circa sacros Ritus, humillime S. R. C. supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. An ferenda sit immemorabilis, aut antiqua consuetudo Parochorum benedicentium sacrum Fontem de mane, aut in Vesperis dierum Festorum

Paschatis, et Pentecostes, aliorumque Festorum, juxta praescriptum Ritualis Romani, ubi agit de benedictione Fontis Baptismi extra Sabbatum Paschae, et Pentecostes, cum aqua consecrata non habetur?

2. An Parochis, quibus, in die Sabbati Sancti imminet onus adeundi Ecclesiam Matricem, aut Plebanalem, ut functioni Fontis intersint, Aquamque benedictam, atque Olea sacra recipiant, possint, aut teneantur idem onus in alium Sacerdotem ab iis deputandum, aut delegandum rejicere, ut qui habent Fontem Baptismalem illum benedicant, et cum quo numero Ministrorum, aut saltem Sacrum faciant pro commoditate, et devotione suorum Parochianorum?

3. An fas sit Parochis uti in collatione Sacramenti Baptismatis Aqua in Ecclesia Matrice, aut Plebanali benedicta, cui privatim, et separatim, et non in ipso actu Benedictionis Baptismalis infusa fuerint Olea sacra?

4. An Parochi in alienas Ecclesias convenientes, aut non convenientes, possint, attenta consuetudine immemorabili, aut saltem antiqua, Sacrum facere in die Sabbati Sancti cum cantu, aut sine cantu in propria Ecclesia, praetermissis benedictionibus Ignis, Cerei, Prophetiis, aliisque ritibus ipsa die praescriptis, aut, non obstante eadem consuetudine, idem Sacrum omittere teneantur? Et quatenus negative quoad secundam partem sub qua poena statuenda contra Parochos, aliosque Sacerdotes?

Et S. eadem C., ad relationem Emi, et Rmi D. Card. Tamburini S.R.C. Praefecti Ponentis, censuit rescribendum:

Ad 1. *Parochos habentes facultatem benedicendi Fontem Baptismalem Sabbatis diebus Paschatis, aut Pentecostes dumtaxat, et non aliis diebus illum de mane benedicere debere. Qui vero hanc facultatem non habent, ab ejus benedictione se abstinere tenentur.*

Ad 2. *Parochis licere alium Sacerdotem delegare, qui benedictioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Matrice pro iis assistat; sicuti etiam possunt die Sabbati Sancti alteri Sacerdoti Missae celebrationem in propria Ecclesia committere. Qui facultatem obtinent Fontem benedicendi, quatuor saltem Clericos in ministerio habebunt.*

Ad 3. *Parochi ex Matricis Fonte Aquam, cui sacra Olea jam fuerint commixta suscipere debent, quam adhibeant in Baptismi collatione. Qui vero ante Fontis benedictionem Olea sacra recipere non potuerunt, illa subinde privatim, ac separatim in Aquam mittere poterunt.*

Ad 4. *Congruit, ut Missae in Sabbato Sancto celebrandae Ignis, ac Cerei benedictio praecedant; ante quam Missam Prophetiae omitti non debent; et Archiepiscopus Parochos ad Ignis, et Cerei benedictionem faciendam aliqua poena pecuniaria adigere poterit.* Et ita declaravit. *Die 12. Aprilis 1755.*

4104. TERLITIEN.

Exorta inter Stephanum Rutiliani primum Cantorem Ecclesiae Cathedralis Terlitien. ex una, et Nicolaum Scandilio Primicerium ejusdem Ecclesiae Cathedralis ex altera partibus, controversia, circa celebrationem

Missarum solemnium, aliasque functiones ecclesiasticas peragendas, illaque ad S.R.C. delata, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo D. Card. S. Caesarei Ponente concordata, decidenda proposita fuerunt, nempe.

1. An celebratio Missarum pontificalium, aliaeque functiones pontificales resultantes ex quocumque impedimento Archidiaconi primae Dignitatis, et Archipresbyteri secundae Ecclesiae Cathedralis Terlitien., spectent ad Primicerium tertiam Dignitatem dictae Ecclesiae Cathedralis privative in quacumque hebdomada, seu potius ad primum Cantorem quartam Dignitatem in ejus hebdomada tantum?

2. An celebratio Missarum solemnium non pontificalium, aliaeque functiones in solemnitatibus minoribus, et non pontificalibus spectent ad eumdem Primicerium privative in quacumque hebdomada, seu potius ad dictum primum cantorem in propria hebdomada tantum?

3. An praeeminentiae Thuris, Palmae, Aquae lustralis, Pacis, Candelae, Cineris, aliaeque similes, spectent pariter privative ad dictum Primicerium in quacumque hebdomada, vel potius ad eumdem primum Cantorem in propria ejus hebdomada tantum?

4. An praeintonatio in Antiphonis, Psalmis, Canticis, aliisque similibus, quae fiunt in Choro, excepto Celebrante, spectet privative ad eumdem Primicerium, currente hebdomada in ejus parte Chori?

5. An praeintonatio in Processionibus, aliisque functionibus tam laetitiae, quam funeris, quae fieri contingunt extra Chorum, spectet ad dictum Primicerium privative quoad primum Cantorem in quacumque hebdomada?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi, et Rmi D. Card. Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. et 2. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*.

Ad 3. *Quoad receptionem Palmarum, Candelae, et Cinerum, Affirmative, in reliquis servetur ordo Chori*.

Ad 4. *Affirmative*.

Ad 5. *Negative*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 12. *Aprilis* 1755.

Verum, cum praedictus Nicolaus Scandilio editis resolutionibus supra propositis Dubiis minime acquieverit, expetita, et obtenta coram eodem Emo Ponente nova audientia.

S. eadem C., Procuratore tantum Stephani Rutiliani scripto, et voce iterum informante audito, visisque juribus ab eodem pariter deductis, cum altera pars minime comparuerit, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi D. Card. S. Caesarei Ponentis, rescribendum censuit: *In Decisis, et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 14. *Junii* 1755.

4103. FIRMANA.

Supplicantibus Praeposito, et Canonicis insignis Collegiatae S. Stephani Protomartyris Montis Sancti Firmanae Dioecesis, nuper a SSmo D.

Nostro Benedicto Papa XIV. institutae, declarari a S. R. C., an ipsi cogi possint ad recitationem in Choro statutis diebus Officii B. M. V., et defunctorum, Psalmorum quoque poenitentialium, et gradualium, juxta Rubricas Breviarii Romani, constitutiones synodales, et consuetudinem Firmanae Dioecesis? Et proposito Dubio per Emum, et Rmum D. Cardinalem Tamburini S. C. Praefectum, et hujus Instantiae Ponentem, audito prius Rmo Archiepiscopo.

Emi Patres S. R. C. praepositi unanimi fuerunt in sensu: *Non esse cogendos etc.* Ita S. C. decrevit, et servari mandavit. *Die* 14. *Junii* 1755.

4106. ROMANA PRAECEDENTIAE.

Exorta inter nonnullos Canonicos Subdiaconos Ecclesiae Collegiatae S. Angeli in Foro piscium Urbis, et alios Canonicos Praesbyteros ejusdem Ecclesiae ex altera partibus, controversia super jure praecedendi in Choro, aliisque functionibus ecclesiasticis tam publicis, quam privatis peragendis, illaque ad S. R. C. delata, infrascriptum Dubium, coram Emo, et Rmo D. Card. Cavalchino Ponente concordatum, decidendum propositum fuit, nempe.

An praecedentia Canonicorum S. Angeli in Foro piscium sit regulanda a majori, vel minori Ordinis dignitate, seu potius ab antianitate possessionis Canonicatus, etiam quoad Canonicos coadjutores, absentibus Coadjutis, juxta praetensam consuetudinem in casu etc.?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi, et Rmi D. Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit: *Affirmative ad primam partem, et Negative ad secundam; sed in casu, de quo agitur, attentis peculiaribus circumstantiis, quoad Canonicos viventes nihil esse innovandum, et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 14. *Junii* 1755.

4107. ANGELOPOLITANA.

Cum Capitulum, et Canonici Ecclesiae Cathedralis Angelopolitanae in Indiis Occidentalibus S.R.C. humiliter exposuerint, tam in eadem Cathedrali, quam in tota Dioecesi adamussim observata fuisse Decreta ejusdem S.C., et signanter illud de anno 1735. praecipiens. *Quod Officia Sanctorum, quae in fine anni supererunt, non sunt transferenda ad annum sequentem, sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno diebus eorum propriis consideranda sunt tamquam simplicia, faciendo eorum commemorationem, ut fit in semiduplicibus cum nona lectione composita ex omnibus lectionibus propriis secundi Nocturni* (si proprias habuerint) *ad modum unius*. Sed cum quidam Religiosus Matritensis in Calendario typis dato inter coetera notaverit circa supradictum Decretum, quod principium anni in hoc casu a die illius Festi, non a mense Januario computandum sit, ideo ad tollendum quodcumque Dubium eidem S.R.C. enixe supplicarunt: quatenus benigne declarare dignaretur, quod intelligendum sit de anno communi, quod incipit mense Januario, et non aliter.

Et S. eadem C., ad relationem mei Secretarii, *damnata Religiosi Matritensis vana interpretatione, Capitulo, et Canonicis praefatae Ecclesiae Metropolitanae respondendum* censuit: *Decretum diei* 26. *Novembris* 1735. (3889.) *esse intelligendum de anno vulgari, et communi, qui a Calendis incipit Januarii*. Et ita declaravit. *Die* 30. *Augusti* 1755.

4108. LISBONEN.

Cum Emus, et Rmus D. Cardinalis Patriarcha Lisbonen. S.R.C. humillime exposuerit, quod, juxta Decretum ejusdem S. C. 20. Julii 1748. quando Festum Annunciationis B. M. V. occurrerit in hebdomada majori, vel Paschali, transferri debeat ad feriam secundam post Dominicam in Albis, quodque in toto Regno Portugalliae in dicta Feria secunda tamquam in die propria Festum B. M. V. sub titulo Gaudiorum cum Officio, et Missa sub ritu dup. secundae classis non ex praecepto, sed quidem ex magna illius Regni devotione, juxta concessionem Sixti PP. V. 23. *Decembris* 1662. celebrari, propterea praefatus D. Cardinalis Patriarcha eidem S. R. C., enixe supplicavit, quatenus decernere dignaretur: de quo ex dictis duobus Festis praedicta die, quoties concurrerint, faciendum sit Officium?

Et S. eadem C., ad relationem mei Secretarii: *Officium faciendum esse de Annunciatione, et Officium B. M. V. sub titulo Gaudiorum omittendum esse* declaravit. *Die* 30. *Augusti* 1755.

4109. BRIXINEN.

Cum Clerus, et populus loci Trensi Dioecesis Brixinen. S. R. C. humillime exposuerint, quod Festum Dedicationis Ecclesiae sub titulo B.M.V. dicti loci Trensi, celebrandum ab Oratoribus Dominica ultima mensis Junii, saepius impeditur a Festo Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli occurrente dicta Dominica, ideoque suplicaverint pro translatione Dedicationis dictae Ecclesiae ad Dominicam post Festum S. Annae Matris B. M. V.

Sac. eadem Congregatio, audito prius Rmi Ordinarii informatione, ad relationem mei Secretarii, *petitam translationem pro illis tantum annis, in quibus Festum Sanctorum Apostolorum concurrit cum Dedicatione dictae Ecclesiae, Oratoribus* benigne concessit. *Die* 30. *Augusti* 1755.

4110. VARMIEN.

Cum Rmo Episcopo Varmiensi nonnulla occurrerint Dubia circa Rubricas, S. R. C. enixe supplicavit, quatenus ea benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. Cum adsint Decreta aliquoties repetita, quod in Missa de Beatis, id est nondum Canonizatis, *Credo* dici non debeat, dubitatur: an in Festis B. Joannis Cantii, B. Joannis a Ducla, B. Ladislai a Genlow, et B. Cunegundis Virginis, quorum Officium auctoritate Sedis Apostolicae tamquam de Patronis Regni principalibus ritu duplici primae classis in Polonia recitatur, *Credo* in Missa dicendum sit?

2. An in Festo S. Hyacinthi Confessoris Ordinis Praedicatorum Regni Poloniae Patroni principalis, quod ex concessione S.R.C. die 25. Septembris 1723. emanata, ritu duplici primae classis cum Octava, Dominica in-

fra Octavam Assumptionis B. M. V. in Polonia celebratur ; in ejusdem S. Confessoris Officio Hymni ad Horas terminari debeant : *Jesu tibi sit gloria etc.* et , an in Missa debeat dici *Praefatio* de B. M. , quamvis juxta Rubricam generalem Breviarii , et Missalis Romani in Festo ritus duplicis primae classis nulla diei infra Octavam fiat commemoratio ?

3. Si Officium infra Octavam Festi S. Joachim Patris B. M. V. in Polonia ex indulto S. R. C. die 29. Januarii 1751. dato , ad ritum duplicis primae classis cum Octava elevati , et in Dominicam secundam post Octavam Festi Assumptionis ejusdem B. Mariae translati , cum Octava Festi Nativitatis B. M. V. concurrat , ut saepissime contingit , faciendumne est Officium de die infra Octavam S. Joachim , an vero de die infra Octavam Nativitatis etc. ? Ratio dubitandi est , quod etsi Festum primae classis praecedat aliud secundae classis , attamen Octava B. M. V. est pro universali Ecclesia , jam autem altera pro Polonia dumtaxat , sitque devotio fidelium ad Deiparam Virginem longe major.

4. Ecclesia Collegiata loci Guttenstadt Dioecesis Varmiensis sub titulo SSmi Salvatoris , et omnium Sanctorum dedicata fuit , sed cum potior titulus nempe SSmi Salvatoris illic nullam Festivitatem haberet ; Episcopus ordinavit , ut Festum Transfigurationis Dñi , quod in Octavario Romano per Bartholomaeum Gavantum concinnato a S. R. C. die 19. Februarii 1622. approbato , et Venetiis Typis Balleonianis anno 1733. impresso , Salvatoris appellatione venit , dignitatem tituli Ecclesiae habeat , et Officium de eadem Transfiguratione Dñi ritu duplici primae classis cum Octava deinceps recitetur . S. R. C. dignabitur declarare : An haec ordinatio sit observanda ? nulla quidem ex parte Capituli , et Cleri praefatae Ecclesiae est oppositio ; Episcopus tamen desiderat , ut omnia auctoritate Sedis Apostolicae fiant . In statu Veneto Dominica 3. Julii ritu duplici secundae classis recitatur Officium SSmi Redemptoris , quod quidem Salvatori synonimum , sed in Polonia praecitati Officii usus nondum obtinuit.

Et S. eadem C. , ad relationem mei infrascripti Secretarii loco Emi , et Rmi D. Card. Guadagni Ponentis , censuit rescribendum .

Ad 1. et 2. *Affirmative.*

Ad 3. *Recitandum esse Officium de infra Octavam S. Joachim* .

Ad 4. *Servandum esse Decretum ejusdem Rmi Episcopi* . Et ita declaravit . *Die 29. Novembris 1755.*

4111. ORDINIS MINORUM EXCALCEATORUM S. FRANCISCI PROVINCIAE S. DIDACI HISPALEN.

P. Provincialis Ordinis Minorum excalceatorum S. Francisci Provinciae S. Didaci Hispalen. S. R. C. exposuit , prohiberi suis Religiosis a quibusdam peculiaribus constitutionibus usum pluvialis in Processionibus SSmi Corporis Christi , quae leges cum adversentur Decretis hujus S. C. , humillime eidem supplicavit , ut praecipere dignaretur ab omnibus suis Religiosis praefatae Provinciae eadem Decreta S. C. esse observanda .

Et S. eadem C. , ad relationem mei Secretarii praescripsit , *quod*

eidem Oratori darentur Decreta alias in hoc Dubio emanata videlicet : Congregationis Montis Coronae etc. (omittimus tenorem Decreti , utpote qui habetur suo apte loco sub num. 3426.) *Quod Decretum eadem S.C. etiam a Religiosis excalceatis Sancti Francisci dictae Provinciae S. Didaci , servari mandavit . Die* 13. *Maii* 1756.

4112. FULGINATEN.

Super jure deferendi Crucem in publicis Processionibus in Civitate Fulginiae peragendis inter Capitulum , et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Civitatis praedictae ex una, et Capitulum Ecclesiae Collegiatae SSmi Salvatoris ejusdem Civitatis ex altera partibus , exortis controversiis , illisque ad S. R. C. delatis, Emus , et Rmus D. Cardinalis Sacripantes Ponens , infrascriptum Dubium declarandum proposuit .

An Ecclesiae Collegiatae SSmi Salvatoris Fulginei liceat in Processionibus , in quibus intervenit Capitulum Cathedralis, deferre propriam Crucem, in casu etc. ?

Et S. eadem C. , utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis , ad relationem praefati Emi Ponentis , rescribendum censuit : *Negative* . Et ita decrevit , ac servari mandavit . *Die* 4. *Septembris* 1756.

4113. S. SEVERI PRAEEMINENTIARUM .

Exortis inter Capitulum Ecclesiae Cathedralis S. Severi ex una , et Archipresbyteros , et Cleros Ecclesiarum Parochialium SSrum Severini , Nicolai , et Joannis Baptistae dictae Civitatis ex altera partibus, controversiis super Processionibus , Funeribus, aliisque praeeminentiis in functionibus Ecclesiasticis peragendis , illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo D. Cardinali S. Caesarei Ponente concordata, decidenda proposita fuerunt , nempe .

1. An in Processionibus Rogationum , in quibus intersunt Capitulum Cathedralis , nec non Archipresbyteri , et Cleri Ecclesiarum Parochialium SSrum Severini , Nicolai , et Joannis Baptistae , usus pluvialis , aliarumque sacrorum indumentorum , et praecedentia respective pertineant ad Capitulum Cathedralis , seu potius ad Archipresbyteros dictarum Ecclesiarum Parochialium , eorumque respective assistentes in casu etc?

2. An Missae conventuales cum assistentia Capituli Cathedralis , et totius Cleri, occasione dictarum Processionum in dictis Ecclesiis Parochialibus, celebrari debeant ab earumdem Ecclesiarum Archipresbyteris , seu potius a Dignitate , seu Canonico hebdomadario Capituli Cathedralis in casu etc?

3. An , intervenientibus Archipresbyteris , aliisque de Clero dictarum trium Ecclesiarum Parochialium, pro quacumque functione in Choro Cathedralis , sedere iidem debeant in stallo Abbatum Beneficiatorum Capituli , seu potius in alio scamno inferiori in casu etc?

4. An praedicti Archipresbyteri , aliique de Clero dictarum Ecclesiarum Parochialium , ut supra , inservientes sint thurificandi duplici ductu ad instar Abbatum Beneficiatorum ipsius Cathedralis, vel potius cum uno tantum ductu in casu etc?

5. An Archipresbyteri, et Cleri, associantes una cum Capitulo Cathedralis cadaver defuncti in propria Parochia, tumulandum in Ecclesia Cathedrali, dicti Archipresbyteri deferre valeant Stolam tam intra, quam extra limites propriae Parochiae, et in eadem Ecclesia Cathedrali, praesentibus Episcopo, vel Capitulo, seu potius Stola uti debeant tantum intra fines cujusque respective Paraeciae in casu etc?

6. An in Processionibus generalibus, et obligationis, aliisque communi causa indicendis, interessente Capitulo, Archipresbyteri deferre possint Stolam, seu potius eadem Stola uti debeant in Processionibus tantum, in quibus Capitulum paratum incedit in casu etc.?

7. An ad Archipresbyterum secundam Dignitatem Curatam Ecclesiae Cathedralis spectet administrare Sacramentum, et praecipue Viaticum, et Extremam Unctionem Dignitatibus, et Canonicis, et Abbatibus Beneficiatis Capituli domicilium habentibus in Parochiis dictarum Ecclesiarum, seu potius pertineat ad Parochum domicilii in casu etc?

8. An eidem Archipresbytero Ecclesiae Cathedralis, associante Capitulo, licitum sit independenter a Parocho domicilii, in quo Capitularis decedit, illius cadaver asportare ad Ecclesiam Cathedralem in casu etc?

9. An Archipresbyteris Ecclesiarum Parochialium pariter licitum sit independenter ab Archipresbytero Cathedralis cadaver alicujus participantis, decedentis intra fines Ecclesiae Cathedralis, asportare ad respectivam Ecclesiam receptitiam in casu etc?

10. An decedente aliquo ex Presbyteris participantibus dictarum trium Ecclesiarum receptitiarum intra fines Parochiae Ecclesiae Cathedralis, absque electione sepulturae, privative tumulandus sit in Ecclesia Cathedrali, solutis juribus parochialibus Archipresbytero dictae Ecclesiae Cathedralis, sive potius tumulandus sit in ejus respectiva Ecclesia receptitia, solutis iisdem juribus in casu etc?

11. An decedente aliquo ex Capitulo Cathedralis intra fines dictarum Ecclesiarum Parochialium tumulandus sit in eadem Ecclesia Parochiali, ubi decedit, solutis juribus parochialibus Parocho domicilii, seu potius tumulandus sit in Ecclesia Cathedrali, absque ullo onere dictae praetensae solutioni in casu etc?

12. An, occasione electionis sepulturae factae ab aliquo ex dictis participantibus in eorum respective Ecclesiis receptitiis, teneantur Capitulum Cathedralis interveuire gratis ad cadaveris associationem, et e converso, decedente aliquo ex Canonicis Ecclesiae Cathedralis, teneantur pariter dicti Archipresbyteri, et Presbyteri participantes intervenire gratis ad ejusdem cadaveris associationem in casu etc?

13. An, praesente Capitulo Cathedralis, eidem spectet privative praeintonatio in Officio, aliisque functionibus, etiam praesente Cadavere, in dictis Ecclesiis explendis in casu etc?

14. An, post expletas functiones Ecclesiasticas, et funera in dictis Ecclesiis Parochialibus, assistente Capitulo Cathedralis, Archipresbyteri, aliique

de Clero teneantur associare idem Capitulum usque ad januas praefatarum Ecclesiarum in casu etc.?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 2. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 3. *Affirmative ad primam partem post Abbates Beneficiatos, Negative ad secundam.*

Ad 4. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 5. *Affirmative, dummodo Officium in Ecclesia Cathedrali non peragant super cadaver.*

Ad 6. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 7. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 8. *Negative.*

Ad 9. *Negative.*

Ad 10. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 11. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, solutis Juribus parochialibus Parocho domicilii.*

Ad 12. *Negative in omnibus.*

Ad 13. *Negative.*

Ad 14. *Affirmative.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die 13. Martii* 1756.

Adversus istam resolutionem ex parte Archipresbyterorum, et Cleri Ecclesiarum Parochialium dictae Civitatis, expetita, et obtenta nova audientia, cujus vigore, reproposita per eumdem Emum, et Rmum D. Cardinalem S.Caesarei Ponentem hujusmodi controversia super praefatis Dubiis, S.C., scripto, et voce utraque parte hinc inde informante audita, et ex noviter deductis, rescribendum censuit: *In decisis, et amplius.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 18. *Decembris* 1756.

4114. VARMIEN.

Cum Rmus Episcopus Varmiensis S. R. C. exposuerit, quod Fratres Minores S. Francisci de Observantia nuncupat. Conventuum existentium in sua Dioecesi expunxerunt ab eorum Calendario festum Dedicationis Ecclesiae Cathedralis Varmiensis, ad cujus celebrationem tenentur ex praescripto Decretorum S. R. C.

S. C., ad relationem mei Secretarii, rescripsit: *Ut Rmus Episcopus cogat eosdem fratres ad celebrationem festi Dedicationis suae Ecclesiae Cathedralis ad formam Decretorum.* Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 18. *Decembris* 1756.

4115. BAHIEN. IN BRASILIA.

Moniales Monasteriorum Civitatis Bahiensis in Brasilia S. R. C. humillime supplicarunt: An sequens formula absolutionis, nempe = Auctoritate vobis concessa, et mihi commissa ego vos absolvo sic plenarie, et illi statui innocentiae restituo, quomodo Sanctitas Dñi Nostri Papae faceret, si ipse in confessione peccata vestra auscultaret, et eadem auctoritate Apostolica vo-

bis benedictionem Papalem impertior. *In nomine Patris et Filii etc.* = quam adhibere solent earum Cappellani in administranda Oratricibus Sacra Communione, licita sit, an potius indigeat reformatione, aut peculiari Indulto Apostolico, pro quo etiam supplicarunt?

S.C., ad relationem mei Secretarii, decrevit: *Quod eadem formula suspendatur, et audiatur Episcopus*. Atque ita servari mandavit. *Die* 18. *Decembris* 1756.

4116. BONONIEN.

Cum in Ecclesia Metropolitana Bononien prima Dignitas sit Archidiaconatus, orta est controversia: An Archidiaconi modernus Coadjutor cum futura successione sedere debeat in choro in ultimo loco post omnes Dignitates, seu in ultimo loco post omnes Canonicos? et an, absente Archidiacono idem Coadjutor illas functiones exercere possit, quas faceret, sive exerceret ipse Archidiaconus, si praesens esset? SSmus Dnus Noster Benedictus XIV. re mature discussa, et audito Rmo Dno Cardinali Tamburino C. S. R. Praefecto, R. P. Ignatio Reali primo sacrarum Coeremoniarum Magistro, meque Secretario, et perpensis Decretis Congregationis Sac. Rit. in similibus causis emanatis, censuit, et declaravit = Primo *Praedictum Archidiaconum Coadjutorem sedere debere post omnes Dignitates, et ante omnes Canonicos, tam absente, quam praesente Coadjuto* = Secundo: *Absente vel impedito Archidiacono, ad coadjutorem ipsius Archidiaconi, non ad alias Dignitates inferiores, vel Canonicos ejusdem Ecclesiae, pertinere illas functiones, et actus exercere, quas faceret, et exerceret ipse Archidiaconus, si praesens esset*. Et ita Sanctitas Sua in dicta Metropolitana Ecclesia Bononien. servari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. *Die* 15. *Martii* 1757.

4117. BAREN.

Nondum acquiescentibus Fratribus Ordinis Praedicatorum Conventus Oppidi Pali, Dioecesis Baren., resolutionibus S. C. super obligatione interveniendi sacris Processionibus contra eos emanatis, iterumque audiri postulantibus, S. R. C. benignitate denuo proposita causa ab Emo, et Rmo Dno Cardinali Cavalchino Ponente, cum infrascriptis Dubiis coram eodem concordatis, nempe.

1. An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc?

2. An substineatur Interdictum in casu etc?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *In decisis, et amplius*.

Ad 2. *Ad Mentem*, Mens est, *quod scribatur Archiepiscopo, ut, praestita prius a Patribus Dominicanis obligatione de accedendo ad publicas Processiones praescriptas in Decreto generali anni* 1628., *illos absolvat in forma privata ab interdicto ingressus Ecclesiae, cum facultate etiam subrogandi ad praemissum effectum alium sibi benevisum*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 26. *Martii* 1757.

4118. CALAGURITANA.

Porrecto SSmo Dño Nostro Benedicto XIV. nomine Rmi Episcopi Calaguritani supplici libello, illoque ad S. R. C. a Sanctitate Sna remisso pro resolutione sequentium Dubiorum, quae sunt.

1. An Civitas Calaguritana rigorose, prout ante Indultum, servare teneatur Festum SSrum Hemeterii, et Geledonii fratrum Martyrum; et Civitas Calceaten servare eodem modo teneatur Festum S. Dominici; vel utraque Civitas utrumque Festum servare teneatur?

2. An Oppida, quae non habent peculiarem Patronum servare teneantur Festum Patronorum principalium Ecclesiae Calaguritanae, cui subsunt, seu potius Festa Patronorum utriusque Ecclesiae, nempe Calaguritanae, et Calceaten.?

3. An Oppida, quae habent peculiarem Patronum, servare teneantur Festum illius dumtaxat, sive potius, omisso Festo sui peculiaris Patroni, servare teneantur Festum Patronorum Ecclesiae Calaguritanae, cui subsunt, vel Ecclesiae Calceaten. huic principaliter unitae, vel potius Festa Patronorum utriusque, servato etiam Festo proprii Patroni?

4. An Civitates Calaguritana, et Calceatensis servare teneantur, ultra Festum Patroni proprii, festum Patroni principalis Provinciae, in qua sitae sunt, et an Oppida particularia Dioecesis Calaguritanae sive habeant, sive non habeant Patronum proprium, servare teneantur Festum Patroni proprii Provinciae, in qua ea respective existunt, nempe. S. Prudentii Episcopi, et Confessoris Patroni Provinciae Alavae, et S. Iguatii de Loyola Patroni Provinciae Guipurcoae, et Viscajae etc.?

S. C., audito prius R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore, qui scripto, et voce suam sententiam exposuit, ad relationem Emi, et Rmi Dni Card. Ferroni Ponentis, respondit. Ad 1. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 2. *Negative ad utramque partem.*

Ad 3. *Teneri servare Festum Patroni particularis loci dumtaxat.*

Ad 4. *Negative ad utramque partem.* Et ita declaravit. *Die* 26. *Martii* 1757.

4119. MONTIS ALTI.

Cum Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis Civitatis Montis Alti in Piceno S.R.C. exposuerit, Priores, et Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum ejusdem Dioecesis putare, se non teneri genuflectere tam ante Altare majus, quam ante Episcopum dum hic ad Ecclesiam se confert visitaturus, aliasque functiones peracturus; ideoque eidem S. C. supplicaverit, ut demandare dignaretur, quatenus praedicti Priores, et Canonici observare deberent tam Caeremoniale Episcoporum, quam Decreta ejusdem S. C. alias edita.

S.C., ad relationem mei Secretarii, rescripsit: *Dari decreta alias emanata in similibus casibus, videlicet: Milevitana etc.* (omittimus tenorem Decreti, nam legi potest supra sub num. 3963.) *et relata Decreta in casu praesenti omnino servari* mandavit. *Die* 26. *Martii* 1757.

4120. ORDINIS CARMELITARUM REGNI POLONIAE.

Propositis in S. R. C. per P. Magistrum Fr. Costantinum Strzalkowschi Ordinis Carmelitarum Regni Poloniae sequentibus Dubiis, nempe.

1. Utrum Officium S. Stanislai Poloni Martyris Episcopi Cracoviensis, Patroni principalis Regni Poloniae, quod a Clero Saeculari, et aliis in Polonia recitatur sub ritu duplici primae classis, a Patribus autem Carmelitis, propter aliquod dubium, seu scrupulum, tantum sub ritu duplicis minoris primae classis: utrum iidem Patres Carmelitae in Polonia idem Officium S. Stanislai teneantur recitare sub ritu duplicis majoris primae classis, qui ritus aequivalet, et correspondet ritui duplicis primae classis juxta Rubricas Breviarii Romani, nec ne? Idem Dubium est de S. Casimiro.

2. Utrum Officium proprium de eodem Sancto cum suis Antiphonis, Lectionibus, Responsoriis etc., quod recitatur a Clero Saeculari, et aliis, etiam a Patribus Carmelitis in Polonia recitari debeat idem Officium proprium, nec ne?

3. Utrum Festum S. Joachim cum suo Officio, quod per Decretum SSmi Dni Nostri Papae Benedicti XIV. felicissime regnantis ex Dominica infra Octavam Assumptionis B. M. V. translatum est pro Dominica post Octavam Assumptionis ejusdem B. M. V. in Regno Poloniae, et ab omnibus hoc Decretum observatur in Polonia; utrum etiam Patres Carmelitae teneantur ad illud observandum propter conformitatem cum aliis: nec ne?

S.C., ad relationem mei Secretarii, rescribendum censuit. Ad 1. *Teneri ad ritum duplicis majoris primae classis*.

Ad 2. *Affirmative*.

Ad 3. *Ut ad proximum*. Et ita declaravit. *Die* 26. *Martii* 1757.

4121. CAJETANA.

Exortis inter Capitulum, et Mansionarios Ecclesiae Cathedralis Civitatis Cajetanae ex una, et Parochos dictae Civitatis ex altera partibus, controversiis super praecedentia tam in Choro, quam in Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis peragendis, illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia coram Emo, et Rmo Dno Cardinali Paulutio Ponente concordata, decidenda proposita fuerunt, nempe.

1. An praecedentia tam in Choro Cathedralis Civitatis Cajetae, quam in publicis Processionibus, quae fiunt sub unica Cathedralis Cruce, etiam funebribus, debeatur Mansionariis intervenientibus cum Capitulo, seu potius Parochis dictae Civitatis?

2. An liceat Parochis intervenientibus in dicto Choro deferre Stolam?

3. An, interveniente Capitulo dictae Cathedralis ad funus, Parochus defuncti, coeterique de Clero tam Saeculari, quam Regulari, sicut etiam Confraternitates, teneantur convenire hora statuta ad dictam Ecclesiam Cathedralem, ut inde ordinate procedant ad domum dicti defuncti?

4. An Parochi, coeterique de Clero tam Saeculari, quam Regulari teneantur incedere sub unica Cathedralis Cruce in Processionibus funebribus?

5. An in funere defuncti alterius Parochiae, interveniente Capitulo,

liceat primae Dignitati Cathedralis, sive, ea absente, alteri de Capitulo in ordine digniori incedere cum Pluviali, et Stola nigri coloris?

6. An in tumulatione cadaveris tam Canonici, quam alterius in dicta Ecclesia Cathedrali, debeatur Parocho defuncti quarta funeralis?

7. An candela a Rituali praescripta, ac aliae candelae, quae occasione collationis Baptismatis a Parentibus Baptizandorum sponte offeruntur, et accensae retinentur sive in Altari, sive in parva mensa nuncupat. *la Credenza*, sive famulorum manibus, debeantur Ecclesiae Cathedrali, seu potius Parocho ipsius Baptizandi, tam si conferatur Baptismus in Ecclesia Cathedrali, quam in quocumque alio loco?

8. An Parochi dictae Civitatis Cajetae teneantur quolibet anno tradere Archidiacono dictae Cathedralis notulam Baptizatorum sub poenis in Decretis S. Congregationis Visitationis Episcoporum Cajetae contentis?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *In Choro servetur solitum*; *in reliquis praecedentiam deberi Mansionariis*, *et amplius*.

Ad 2. *Negative*, *et amplius*.

Ad 3. *Affirmative*, *et amplius*.

Ad 4. *Affirmative*, *et amplius*.

Ad 5. *Affirmative*, *et amplius*.

Ad 6. *Negative*.

Ad 7. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*; *et amplius*, *et ad mentem*. Et mens est, *quod Episcopus non concedat facultatem baptizandi extra Cathedralem*, *excepto casu necessitatis*.

Ad 8. *Affirmative*, *et amplius*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 16. *Julii* 1757.

4122. GADICEN.

Magister caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Gadicen. supplicavit S. R. C., quatenus declarare dignaretur: An Officium Patrocinii S. Joseph, quod privilegio, et concessione particulari omnibus Hispaniarum Regnis indultum est celebrari sub ritu duplicis minoris Dominica tertia post Pascha, si concurrente in dicta Dominica, sicut accidit hoc anno 1757. cum Festo SSrum Apostolorum Philippi, et Jacobi sub ritu duplicis secundae classis, vel alterius Sancti sub eodem ritu, dictum Officium Patrocinii S. Joseph non tam celebrari, neque transferri, sed omitti debeat? Et quatenus affirmative, supplicavit pariter pro declaratione: An licitum sit, et possit Rmus Episcopus Gadicen. idem Officium transferre in aliam diem post citatam Dominicam tertiam, ut jam in simili ab hac S. C. concessum fuit Rmo Archiepiscopo, et Capitulo Ecclesiae Hispalen. sub die 26. Novembris 1735. (3889).

Et S. C. ad relationem mei Secretarii, respondit: *In hujusmodi casu Officium Patrocinii esse omittendum ad formam Rubricarum*. Et ita declaravit. *Die* 16. *Julii* 1757.

4123. REGNI POLONIAE.

Andreas Mlodziciowski Canonicus Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis nomine totius Cleri Regni Poloniae S. R. C. exposuit alias Clero praefati Regni concessam fuisse facultatem transferendi Festa nonnullorum SSrum ad Dominicas infra eorum Octavas, ob majorem populi concursum; cum autem, ut saepe solet, aliquod ex dictis Festis incidat in die Dominico, quemadmodum hoc anno Festum S. Stanislai, Oratores eidem S. C. humillime supplicarunt pro declaratione: An hoc casu Festa SSrum incidentia in diebus Dominicis celebrari debeant in iisdem diebus propriis assignatis pro Ecclesia universali, sive transferri ad Dominicas respective sequentes?

Et S. C. ad relationem mei Secretarii respondit: *Festa praedicta celebranda esse in diebus propriis, non autem in Dominicis sequentibus in casu, de quo agitur*. Et ita declaravit. *Die* 16. *Julii* 1757.

4124. WRATISLAVIEN.

Relatis ab Emo, et Rmo Dno Cardinali Ferroni Ponente in S. R. C. infrascriptis Dubiis inter Episcopum Suffraganeum, et Praepositum Ecclesiae Cathedralis Wratislavien. excitatis, videlicet.

1. An Episcopo Suffraganeo Wratislaviensi in omnibus, et singulis functionibus, et actibus tam intra, quam extra Ecclesiam Cathedralem peragendis, competat praecedentia supra Praepositum ejusdem Ecclesiae in casu etc?

2. An eidem Episcopo Suffraganeo, etiam in dignitate in Cathedrali non constituto, competat incensatio terno ductu?

Cum S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, approbante S. M. Benedicto Papa XIV. responderit. Ad 1. *Affirmative, juxta Decretum in Leodien. anni* 1657. *prima Decembris* (1712).

Ad 2. *Deberi Episcopo Suffraganeo incensationem terno ductu, absente Episcopo*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 10. *Decembris* 1757.

Modo, ad preces hodierni Rmi Episcopi Tiberiadis, Suffraganei dictae Civitatis relatas SSmo Dno Clementi Papae XIII. per me infrascriptum Secretarium. *Sanctitas Sua mandavit publicari praedictum Decretum*. *Die* 13. *Augusti* 1763.

4125. PISAUREN.

Ad dirimendos abusus exortos in Ecclesia Collegiata S. Michaelis Archangeli Oppidi S. Angeli Dioecesis Pisauri, occasione immittendi in possessionem novos Canonicos praefatae Ecclesiae Collegiatae per Subdelegatos sive Apostolicum, sive Episcopalem, illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Sacripante Ponente concordata, proposita fuerunt, nempe.

1. An, et in quo habitu incedere debeat Delegatus Sedis Apostolicae, seu Episcopi, occasione tradendi possessionem novo Canonico, seu Dignitati in casu etc?

2. An post assignatum stallum in Choro, seu locum in Capitulo dicto

novo Canonico, seu Dignitati, intervenire possit in Choro ad gratiarum actionem fieri solitam cum cantu, *Te Deum etc?* Et quatenus affirmative.

3. An, et in quo loco sedere debeat?

Et S. C., audita prius Episcopi Informatione, visisque juribus Capituli Oratoris, ejusque Procuratore tantum scripto, et voce informante audito, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Incedere debere in habitu talari, vel Insignibus propriae dignitati convenientibus.*

Ad 2. *Negative.*

Ad 3. *Provisum in secundo.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 25. *Februarii* 1758.

4126. URBIS, ET ORBIS.

SSmus Dominus Noster Clemeus PP. XIII. inter multiplices Apostolatus sui curas, Sacrorum Rituum amplitudinem prae oculis habere non praetermittens, pia meditatione perpendit, quod, quamvis compertum sit Festis quibusvis diebus Ecclesiam jugi cultu Sacrosanctae, et Individuae Trinitatis Solemnia colere, quum Deum ipsum, qui est Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus rerum omnium opifex, et ad quem omnia referenda sunt, in Festis quoque Deiparae, et aliorum Sanctorum venerari, et glorificari profiteatur, maxime tamen deceat Dominica die, quo Deus ipse lucem condidit, quo Jesus Christus a mortuis resurrexit, quo sedens ad dexteram Patris Paracletum Spiritum Sanctum misit de Coelis, quo proinde ineffabile, et incomprehensibile Trinitatis Mysterium manifestum factum est nobis, quemadmodum in Divino Officio tum ad Primam recitando Symbolum: *Quicumque*: tum plerumque in ultimo tertii Nocturni Responsorio Augustissimae Triadis fit commemoratio, idem, et in Missae Sacrificio peragi, et in ea potissimum parte, qua contestamur dignum, et justum esse Deo gratias agere, eumque collaudare, benedicere, et praedicare: idcirco ad majorem, splendidioremque tanti Mysterii gloriam, ut Fideles quoque, qui die Dominico Missae interesse debent, latius, atque apertius Sacrosancti ejusdem Mysterii praeconia audientes, debitum et ipsi servitutis obsequium supremae impendant Majestati, statuit, atque decernit: *Quod singulis Dominicis diebus totius anni, quibus Praefationes propriae per Rubricas non sunt adsignatae, incipiendo a Dominica SSmae Trinitatis currentis anni* 1759., *Sacerdotes omnes utriusque Cleri Saecularis nempe, atque Regularis Praefationem de SSma Trinitate, quae jam inde a vetustissimis temporibus in usu fuisse dignoscitur, in Missa recitare teneantur.* Et ita inviolabiliter observari mandavit. *Hac die* 3. *Januarii* 1759.

4127. BRIXINEN.

Cum in nova constructione Ecclesiae Cathedralis Brixinen. Imagines, et Tituli Altarium antiquitus consecratorum translati fuerint de uno loco ad alium, non amota tamen a primaevo loco mensa jam consecrata, quaesitum fuit a Capitulo, et Canonicis Ecclesiae: An Altaria, a quibus alio translati fuerint Tituli, et Imagines, remanente tamen mensa consecrata, nova indigerent consecratione?

Et S.R.C., ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondit: *Eadem Altaria non indigere nova consecratione, cum Altaria non Sanctis, sed Deo in honorem SSrum dedicentur*. Et ita declaravit. *Die 7. Julii* 1759.

4128. IMOLEN.

Exposito S. R. C. a Sacerdote Joanne Matthaeo Sassi Canonico Theologo Ecclesiae Cathedralis Imolen. abusum dudum irrepsisse in hac Ecclesia canendi Missam Conventualem de Feria tam in Quadragesima, quam in quatuor Temporibus, et Vigiliis ante Tertiam, et Missam de Sancto post Nonam contra litteram Rubricarum Missalis.

S. R. C. ad removendum hujusmodi abusum, audita prius Rmi Episcopi informatione, ad relationem Emi, et Rmi Dñi Cardinalis Tamburini dictae Sacrae Congregationi Praefecti, et Ponentis, censuit: *Quoad horam celebrandi Missam Conventualem de Sanctis, et de Feria servandas esse Rubricas Missalis, et amplius*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die 7. Julii* 1759.

4129. ORDINIS MINOR. OBSERVANTIUM S. FRANCISCI.

Cum Patres Ordinis Minorum Observantium reformatoru m S. Francisc S. R. C. supplicaverint, ut declarare dignaretur: An Oratores in secundo Nocturno Officii S. Josephi Sponsi B. M. V. recitare deberent Lectiones S. Bernardi Abbatis, prout recitantur in Ecclesia universali, vel recitare possint Lectiones S. Bernardini Senensis assignatas pro secundo Nocturno Festi Patrocinii ejusdem Sancti?

S. C., ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Tamburini eidem S. C. Praefecti et Ponentis, rescripsit: *In die festo S. Josephi recitandas esse in secundo Nocturno Lectiones ex S. Bernardo desumptas, ac in Romano Breviario impressas*. Et ita servari mandavit. *Die 22. Decembris* 1759.

4130. HILDESIMEN.

Cum Capitulum, et Canonici Ecclesiae Cathedralis Hildesimensis in Westphalia a S. R. C. postulaverint declarationem sequentium Dubiorum, nempe.

1. An Canonici, seu Vicarii assistentes in solemnitate Missae cum cappis, seu pluvialibus genuflectere debeant in elevatione Sacrae Hostiae?

2. An Officium de Immaculata Conceptione B. M. V. solummodo sub ritu semiduplici in Choro recitari possit?

3. An, stante fundatione de dicendo Officio parvo de B. Maria Virgine in Choro diebus ferialibus, liceat se conformare indulto Clementis XI. recitandi Officium de SSmo Sacramento?

Sac.Congregatio, ad relationem Emi, et Rmi Dñi Card.Ferroni Ponentis, respondit. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Posse, et debere recitari Officium sub ritu semiduplici*.

Ad 3. *Affirmative*. Et ita etc. *Die 7. Julii* 1759.

4131. MACERATEN.

Inter Cajetanum Foglietti Praepositum Ecclesiae Collegiatae SSmi Salvatoris Civitatis Maceratae ex una, et nonnullos Canonicos ejusdem Ecclesiae

ex altera, exorta controversia super praetensa assistentia in celebratione Missarum solemnium, illaque ad S. R. C. delata, Emus, et Rmus Dnus Cardinalis Paulutius Ponens infrascriptum Dubium decidendum proposuit, nempe.

An Praeposito Missam solemnem celebranti debeatur assistentia Canonicorum in munere Diaconi, et Subdiaconi in casu etc.?

Et S. C., utraque parte, scripto, et voce informante, audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Dni Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit: *Affirmative*, *et amplius*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 7. *Julii* 1759.

4132. NULLIUS ATISSAE.

Inter Promotorem fiscalem Curiae praepositurahs Nullius Atissae, et hodiernum P. Priorem, et Patres Carmelitas dictae Terrae super usu genuflexorii cum pulvinaribus parati a moderno Praeposito praeteuso, exortis controversiis, eisque ad S. R. C. delatis; Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Paulutius Ponens infrascriptum Dubium decidendum proposuit, nempe:

An sit reponendum genuflexorium cum pulvinaribus extra Presbyterium in medio Ecclesiae in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit. *Negative*, *et ad mentem*, et mens est, *quod quando Praepositus accedit ad Ecclesiam in habitu*, *et praevia certioratione*, *exhibeatur pulvinar eidem Praeposito*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 4. *Septembris* 1756,

Verum cum Promotor fiscalis dictae Terrae super eodem proposito, et resoluto dubio novam audientiam expetiverit, eaque obtenta, inter partes concordatum, et in Sac. Congregatione propositum fuit sequens dubium: An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc?

Et Sac. Congregatio, utraque parte, scripto, et voce informante, audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit: *In decisis*, *et amplius*, *et super attentatis non amplius proponatur*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 7. *Julii* 1759.

4133. URBIS, ET ORBIS.

Cum Sa. Mem. *Innocentius PP. XII. sub die* 12. *Augusti* 1691. obsecundans piis precibus Serenissimae Reipublicae Venetiarum, facultatem concesserit, ut in Ecclesia universali recitari, et respective celebrari posset sub ritu semiduplici Officium, et Missam S. Laurentii Justiniani primi Patriarchae Venetiarum, modo SSmus Dominus Noster *Clemens Papa XIII.* pro sua erga praefatum Sanctum pietate decrevit, ut ab omnibus fidelibus utriusque sexus, qui ad horas cononicas tenentur, in posterum *die* 5. *Septembris* sub ritu semiduplici de praecepto praedicti Sancti Officium, et Missa recitari, et celebrari debeat. *Die* 12. *Septembris* 1759.

4134. LUCANA.

Continuationis antiqui soliti peragendi Processionem SSmi Crucifixi in nocte Feriae VI. in Parasceve pro confratribus Confraternitatis S. Crucis loci

de Castel nuovo in Garfagnana Dioecesis Lucanae: *Lectum*. *Die* 29. *Martii* 1760.

4135. MANTUANA.

Cum Ecclesia Parochialis Villae Gabianae Dioecesis Mantuae jam sub Titulo S. Mariae nuncupat. a Nemore olim extructa, atque a temporis diuturnitate penitus labefactata, demum a fundamentis fuerit demolita, novumque Templum excitatum, ac solemni ritu Deo in memoriam SSmi Nominis Bmae Mariae Virginis dedicatum; Rector, et Populus ejusdem Ecclesiae Parochialis a S. R. C. petierunt declarari:

An in posterum instituendum esset Festum veteris Tituli S. Mariae de Nemore, vel SSmi Nominis Mariae, cui nova Ecclesia fuit dicata?

Et S. C., audita prius Rmi Episcopi Informatione, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Marci Antonii Columnae Ponentis, rescripsit: *Celebrandum esse Festum SSmi Nominis B. M. V. in die Dominico infra Octavam Nativitatis ejusdem B. M. V.* Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 29. *Martii* 1760.

4136. PACTEN.

Canonici Ecclesiae Cathedralis Pacten. a S. R. C. postularunt declarari: An ab ipsis debeatur assistentia Rmo eorum Episcopo Pacten. pueros, plebemque docenti Christianam Doctrinam?

Et S. C., audita prius ejusdem Rmi Episcopi informatione, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Columna de Sciarra Ponentis, rescripsit: *In casu, de quo agitur, assistentiam non deberi*. *Die* 29. *Martii* 1760.

4137. UMBRIATICEN.

Clerus Terrae S. Nicolai nuncupat. *dell' Alto* Dioecesis Umbriaticen. celebrare solet Festum S. Nicolai Episcopi Myrensis Patroni ejusdem Terrae die 6. Decembris cum Octava: occurrente vero biduo post Festum Conceptionis B. M. V. Immaculatae celebrandum etiam a Clero Oratore cum Octava, cum sit Patrona totius Regni Neapolis, idem Clerus quaesivit declarari: An, stante dicta concurrentia Octavarum, Officia inter easdem Octavas explenda essent de S. Nicolao, vel de ejusdem B. M. V. Conceptione?

Et S. C., ad relationem mei secretarii, declaravit: *Quod infra Octavas praedictas fieri debet Officium de Octava Conceptionis cum commemoratione S. Nicolai ob majorem Officii dignitatem*. *Die* 29. *Martii* 1760.

4138. ADIACEN.

Rmo Episcopo Adiacen. postulante: An liceat Canonicis suae Cathedralis circulum circa ipsum solemniter celebrantem, pileolo in capite retento, conficere, dum *Gloria* canitur, et *Credo*, consuetudini cuidam innixis?

S. R. C., ad relationem mei Secretarii, censuit: *Juxta sensum Caeremonialis Episcoporum Canonicos teneri ad discoperiendum caput in circulis praedictis, non obstante quacumque consuetudine*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 17. *Maii* 1760.

4139. AVENIONEN.

Ad componenda dissidia exorta inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae et Parochialis S. Agricolae, Parochum dictae Ecclesiae, nec non Priores

Fraternitatis SSmi Sacramenti Civitatis Avenionensis ex una, et Petrum Bellanger, aliosque habitatores viae *Principum* nuncupat. dictae Civitatis ex altera partibus, super immutatione incessus Processionis SSmi Corporis Christi, quae die Octava ejusdem solemnitatis ab eadem Ecclesia Collegiata, et Parochiali peragitur; Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Ferroni Ponens infrascriptum dubium S.R.C. decidendum proposuit:

An processio Ecclesiae Parochialis S. Agricolae in Octava SSmi Corporis Christi incedere debeat per vias solitas, et consuetas, sive potius sit locus mutationi cursus, in casu etc?

Et Sacra eadem Congregatio, praevia relatione Rmi Archiepiscopi, ac visis juribus ex utraque parte deductis, eorumque Procuratoribus scripto, et voce informantibus auditis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 17. *Maii* 1760.

4140. BASILICAE LATERANENSIS.

Exortis nonnullis controversiis super jure supplendi vices Beneficiatorum in Patriarchali Basilica Lateranensi tam in servitio Altaris, quam in functionibus Chori inter Clericos beneficiatos praedictae Basilicae ex una, et Capellanos ejusdem ex altera partibus, eisque ad S. R. C. delatis, infrascriptum Dubium coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Tamburino eidem Congregationi Praefecto, et Ponente concordatum, decidendum propositum fuit, nempe:

An, et quibus competat supplere vices Beneficiatorom in Basilica Lateranensi tam in servitio Altaris, quam in functionibus Chori in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante, visisque juribus hinc inde deductis, matureque perpensis, ac consideratis, ad relationem Emi, et Rmi Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit: *competere Clericis Beneficiatis, et amplius*. Et ita decrevit. *Die* 7 *Julii* 1753.

Adversus istam resolutionem ex parte eorumdem Cappellanorum expetita, et obtenta nova audientia, cujus vigore, reproposita pereumdem Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Tamburini Ponentem ejusmodi controversia super novo dubio, videlicet: An sit standum, vel recedendum a decisis die 7. Julii 1753. in casu etc?

S. C., scripto pariter, et voce utraque parte hinc inde informante iterum audita, et ex noviter deductis, rescripsit: *In Decisis, salva praeintonatione Antiphonarum, et amplius*. Et ita decrevit. *Die* 17. *Maii* 1760.

4141. CALAGURITANA, ET CALCEATEN.

Indulta a S. R. C. *die* 7. *Julii anno* 1759. Rmo Episcopo Calaguritano, et Calceaten. facultate subdelegandi ejus Vicarios generales, Dignitates, Canonicos, Parochos, aliosque Sacerdotes pro benedictione sacrae suppellectilis, in qua sacra unctio non adhibetur; dubitatum fuit ab eodem Rmo Episcopo: An illi, quibus dicta facultas delegata fuit, benedicere possent Imagines Domini Nostri Jesu Christi, Beatae Mariae Virginis, aliorumque Sanctorum, Tabernaculum, in quo asservatur SSmum Eucharistiae Sacramentum, Pyxidem, et generaliter omne illud, in quo sacra unctio non adhibetur? Propte-

D 2

rea idem Rmus Episcopus iterum S. R. C. supplicavit, quatenus, ad omnem scrupulum amovendum, declarare dignaretur.

An in Indulto jam sibi concesso comprehenderetur facultas subdelegandi Sacrarum Imaginum, aliarumque praedictarum rerum benedictionem? Sin minus nova facultas ad hunc effectum sibi necessaria concederetur.

Et S. C., ad relationem mei Secretarii, eidem Rmo Episcopo indulsit *per viam novae declarationis eamdem facultatem subdelegandi benedictionem omnium quorumcumque ad Divinum Cultum spectantium, in quibus Sacra unctio non adhibetur*. *Die* 17. *Maii* 1760.

4142. COLLEN.

Declarationis Dubii super continuatione recitationis Officii Sanctissimae Crucis singulis feriis VI. non impeditis tempore etiam Adventus, Quadragesimae, quatuor Temporibus, et Vigiliis, non obstante Decreto generali anni 1706 20. Martii etc. *Se conforment Decreto generali anni* 1706. (Vide supra num. 3593.) *Die* 17. *Maii* 1760.

4143. OVETEN.

Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter Decanum, et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Ovetensis ex una, et Dignitates ejusdem Ecclesiae Cathedralis ex altera partibus, super jure praestandi servitium Altari in Officio Diaconi, et Subdiaconi, illasque Sac. Rit. Congregationi delatas, Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Ferronus Ponens infrascripta dubia decidenda proposuit, nempe.

1. An Archidiaconi, non habentes temporalem praebendam adnexam, teneantur exercere officium Diaconale in Missis conventualibus, alternando cum Canonicis, a quocumque Missa celebretur?

2. An Archidiaconi, et Dignitates, adnexam habentes temporalem praebendam, teneantur in iisdem Missis conventualibus subire officia Diaconale, et Subdiaconale in duplici turno cum Canonicis, ratione nimirum Dignitatis, et Praebendae?

3. An Archidiaconi, et Dignitates, et Canonici, pro exercitio dictorum officiorum, assumere teneantur qualitates ad id ab Ecclesiae Statuto praescriptas, et sub quibus poenis in casu etc?

Et Sac. Congregatio, habita prius Rmi Episcopi informatione, visisque juribus Decani, et Capituli dictae Ecclesiae Cathedralis, cum adversa pars, etiamsi solemniter citata, intra terminum in citatione praefixum minime comparuerit; ac proinde illius Procuratore tantum voce, et scripto informante audito, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Affirmative*

Ad 3. *Affirmative sub poenis contentis in Concilio provinciali Compostellano anni* 1565. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 9. *Augusti* 1760.

4144. VENUSINA.

Porrecto Sac. Rit. Congregationi nomine Capituli, et Canonicorum Ec-

clesiae Cathedralis Civitatis Venusinae, suplici libello pro resolutione sequentis Dubii.

An Missa conventualis, attenta immemorabili consuetudine, cani possit post Nonam, non obstantibus Rubricis generalibus Missalis in contrarium disponentibus?

Sac. Congregatio, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuit: *Negative, et quoad horas celebrandi Missas conventuales de Sanctis, et de Feria, servandas esse Rubricas Missalis*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 9. *Augusti* 1760.

4145. DERTHONEN.

Inter Marchiones Paulum, et alios de Malaspina ex una, et Angelum Mariam, aliosque de Marchionibus Malaspina, et litis ex altera partibus, exortis nonnullis controversiis tam pro reiuregatione Sedilis in Ecclesia Parochiali S. Petri Villae Orezoli Dioecesis Derthonensis, quam pro forma ejusdem Sedilis, infrascriptum dubium coram Eñio, et Rñio Domino Cardinali Paulutio concordatum in S. Congregatione Rituum propositum fuit, nempe

An sit locus reintegrationi Sedilis in Ecclesia Parochiali Orezoli favore Marchionis Pauli Malaspina in casu etc.?

Sac. Congregatio, auditis prius Rñio Episcopo, nec non Procuratoribus utriusque partis scripto, et voce informantibus, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Eñi Ponentis, rescribendum censuit: *Affirmative, et ad Eñum Ponentem ad mentem*, et mens est, *quod antequam reponatur in Ecclesia Sedile, de quo agitur, doceatur cor. eodem Eño Ponente illud non excedere neque in longitudine, neque in altitudine mensuram antiqui Sedilis*: Docto autem coram eodem Eño Ponente pro parte Marchionis Pauli Malaspina, antiquum sedile per Octavium Malaspina ejus Patrem alias retentum in Ecclesia Parochiali Orezoli fuisse ejusdem longitudinis, et latitudinis, ac illud, quod modo ibidem retinetur a Marchionibus Alberto, et Carolo de Malaspina, scilicet longitudinis palmorum sex cum dimidio mensurae Januensis, suprascriptam resolutionem confirmavit, decrevitque servari. *Die* 9. *Augusti* 1760.

4146. NEAPOLITANA.

Indulti recipiendi SSñum Eucharistiae Sacramentum in nocte Nativitatis Domini pro Abbatissa, et Monialibus Monasterii S. Gaudiosi Civitatis Neapolis: *Lectum*. *Die* 9. *Augusti* 1760.

4147. FUNCHALEN.

Cum a Clero Ecclesiae Cathedralis Funchalen. recitari consueverit in omnibus etiam Sabbatis Adventus, Quadragesimae, quatuor Temporum, et Vigiliarum Officium Conceptionis B. M. V., quod ex indultis Summorum Pontificum *Julii II.*, *et Urbani VIII.* eidem Clero concessum fuerat ritu semiduplici pro omnibus anni Sabbatis non impeditis Officio novem lectionum, exceptis Vigiliis Nativitatis Domini, Pentecostes, et aliis similibus; Rñus Episcopus a S. R. C. declarari cupiens: An praedicta consuetudo sit continuanda in casu etc.; vel servanda sint Decreta ejusdem Sac. Congregationis edita *annis* 1651. *et* 1706. prohibentia similium Officiorum recitatio-

nem in Adventu, Quadragesima, quatuor Temporibus, et Vigiliis etc? (vide supra Num. 1480. 3592.).

Et S.C., ad relationem mei infrascripti Secretarii, declaravit: *Servanda esse Decreta. Die 13. Septembris 1760.*

4148. NEAPOLITANA.

Indulti sumendi SSmum Eucharistiae Sacramentum in nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Monasterii S. Mariae Egyptiacae nuncupat. *di Pizzofalcone* Ordinis S. Augustini Civitatis Neapolis: *Servetur Decretum. Die 9. Decembris 1760.*

4149. ARETINA.

Cum Antonius Barboni Oppidi *de poppi* nuncupati Dioecesis Aretinae in ultimo, quo decessit, testamento, Cappellam fundaverit sub titulo SSmi Nominis Mariae in Ecclesia B. M. V. nuncupat. *del morbo* eiusdem Oppidi: et adjecto onere, ut quotannis, praeter festum ejusdem SSmi Nominis, recolerentur etiam in perpetuum in eadem Cappella caeterae festivitates B. Virginis, quae in Calendario descriptae reperiuntur, cum celebratione unius Missae solemnis, aliarumque sex Missarum, et Officii, cumque exequutor testamentarius praedicti Antonii ad admovendam omnem ambiguitatem in adimplemento praedictorum onerum, Sacrorum Rituum Congregationi supplicaverit, ut declarare dignaretur: An onus a dicto Fundatore adjectum, celebrare faciendi in Festis B. M. V. in praefata Cappella Missam solemnem cum aliis sex Missis lectis, et Officio, intelligendum sit pro septem Festis principalibus ejusdem B. M. V., an etiam pro aliis simplicibus, in quibus commemoratio in honorem Deiparae Virginis infra annum fieri consuevit?

Et Sac. Congregatio, audita prius Rmi Episcopi informatione, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Episcopi Sabinensis Albani Ponentis, declaravit: *Missas esse celebrandas ad formam Testamenti omnibus diebus, in quibus fit Officium B. Mariae Virginis sub ritu dup. maj., vel altioris ritus, tam in Ecclesia universali, quam in Calendario Dioecesis. Die 13. Septembris 1760.*

4150 AQUEN.

Propositis per Archiepiscopum Aquensem S.R.C. nonnullis Dubiis circa Rubricas, iteratoque per literas Emo, et Rmo Domino Cardinali Secretario Status Sanctissimi Domini Nostri datas, ab eadem Sac. Congregatione expostulantem eorum resolutionem: Sac. Congregatio auditis scripto, et voce suffragiis duorum ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ac re diligenter perpensa, eorum resolutionem, juxta sequentia decrevit. Dubia vero haec sunt.

1. Queritur quaenam dies praesenti anno 1761., et deinceps in simili casu assignanda fuerit Officio Sanctissimi Nominis Jesu? secunda quippe Dominica post Epiphaniam fuit Dominica Septuagesimae. Porro apud Meratum in Indice Decretorum S.R.C., typis Florentinis edito, legitur Decretum 5. Maii 1736., in quo dicitur, quod non convenit, Officium praedictum

transferri post Dominicam Septuagesimae, proinde non alia videtur congrua dies ipsi assignanda, quam anticipando illud ad diem 14., vel ad 16. Januarii, translatis ad proximis dies non impeditas Officiis S. Hilarii, et S. Marcelli. Equidem illud ipsum Decretum paulo aliter refertur in editione (mendosa) commentarii ejusdem P. Merati Augustae Vindelicorum, ubi simpliciter dicitur, quod praedictum Officium SSmi Nominis Jesu non conveniret celebrari intra Quadragesimam. Vera fortasse utraque lectio. Quidquid tamen sit, et postrema hac lectione supposita ut genuina, non cessat difficultas. Ex quo enim receptum fuit in hac Dioecesi Aquensi Officium Desponsationis B. M. V. ut recitandum die 23. Januarii, ab annis circiter viginti Officium S. Raymundi, conformiter ad S.R.C. Decreta, translatum est ad diem 28., ut ei fixam, et propriam. Unde, jam impedita ea die 28., Officium SSmi Nominis Jesu, si non anticipetur, necessum est transferri post Feriam quartam Cinerum, saltem in Ecclesia Seminarii Aquensis, in qua conversio S. Pauli ut patroni, celebratur cum Octava; unde Officio Sancti Ignatii e propria sede in perpetuum ejecto, dies tertia ut fixa, et propria assignata fuit; quarta vero hoc anno fuit dies Cinerum. Dignetur S. C. universim statuere, quid in his ambagibus sit servandum, ne invalescat ea varietas, quam in ipsis Italiae Ecclesiis observavit Meratus.

2. Dubium pro nunc urgentius ob exortas isthic controversias spectat conclusionem Orationis pro Rege, quae in omnibus vulgo Missalibus Romanis notatur: *Per Dominum etc.*, aliter tamen in Parisiensi, aliisque pluribus Galliae Missalibus notatur: *Qui vivis etc.* Quod conformius videtur Rubricae generali; siquidem postrema phrasis praedictae Orationis dicens: *Ad Te, qui Via, Veritas, et Vita es etc.*, indicat Orationem ad Christum dirigi, cui specialiter convenit, ut sit *Via Veritas etc.*, unde consequens videtur, concludendam esse Orationem per: *Qui vivis, et regnas etc.* Nonne igitur errore Librariorum irrepsit in Missalis Romani multis editionibus altera conclusio: *Per Dominum etc.*? Equidem initium Orationis (si sequentia non obstarent) videtur denotare Patrem, qui communius intelligitur, dum dicitur, *Omnipotens Deus*; at ea appellatio non tam ipsi est propria, quam est Filio incarnato singulare esse viam, et veritatem. Quid igitur servandum in conclusione praefatae Orationis? Et magis anteponenda videtur conclusio: *Qui vivis etc.* Quod ipsa quandoque praescribitur in ipsis Orationibus ad Patrem directis, ut videre est in primae ultima Oratione, et in gratiis post prandium agendis: *Agimus tibi gratias . . . . qui vivis etc.*

3. Si Nuptiae celebrentur die non festivo, sed in quo recitatur Officium duplex per annum, debetne celebrari Missa conformi Officio cum commemoratione pro Sponsis? aut potest dici Missa propria pro Sponso, et Sponsa cum commemoratione Officii currentis? Rubrica ante eam Missam posita non est quoad hoc satis aperta. Quid si Officium esset duplex 1. aut 2. classis, sed non festivum?

4. Item si Mulier esset Vidua, debetne omitti Missa pro Sponso, et

Sponsa, ut omittendae sunt benedictiones infra eam descriptae post Orationem Dominicam, et *Ite, Missa est* ?

5. In Missa de Vigilia Nativitatis haec verba, quae post collectam leguntur: *et dicitur haec Oratio tantum*: excluduntne Orationes a Superiore praeceptas, V. G. pro pace, pro aeris serenitate etc.?

6. Item cum Decretum *diei* 23. *Julii* 1736 praecipit, ut in Missa primae, et secundae class. coram SSmo Sacramento cantata, commemoratio ejusdem SSmi Sacramenti fiat sub unica conclusione, estne intelligendum de Festis etiam in die Dominica occurrentibus? Tunc commemoratio SSmi Sacramenti, cui Orationi conjungenda? nonne Orationi Dominicae?

7. Extatne aliquod Decretum prohibens, ne in benedictione SSmi Sacramenti ante Orationem dicatur: *Dominus vobiscum*? Asserunt multi; Rituale tamen etiam nuper a Benedicto XIV. editum id praescribit in festivitate Corporis Christi post reditum Processionis.

8. In Officio translationis Almae Domus Lauretanae, et Expectationis Partus, Octava benedictio debetne dici: *Cujus festum colimus*, *ipsa Virgo Virginum etc.*, an *Divinum auxilium etc.*?

9. Item in Praefatione Missae expectationis, dicendane est: *Et te in expectatione Partus B. M. V. collaudare etc.* Pariterque in Missa Rosarii dicendumne: *Et te in Solemnitate Rosarii etc.*, vel suntne omittenda haec duo verba?

10. In Ecclesiis ubi retenti sunt hymni veteres dum fit Officium de Confessore translato, quidam in tertio versu hymni: *Iste confessor*, dicunt: *Hac die laetus meruit supremos etc.*, alii nil mutant. Equidem in omnibus Breviariis, ubi habentur hymni secundum emendationem Urbani VIII. notatur haec mutatio: At in iis, in quibus soli describuntur hymni veteres, quaedam editiones praecipiunt mutationem versus, quaedam eam omittunt. Quid igitur servandum est?

11. Circumfertur Decretum recens de transferendis simplicibus, quorum lectio, et commemoratio a propria sede in perpetuum rejicitur per Officium dupl. 1. class. V. G. in Metropolitana Aquensi Lectio SSrum MM. Sixti etc., occurrens in Transfiguratione Domini, quae Titularis est Nostrae Ecclesiae. Decretum illud estne genuinum?

12. Sunt quaedam Ecclesiae, ubi Anniversaria defunctorum celebrentur undecimo mense a die obitus. Si die illa occurrerit Officium duplex non festivum, poteritne cantari Missa de requiem, ac in ipsa die Anniversaria obitus?

13. Item cum primum accipitur nuntium de obitu alicujus in loco dissito, potest in die duplici cantari Missa de Requiem ex decreto 1686. (2961. *ad* 2.) A fortiori celebrari possunt exequiae pro defuncto pridie sero sepulto. Verum si contingat Sabbato post meridiem sepeliri cadaver, aut accipitur nuncium, nonne tunc feria 2. sequenti poterit cantari Missa de Requiem, etsi Officium sit duplex non festivum?

14. Tandem, dicendo Missam privatam de die occurrente, satisfitne cuilibet obligationi Missae privatae, sive fundatae, sive a fidelibus petitae,

oblato manuali stipendio, sive ipsa pro defunctis, sive in honorem alicujus Sancti petita fuerit, modo Sacerdos non expresse promiserit, se illam de Sancto, aut in paramentis nigris celebraturum? Id quidem ab Alexandro VII. definitum fuit pro diebus duplicibus; at in diebus semiduplicibus, et feriatis estne licitum, et satisfitne debito? Ea est persuasio, et praxis nonnullorum Sacerdotum, et nisi hoc liceat, vix umquam Missa conveniret cum Officio in praedictis diebus non duplicibus: quae enim postulantur a privatis fidelibus, vulgo petuntur pro defunctis, aut in honorem alicujus Sancti. Aliunde sic citius defunctis subvenitur, idque videtur exigere commoditas, et securitas Sacerdotis. In re tanti momenti, et quotidianae occurrentiae, quid praestandum? dignetur Sacra Congregatio declarare, ac statuere.

Quibus, ut supra, propositis et examinatis, decrevit Sac. Congregatio.

Ad 1. *Quando festum SSmi Nominis Jesu ab occurrente Dominica Septuagesimae impeditur, transferendum est ad diem 28. Januarii tamquam illi propriam, ne festum praedictum celebretur intra Quadragesimam juxta genuinum Decretum diei 5. Maii 1736.* (3894. ad tit. de Translat. Festor. dub. 1.) *et Officium S. Raymundi transfertur in aliam diem non impeditam.*

Ad 2. *Conclusio Orationis pro Rege debet esse:* Per Dominum nostrum *etc. Ita enim habent autographa Missalia S. Pii V., Clementis VIII., et Urbani itidem VIII., et ita antiquissima S. Gregorii Magni Sacramentaria.*

Ad 3. *Quotiescumque occurrit Officium duplex per annum, non potest dici Missa propria pro Sponso, et Sponsa: est enim Missa votiva, quae prohibetur in diebus duplicibus a Rubrica generali Missalis num. 4., sed debet celebrari Missa conformis Officio cum commemoratione pro Sponsis.*

Ad 4. *Si Mulier est vidua, non solum debet omitti benedictio Nuptiarum, sed etiam Missa propria pro Sponso, et Sponsa.*

Ad 5. *In Missa Vigiliae Nativitatis debent omitti Orationes a Superiore praeceptae ver. gr. pro pace, pro aeris serenitate etc.*

Ad 6. *Quando Missa cantatur coram SSmo Sacramento in festis primae classis occurrentibus in Dominica, commemoratio SSmi Sacramenti conjungenda est commemorationi Dominicae.*

Ad 7. *In Benedictione SSmi Sacramenti ante Orationem non debet dici* Dominus vobiscum, *juxta decretum S. R. C. in Granaten. 16. Junii 1663., et in Salernitana 28. Septembris 1675.* (2076. ad 7. 2600.) *quod ita se habet: In festo SSmi Corporis Christi servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. 2. cap. 33. de reponendo SSmo Sacramento, ubi nulla fit mentio de* ℣. Dominus vobiscum, *non vero Rituale Romanum, ubi dicitur addi:* Dominus vobiscum: *et sic servat in Urbe Summus Pontifex, et servatur ab omnibus.*

Ad 8. *In Officis translationis Almae Domus Lauretanae et Ex-*

pectationis Partus; *Octava benedictio debet esse* : Cujus Festum colimus, ipsa virgo virginum. *Vere enim sunt festa B. M. V.*

Ad 9. *In praefatione Missae Expectationis partus dicendum est* : Et te in expectatione Beatae Mariae semper Virginis', *et in festo Rosarii dicendum est* : Et Te in solemnitate Beatae Mariae semper Virginis, *omissis verbis* Partus, *et* Rosarii.

Ad 10. *In Ecclesiis ubi retenti sunt hymni veteres, dum fit Officium de Confessore translato, unaquaeque potest retinere suam antiquam consuetudinem mutandi, vel non mutandi tertium versum hymni* Iste confessor etc.

Ad 11. *Nullum adest Decretum de transferendis festis simplicibus a duplici primae class. perpetuo impeditis. Quare apocriphum est, quod circumferri asseritur, Decretum.*

Ad 12. *In Ecclesiis, in quibus Anniversaria celebrantur undecimo mense a die obitus, si die illa occurrat Officium duplex non festivum, potest cantari Missa de requiem, ac in ipsa die anniversaria, dummodo dies ille vel ex locorum consuetudine, vel ex Testatorum dispositione stata, et fixa sit pro celebrandis dictis Anniversariis.*

Ad 13. *Si Sabbato post meridiem accipiatur nuntium de obitu alicujus in loco dissito, poterit feria secunda sequenti cantari Missa de requiem, etsi Officium sit duplex non festivum.*

Ad 14. *Diebus, quibus dici possunt Missae votivae privatae, vel defunctorum, Sacerdos ad illas obligatus ratione fundationis, vel accepti manualis stipendii, propriae obligationi non satisfacit, dicendo Missam de die occurrente : expressa enim voluntas Testatorum, vel postulantium, dummodo sit rationabilis, debet adimpleri.*

Ideoque servanda; quae in resolutionibus supra praemissis praescripta sunt, statuit atque decrevit. *Die* 3. *Martii* 1761.

4151. VARMIEN.

Cum Rmo Episcopo, et Principi Vermiensi nonnulla occurrerint Dubia, enixe Sac. Rit. Congregationi supplicavit; quateuus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. Cum Festum SSmi Rosarii B. M. V. Dominica ipsis Calendis mensis Octobris, vel easdem Calendas proxime sequente juxta Decretum Sa. mem. Clementis PP. XI. de die 3. Octobris 1716. de praecepto celebrari debeat, jam vero eadem Dominica die Anniversaria Dedicationis Ecclesiae Cathedralis Varmiensis occurrat festum SSmi Rosarii : quaeritur; an ad tenorem Rubricae Breviarii Romani Antuerpiae anno 1727. typis excussi, ad sequentem Dominicam transferri debeat?

Bellum, quod ad initium Seculi XVII. Gustavus Adolphus Rex Suecorum Poloniae, et Germaniae moverat, Episcopatum Varmiensem maximis aerumnis afflixit; flamma enim, et gladio crassabantur Sveci, incolas omnibus bonis spoliabant; et quod luctuosissimum erat, templa, ejectis, vel igne combustis imaginibus Sanctorum, et Crucibus, signisque Dedicationem

eorumdem denotantibus impie deletis, profanabant; quia vero etiam Archivium tam Episcopale, quam Capituli abstulerunt; idcirco memoria Dedicationis fere omnium Ecclesiarum Parochialium exolevit, ita ut usuvenerit, quod Parochiales Anniversarium Dedicationis eadem die cum Ecclesia Cathedrali celebrent. Cum autem haec consuetudo Decretis Sac. Rit. Congr. contraria sit, Episcopus Varmiensis in proposito est singulis Ecclesiis praefatis propriam diem pro Festi Dedicationis celebratione assignare. Et quia dubitat, an jure suo id possit, an vero specialem licentiam a sede Apostolica petere debeat; hinc, quatenus id necessarium sit, supplicat, sibi eam concedi, nempe non tantum, ubi nulla extat memoria Dedicationis, eam designandi, sed etiam plerisque Ecclesiis, in quibus Dedicatio Festis Assumptionis B.M.V., vel omnium Sanctorum, vel Nativitatis S. Joannis Baptistae, vel Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, aut etiam principalium Patronorum Regni Poloniae etc. vel Dominicis privilegiatis occurrit, Festum Dedicationis transferendi?

Et Sac. eadem Congregatio, ad relationem Emi, et Rmi Domini Card. Tamburini d. S.C. Praefecti, et Ponentis, censuit rescribendum.

Ad 1. *Transferendum esse festum Rosarii ad primam diem non impeditam, juxta Rubricas Breviarii Romani.*

Ad 2. *Episcopus, si constet de consecratione alicujus Ecclesiae, sed dies ignoratur, diem assignabit pro celebratione Festi Dedicationis. Idem faciet, si perpetuo occurrat dies Dedicationis in Festis primae classis, ac propterea esset transferendus*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 3. *Martii* 1761.

4152. RAVENNATEN PRAEEMINENTIARUM.

Inter Capitulum Ecclesiae Metropolitanae Ravennae, et Magistratum Sapientum ejusdem Civitatis, referente Emo Joanne Francisco Albani: *Deberi aequalia scamna absque genuflexorio, et appodio, et serventur decreta anni* 1642. (vide supra num. 1175. et 1224.). *Die* 3. *Maii* 1761.

4153. RAVENNATEN.

Cum inter confratres SSrum Joannis Baptistae, et Evangelistae, ac B M.V. vulgo della Cintura Terrae Argenteae Dioecesis Ravennae ex una, et Confraternitatem SSmi Sacramenti ex altera partibus, exorta fuerit controversia super jure praecedendi in omnibus tam publicis, quam privatis Processionibus, praedictae Confraternitates recursum habuerunt ad hanc Sac. Rit. Congregationem, expositisque per easdem Confraternitates SSrum Joannis Baptistae, et Evangelistae, ac B. M. V. vulgo della cintura praerogativis omnibus eisdem competentibus, nonnullis ab hinc saeculis, tum circa anterioritatem erectionis, tum circa usum, et immemorabilem consuetudinem, qua gavisae sunt eaedem Confraternitates incedendi in cunctis tam publicis, quam privatis Processionibus supra Confraternitatem SSmi Sacramenti.

Sac. eadem Congregatio, audita prius Rmi Archiepiscopi informatione, perpensisque juribus Confraternitatum SSrum Joannis Baptistae, et Evangelistae, et B. M. V. vulgo della cintura, eorumque Procuratore tantum

scripto, et voce informante audito, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Columna de Sciarra, rescribendum censuit: *Praecedentiam in omnibus Processionibus deberi Confraternitatibus antiquioribus ad formam Brevis S. M. Gregorii XIII.*, *et servetur solitum*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 21. *Julii* 1761.

4154. AUGUSTANA.

Confirmationis antiquae consuetudinis celebrandi Missam solemnem votivam de SSmo Sacramento cum *Gloria*, *et Credo* in Feria II. hebdomadae majoris in Ecclesia Parochiali S. Crucis Civitatis Augustanae etc. *Lectum*. *Die* 12. *Septembris* 1761.

4155. BONONIEN.

Indulti sumendi Sacram Eucharistiam nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Tertiariis Ordinis Carmelitarum excalceatarum civitatis Bononiae: *Lectum*. *Die* 12. *Septembris* 1761.

4156. BRICTINORIEN.

Inter Promotorem fiscalem curiae Episcopalis ex una, et Magistratum Brictinoriensem ex altera partibus, exortis nonnullis controversiis super observantia Caeremonialis Episcoporum in aliquibus functionibus pontificalibus, eisque ad Sac. Rit. Congregationem delatis, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Joanne Francisco Albani Ponente concordata, decidenda in Congregatione *diei* 29. *Martii anni* 1760. proposita fuerunt, nempe.

1. An Magistratus Brictinoriensis accedens ad lotionem manuum Episcopi pontificaliter parati, debeat in actu stare, seu potius genuflectere, et manere genuflexus in casu etc.?

2. An idem Magistratus eundo, et redeundo, debeat genuflectere ante Altare, et ante Crucem in casu etc.?

3. An in benedictionibus solemnibus Episcopi debeat stare, uti Canonici, vel genuflectere in casu etc?

4. An possit adhibere pulvinaria cum stratu in scamno, more Episcoporum in casu etc?

5. An possit habere scamnum in Presbyterio Ecclesiae S. Dominici Patrum Ordinis Praedicatorum in casu etc?

At, petente Procuratore Magistratus dilationem, nulla a S. R. C. data fuit responsio suprascriptis Dubiis, jussumque dumtaxat per modum provisionis servari solitum. Proposita deinde in eadem Sac. Congregatione per eumdem Emum, et Rmum Dnum Cardinalem Ponentem, *sub die* 17. *Maii ejusdem anni* 1760., cum novo, et sexto Dubio a Magistratu praedicto excitato, nempe = An sit concedenda remissoria, in casu etc? = cum ob suffragiorum paritatem super ejusmodi remissoriali in suspenso etiam stetisset decisio totius controversiae, rescriptum fuit: *Iterum proponatur*, *et interim servetur solitum*, *juxta ultimos status*.

Deductis igitur suprascriptis quinque Dubiis in altera Sac. Rit. Congregatione *sub die* 13. *Septembris ejusdem anni* 1760. habita, neglectisque omnino, atque negatis remissorialibus, ac utraque parte scripto, et voce in-

formante audita, visisque juribus hinc inde deductis, matureque perpensis, ac consideratis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescriptum fuit. Ad 1. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*.

Ad 2. *Affirmative*.

Ad 3. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*.

Ad 4. *Affirmative quoad pulvinaria lanea tantum*.

Ad 5. *Negative*.

Petita tandem, et obtenta a Magistratu praedicto nova audientia, denuoque per eumdem Emum Ponentem repropositis iisdem quinque Dubiis; S. C. respondendum censuit: *In decisis, et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 21. *Julii* 1761.

4157. NEAPOLITANA.

Indulti celebrandi Missam solemnem cum aliis duabus lectis in Conservatorio sub titulo Septem Dolorum B. M. V., et in ultima communicandi Puellas ejusdem Conservatorii Civitatis Neapolis = *Lectum* = *Die* 12. *Septembris* 1761.

4158. SALMATICEN.

Cum ex parte Decani, et Capituli Ecclesiae Cathedralis Salmaticen. SSmo Domino nostro Clementi PP. XIII. humillime expositum fuerit, non raro evenire posse, ut eadem Ecclesia Cathedralis, aut alia ipsi unita, quae Universitati adhaerent, ob frequentes scholarum ejusdem universitatis rixas, polluantur; et Episcopatu vacante, vel Episcopo absente, aut impedito, nulloque Episcopo Salmaticae commorante, neque ob Dioecesium distantiam aliquo viciniore, nisi post longum temporis intervallum accedente, nonnunquam Sacrificia, et Ecclesiastica munia in iisdem Ecclesiis diu interrupta remaneant magno Scholariorum detrimento; quapropter SSmo Domino Nostro enixe supplicarunt, quatenus elargiri dignaretur facultatem, ut, tali casu occurrente, una ex Dignitatibus ejusdem Cathedralis cum aqua a proprio, vel viciniori Episcopo benedicta possit illas reconciliare.

Hinc Sanctitas Sua benigne concessit: *Ut, vacante Sede Episcopali, si nullus Episcopus Salmaticae, vel in viciniis commoretur, Vicarius Capitularis ad benedictionem Ecclesiae pollutae, dummodo utatur aqua a viciniore Episcopo benedicta, possit procedere: Episcopo vero causa aegritudinis, vel absentiae a sua Dioecesi impedito, nulloque alio Episcopo occurrente, vel accedente, Vicarius generalis, et quatenus ipse Sacerdotali charactere non sit insignitus, prima Dignitas ejusdem Capituli, habita prius ab Episcopo licentia in scriptis, et cum aqua pariter ab eodem Episcopo benedicta, et in casu necessitatis, eamdem benedictionem possit peragere*. Quae omnia eadem Sanctitas Sua pro casu, de quo agitur tantum valitura, atque in exemplum non adductura, indulsit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. *Die* 12. *Decembris* 1761.

4159. CAPUTAQUEN.

Exposuit S. R. C. Archipresbyter loci dicti de Novi Caputaquen. Dioecesis, consuetudinem inolevisse in sua Ecclesia in actu benedicendi populum cum SSmo Eucharistiae Sacramento, ut populus, vel Ministri Altaris

canerent versiculum Psalmi 68. = *Benedicat nos Deus*, *Deus noster etc.* Hanc consuetudinem reputans adversari opinionibus Expositorum sacrorum rituum, qui docentes, non licere in actu benedictionis praedictae partem Hymni *Pange lingua etc.*, quae incipit: *Genitori etc.*, canere, ex paritate etiam rationis versiculum praedictum explodere videntur; petit ut S. C. declarare dignetur: An consuetudo praedicta uti abusus eliminari debeat?

Audito igitur per Sac.Congregationem voto unius ex Magistris caeremoniarum, factaque per me Secretarium relatione, respondendum censuit: *In benedicendo populum cum SSmo Sacramento, Celebrans nihil dicere, Cantores, et Musici nihil quoque canere interim debent ad praescriptum Ritualis Romani, et Caeremonialis Episcoporum, non obstante quacumque contraria consuetudine*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 9. Februarii 1762.*

4160. VENETIARUM.

Indulti celebrare faciendi in Ecclesia Parochiali S. Margaritae Venetiarum Feria V. in Coena Domini plures Missas lectas ante conventualem etc. *Servetur Ritus Ecclesiae universalis*. *Die 20. Martii 1762.*

4161. AQUINATEN.

Inter Promotorem fiscalem Curiae Episcopalis Civitatis Aquini ex una, et Alexandrum Magnum Capozzella ex altera parte, exorta controversia, super jure sedendi in majori stallo posito in medio chori supradictae Ecclesiae Cathedralis, eaque ad S.R.C. delata, infrascriptum Dubium, coram Celsitudine Regia Emi, et Rmi D. Card. Ducis Eboracensis Ponente concordatum, decidendum propositum fuit, nempe: An competat Archipresbytero Cathedralis Ecclesiae Aquinaten. jus sedendi in majori stallo posito in medio Chori dictae Ecclesiae in casu etc.?

Et S.eadem C., utraque parte scripto, et voce informante, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefatae Celsitudinis Regiae Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Negative*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die 8. Junii 1762.*

4162. URBIS BASILICAE VATICANAE.

Porrectis S. R. C. precibus ex parte Celsitudinis Regiae Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ducis Eboracen. Archipresbyteri Vaticanae Basilicae pro definitione Dubiorum sequentium, respicientium ministerium Acolythi Basilicae in Pontificalibus, seu per eumdem Emum Archipresbyterum, seu per Episcopum ab eo delegatum peragendis, remissaque instantia ad Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Galli Ponentem, seu Relatorem, proposita fuerunt in Sac. Congregatione eadem Dubia, videlicet.

1. An Acolythus beneficiatus, seu Clericus beneficiatus Basilicae Vaticanae sustinens librum Cardinali Archipresbytero, dum sedens legit praeparationem ad Missam solemnem, teneatur genuflectere, prout Cardinali celebranti placuerit, ejusque commoditas postulaverit?

2. An idem modus sustinendi librum ad commodum Celebrantis, servari debeat ab eodem Acolytho in omnibus aliis sacris actionibus, in quibus Cardinalis Archipresbyter sedens legit aliquid, vel cantat?

3. An idem modus sustinendi librum in omnibus supradictis actionibus debeat ad commodum Celebrantis pariter servari ab eodem Acolytho, quotiescumque Episcopus Canonicus ejusdem Basilicae, vel quicumque alter Episcopus de mandato Cardinalis Archipresbyteri exercet munia Pontificalia in dicta Basilica?

Sac. Congr., visis juribus ex parte dictae Celsitudinis Regiae Emae productis, atque votis pro veritate a duobus ex Magistris apostolicarum caeremoniarum, de petita vero ab Acolythis dilatione nulla in praesenti judicio habita ratione, parte unica informante, censuit rescribendum: *Affirmative in omnibus*: Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 9. *Februarii* 1762.

Verum iidem Beneficiati, et Clerici beneficiati praed. resolutioni minime acquiescentes, nemine citato, adversus eam *sub die* 7. *Aprilis* proxime praeteriti, in actis emiserunt protestationem, quam, facto verbo cum SSmo Domino Nostro *Clemente Papa XIII.*, ejus R. P. D. Auditor per suum decretum de medio sustulit, ac terminum trium mensium ad effectum adeundi S. R. C. ipsis Beneficiatis, et Clericis beneficiatis praefixit, quo elapso perpetuum iisdem, eorumque successoribus silentium imposuit.

Deductis propterea per dictos Beneficiatos, et Clericos beneficiatos suis juribus, utraque parte informante tam scripto, quam voce, reassumptoque praedictorum Dubiorum maturo examine, ad relationem pariter praelaudati Emi, et Rmi Domini Cardinalis Galli Ponentis proposito Dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis?

Ipsamet Sac. Congr. sub infrascripta die, unanimi omnium EErum, et RRmorum Dominorum Cardinalium suffragantium consensu, respondit: *In decisis*, *et amplius*: Et ita decrevit, et in praedicta Vaticana Basilica servari mandavit. *Die* 28. *Augusti* 1762.

4163. PARISIEN.

Cum Presbyteri Galli Seminarii Missionum exterarum Sac. Rit. Congregationi supplicaverint pro declaratione sequentium Dubiorum, videlicet.

1. Utrum, quoties festum aliquod duplex, vel semiduplex incidit in Feriam, possit, et debeat celebrari Missa defunctorum? Et quatenus negative.

2. Utrum in hujusmodi casu possit obtineri talis Indulgentia celebrandi Missam de festo duplici, aut semiduplici feria secunda occurrenti? Quod si iterum negative, iidem Oratores humiliter rogant EE. VV., ut dictam Indulgentiam pro omnibus feriis secundis, modumque eam lucrandi Presbyteris largiri non dedignentur?

Sac. eadem Congregatio, ad relationem per Me infrascriptum Secretarium factam, mandavit. *Ut detur Decretum anni* 1662. 5. *Augusti*, *alias emanatum*, *quod est sequens*, *nempe*: *cum SSmus etc.* (omittimus referre tenorem Decreti, quod legitur suo apte loco *num.* 2031). Atque ita praefatis Presbyteris servari mandavit. *Die* 8. *Augusti* 1762.

4164. ORDINIS S. BENEDICTI.

Cum Monachi S. Benedicti, quibus unus incumbit disponendi Calen-

darium eiusdem Ordinis, S.R.C. supplicassent pro declaratione Dubii: An in die, in qua dicti Monachi celebrant commemorationem omnium Monachorum defunctorum dicti Ordinis, eodem prorsus ritu, quo in Ecclesia universali peragitur commemoratio omnium fidelium defunctorum, dicendi, vel omittendi sint in Laudibus, et Vesperis Psalmi: *Lauda anima mea Dominum etc.*, et *De profundis?*

S. eadem C., audito voto unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem per me infrascriptum Secretarium factam, rescribendum censuit: *Servetur Decretum in Collen.* 5. *Julii* 1698., (3328) *videlicet: Psalmi* Lauda anima mea Dominum etc., et De profundis etc. *omittantur in precibus post Officium in die generalis commemorationis omnium fidelium defunctorum, et in die obitus, et depositionis defuncti, dumtaxat caeteris autem diebus semper, et omnino dicantur. Die* 28. *Augusti* 1762.

4165. IMOLEN.

Postquam delata ad S. R. C. controversia inter Presbyteros consortiales communiae Archipresbyteralis Ecclesiae S. Pauli Terrae Massae Lombardorum Dioecesis Imolae ex una, et Fratres Ordinis S. Mariae de Monte Carmelo in dicta Terra degentibus ex altera partibus, super Dubio: An dicti Fratres in diebus Rogationum, in quibus supplicationes peraguntur, et praesertim in earum Feria 3. accedere tenerentur ad dictam Ecclesiam Archipresbyteralem, a qua Processio ducitur, seu potius ex dispensatione iisdem Fratribus ab Archipresbytero proprio marte concessa, liceret, vel iisdem Processionibus non interesse, vel easdem Processiones expectare, ac excipere in Ecclesia dictorum Fratrum, in ea praesertim Rogationum Feria, in qua Statio in eorum Ecclesia haberi solet. Licet eamdem controversiam penitus diremerit litis renunciatio una cum declaratione judicialiter facta a Priore Conventus; nomine tam suo, quam omnium aliorum Fratrum dicti Conventus, accedendi praefatis Feriis Rogationum, ac praesertim tertia ad Ecclesiam Archipresbyteralem ad effectum interveniendi publicis Processionibus: nihilo tamen minus ulterius postulantibus dictis Presbyteris declarari: An liceat Archipresbytero propria auctoritate dispensare Regulares ab accessu ad dictam Ecclesiam Archipresbyteralem occasione publicarum supplicationum?

Sac. eadem Cong., habita prius Rmi Episcopi informatione, re mature, ac serio discussa, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ferroni dictae Sac. Cong. Praefecti, et Ponentis, censuit rescribendum: *Non potuisse Archipresbyterum dispensare, inconsulto Episcopo*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 11. *Decembris* 1762.

4166. AMERINA.

Exortis inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Amerinae ex una, et Parochos S. Luciae, S. Mariae de Portu, et S. Mariae ad Ulmum dictae Civitatis ex altera partibus, controversiis super juribus Parochialibus, aliisque praeeminentiis in functionibus Ecclesiasticis peragendis, illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Ferroni dictae S. C. Praefecto, et Ponente concordata, decidenda proposita fuerunt, nempe,

1. An Ecclesiae Parochiales S. Luciae, S. Mariae de Portu, et S. Mariae ad Ulmum, earumque Parochi sint liberi, et independentes ab Ecclesia Cathedrali, ejusque Capitulo, Canonicis, et Priore uti Parocho, sive potius dependentes in casu etc?

2. An omnibus dictis Parochis, sive potius Parocho tumulanti tantum, absente Capitulo, competat usus Stolae occasione, qua funus ducitur ad dictam Cathedralem, sive aliam Ecclesiam in transitu per Parochiam Prioris dictae Cathedralis, et in eadem Cathedrali in casu etc?

3. An, interveniente Capitulo, funebris functio conficienda sit ab altero ex Canonicis dicti Capituli, sive potius a Parocho defuncti in casu etc? Et quatenus a Canonico.

4. An dicto Canonico funebrem functionem conficiente, induto Pluviali, et Stola, eadem Stola deferri possit a supradictis Parochis, sive a Parocho defuncti in casu etc? Quatenus vero ab eodem Parocho.

5. An omnes supradicti Parochi possint deferre Stolam, sive potius Parochus defuncti tantum in casu etc?

6. An iidem Parochi teneantur publicare Matrimonia, et Decimas exigere in dicta Cathedrali, sive potius illa publicare possint, et decimas exigere in propriis Ecclesiis in casu etc?

7. An iidem Parochi teneantur tempore Paschali Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae ministrare propriis ovibus in dicta Cathedrali in casu etc?

8. An iidem Parochi teneantur incedere in Processione SSmi Corporis Christi, aliisque Processionibus, quatenus interveniant vestibus sacris induti, prout alii Sacerdotes, sive potius possint incedere cum Cotta, Stola, et in quo loco in casu etc?

Et Sac.Cong., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Dilata*.

Ad 2. *Usum Stolae competere Parocho tumulanti tantum*.

Ad 3. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, juxta solitum*.

Ad 4. *Negative quoad omnes, juxta solitum*.

Ad 5. *Provisum in praecedenti*.

Ad 6. *Quoad publicationem Matrimoniorum faciendam esse tam in propria Ecclesia, quam in Cathedrali ad formam constitutionis synodalis anni 1566.: Quo vero ad exactionem Decimarum in nulla Ecclesia faciendam esse, sed in loco ab Episcopo designando*.

Ad 7. *Quoad Sacramentum Poenitentiae, Negative, quoad Communionem Paschalem, posse in propria Ecclesia, dum Parochus celebrat*.

Ad 8. *Affirmative ad primam partem, ad secundam juxta solitum*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die 7. Maii 1763*.

4167. FIRMANA FUNERUM.

Ad dirimendas nonnullas controversias exortas inter Sacerdotes Julium, aliosque Fratres de Tosinisis Oppidi Petritoli Dioecesis Firmanae ex una,

et Parochos dicti Oppidi, et litis, ex altera partibus, super associatione cadaverum ad Ecclesiam Regularium, nec non super emolumentis Parochis debitis, illasque ad S.R.C. judicium delatas, Eiñus, et Rmus Dominus Cardinalis Caprara Ponens infrascripta Dubia coram se concordata decidenda proposuit, nempe.

1. An Parochi teneantur associare cadavera tumulanda in Ecclesia Regularium usque ad Crucem, vel potius usque ad januam Ecclesiae, ibique dare ultimum vale? Et quatenus affirmative ad secundam partem.

2. An Regulares, quatenus associationi non fuerint invitati, teneantur expectare, et recipere cadavera in janua eorum Ecclesiae in casu etc?

3. An liceat haeredibus defuncti asportare cadavera e propriis domibus ad Ecclesiam Parochialem per modum depositi, antequam illa processionaliter deferantur ad Ecclesiam Regularium, et Parochi teneantur recipere? Et quatenus affirmative.

4. An, et quale emolumentum debeatur Parochis ratione ejusdem depositi in casu etc?

5. An Parochis, coeterisque Ecclesiasticis associantibus cadavera ad Ecclesias Regularium, liceat exigere pro dicta associatione majorem eleemosynam, et emolumentum, seu potius illud dari solitum, occasione associationis faciendae ad Ecclesiam?

6. An coeteri Ecclesiastici, et confratres associantes cadavera, teneantur introire Ecclesiam Regularium, ibique solitas sacras preces una cum Regularibus canere, et totum Officium absolvere in casu etc?

Et Sac. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Eñii Dñi Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 2. *Affirmative.*

Ad 3. *Affirmative in omnibus, petita tamen, quamvis non obtenta, licentia Parochi.*

Ad 4. *Deberi Parocho intortitia tantum, quibus cadaver expositum fuit, dummodo aliquas preces expleverit.*

Ad 5. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 6. *In casu, de quo agitur, serventur Constitutiones Synodales.* Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die 7. Maii 1763.*

4168. DERTUSEN. DUBIORUM.

Postquam Rmus Episcopus Dertusensis Sac.Rit.Congr. exposuit, plures in sua Cathedrali reperiri abusus, quos Capitulum, Dignitates, et Canonici servare contendebant contra praescriptum, et dispositionem Caeremonialis Episcoporum, et Decretorum hujus Sac. Congregationis; Rmus idem Episcopus, parens mandatis ejusdem Sac.Congr. per literas particulares sibi commissis, die 11.Septembris 1761., praefixo termino omnibus interesse habentibus ad comparendum coram eadem Sac. Congregatione, et deducendum jura sua, propriam relationem transmisit. Deinde Eñus, et Rmus

Dominus Cardinalis Ferroni Praefectus, et causae Ponens, infrascripta Dubia coram se inter partes concordata decidenda proposuit, nempe

1. An Dignitates omnes, et Canonici (exceptis Canonicis Celebrante, Diacono, et Subdiacono) teneantur associare Episcopum cappa indutum ad Ecclesiam pedester accedentem Divinis Officiis interfuturum a suo cubiculo ad Sedem Episcopalem in choro, eumque, omnibus horis canonicis absolutis, vel nulla incoepta, recedentem illuc reducere?

2. An omnes Dignitates, et Canonici, ut supra, eidem Episcopo curru, vel portatili sella ad Ecclesiam venienti, teneantur extra portam Cathedralis occurrere, et usque ad suam sedem in choro associare, ipsumque pariformiter ab Ecclesia discedentem ad eamdem Cathedralis januam deducere?

3. An omnes, seu quot Dignitates, et Canonici teneantur associare Episcopum accedentem ad Ecclesiam, seu ab illa recedentem, aliqua hora canonica incoepta, vel nondum absoluta, et a quo, et ad quem locum?

4. An Feria V. in Coena Domini, aliisque diebus, quibus Episcopus pontificaliter celebrat, debeant non solum tres Dignitates, et Canonici, qui eidem juxta morem assistunt, sed omnes pariter Dignitates, et Canonici ad ejus cubiculum se conferre, ut eum ad Ecclesiam, ut supra, deducant, eumdemque suam domum redeuntem, ut supra, associare?

5. An Episcopus pontificaliter celebrans, debeat habere baldachinum supra suam sedem Episcopalem? Et an eadem sedes collocari debeat in cornu Evangelii, seu in cornu Epistolae?

6. An Episcopo pontificaliter celebranti praeparari debeat genuflexorium ut suis loco, et tempore genuflectat; seu potius idem Episcopus debeat esse semper contentus solo pulvino?

7. An, Episcopo pontificaliter celebrante, debeat super Altare poni septimum candelabrum, et cujus sumptibus?

8. An feria V. in Coena Domini Episcopus juxta morem Ecclesiae Dertusensis Canonicorum, pedes lavans, debeat habere assistentiam duarum Dignitatum, et aliam pariter Dignitatem, quae munus Diaconi, et Canonicum, qui munus Subdiaconi subeant?

9. An Episcopum in Cathedrali Confirmationis Sacramentum, vel Ordines collaturum debeant saltem duo Dignitates, seu Canonici in habitu chorali ad januam Ecclesiae excipere, Aspersorium porrigere, eique Confirmationem, vel Ordines conferenti adsistere?

10. An, et quot Dignitates, et Canonici debeant Episcopo adsistere, cum Missam pontificalem celebrat, vel alia officia pontificalia exercet in aliqua Ecclesia parochiali, vel conventuali Civitatis?

11. An, et quot Dignitates, et Canonici debeant Episcopo assistere, quando hic publice Divinis Officiis interest in aliqua Ecclesia parochiali, vel conventuali Civitatis?

12. An privative spectet ad Episcopum de consilio Capituli intimare Processiones, ac designare vias, per quas incedendum erit; seu potius id spectet ad Capitulum sine consensu Episcopi?

13. An Gubernatori, et Decurionibus Civitatis Dertusensis locum habentibus in Presbyterio, dum cantatur Missa solemnis, fieri debeat reverentia a Canonico celebrante, Diacono, et Subdiacono ante initium, et post finem Missae, tam praesente, quam absente Episcopo?

14. An, et quibus poenis possit Episcopus compellere Dignitates, et Canonicos ad praestandum obsequia, quae, juxta Sac. Congregationis decisiones, sibi debita videbuntur?

Et eadem S. C., re mature discussa, perpensisque tam Emi Episcopi, quam Capituli, Dignitatum, et Canonicorum juribus per eorum procuratores voce, et scripto expositis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative ad utramque partem.*

Ad 2. *Affirmative usque ad locum, ubi Episcopus induit cappam.*

Ad 3. *Quoad numerum quatuor, quoad locum, provisum in superioribus.*

Ad 4. *Affirmative.*

Ad 5. *Affirmative quoad primam partem; quoad secundam, sedem Episcopalem locandam esse e regione Altaris, vel in cornu Evangelii, juxta Caeremoniale.*

Ad 6. *Deberi Faldistorium juxta Caeremoniale.*

Ad 7. *Affirmative ad primam partem, et eorum sumptibus, qui ad coeteras Missae pontificalis expensas tenentur.*

Ad 8. *Affirmative ad formam Caeremonialis.*

Ad 9. *Affirmative in omnibus.*

Ad 10. et 11. *Affirmative ad utrumque Dubium, ita tamen, ut Ecclesia Cathedralis debito non fraudetur Officio.*

Ad 12. *Non proposita.*

Ad 13. *Negative in omnibus.*

Ad 14. *Affirmative juris remediis, et amplius in omnibus.* Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 6. *Augusti* 1763.

4169. NULLIUS FARFEN.

Exortis controversiis inter Patres Minores Conventuales Oppidi Tophiae Nullius Farfen. ex una, et Archipresbyterum, et Canonicos Ecclesiae Collegiatae ejusdem Oppidi ex altera partibus, super celebratione Festi solemnis, cum praecedentibus Novemdialibus supplicationibus Conceptionis B. M. V. Immaculatae, iisque delatis ad S. R. C., proposita fuerunt infrascripta Dubia inter partes concordata coram Emo, et Rmo Cardinali Marco Antonio Columna Ponente, nempe.

1. An liceat celebrare Festum solemne cum praecedentibus novemdialibus supplicationibus Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Ecclesia Collegiata Terrae Tophiae die 8. Decembris, quibus celebrantur in Ecclesia S. Alexandri Patrum Minorum Conventualium ejusdem loci?

2. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda?

Sac. eadem Congr., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ponentis, censuit rescribendum.

Ad 1. *Quoad Festum solemne, Negative quoad Ecclesiam Collegiatam; quoad preces novemdiales juxta mentem; nempe, pro concordia arbitrio Emi Ponentis, qui eodem arbitrio utendo declaravit: Preces novemdiales praemittendas Festivitati Conceptionis B.M.V. Immaculatae peragi licere in Ecclesia Collegiata per Archipresbyterum, et Canonicos de mane, sive horis matutinis; in Ecclesia vero S. Alexandri esse celebrandas per Patres Minores Conventuales de sero, sive horis vespertinis.*

Ad 2. *Juxta mentem declarandam ab Emo Ponente, qui declaravit: jam panditam mentem S.C. Procuratori Capituli, et provisum.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die 6. Augusti* 1763.

4170. CONVERSANEN.

Inter Salvatorem Gonnella Canonicum Ecclesiae Collegiatae Terrae Turris Dioecesis Conversanensis anteriorem in possessione Canonicatus, et Vitum Felicem, ac Franciscum fratres de Caracciolo ejusdem Ecclesiae Collegiatae Canonicos, anteriores in Ordine Sacerdotali, posteriores autem in possessione Canonicatus, orta controversia super jure praecedendi in Choro, aliisque functionibus Ecclesiasticis, illaque ad S. R. C. delata, infrascripta Dubia decidenda proposita fuerunt.

1. An, et cui competat praecedentia in casu etc?

2. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda in casu etc?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Columna de Sciarra Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Praecedentiam competere Canonicis Caracciolo.*

Ad 2. *Provisum in primo.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die 8. Julii* 1763.

Adversus istam resolutionem ex parte Salvatoris Gonnella Canonici praefatae Ecclesiae Collegiatae expetita, et obtenta nova audientia, cujus vigore reproposita per eumdem Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Columna de Sciarra Ponentem hujusmodi controversia sub Dubio = An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc? =

Sac. eadem Congr., scripto item, et voce utraque parte hinc inde informante audita, ex noviter deductis, rescribendum censuit = *Praevio recessu a decisis, praecedentiam deberi Canonico Gonnella* = Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 11. *Decembris* 1763.

Instantibus vero Vito Felice, et Paulo fratribus de Caracciolo Canonicis praefatae Collegiatae apud Sacram Congregationem pro obtinenda nova audientia, qua concessa, per dictum Emum Ponentem propositum fuit infrascriptum Dubium = An sit standum in primo, vel in secundo loco decisis in casu etc? = Sacra Congregatio scripto, et voce utraque parte audita, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit = *In secundo loco decisis, et amplius.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 10. *Decembris* 1763.

4171. FESULANA.

Cum Rmo Episcopo Fesulano nonnulla occurrerint Dubia circa Missam

celebrandam ab Episcopo Ordinationem habente diebus a jure praestitutis ex parte ejusdem Rmi Episcopi S. R. C. humillime supplicatum fuit, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. An decretum editum a S. R. C. 11. Julii 1739. (3942. ad 3.) in quo statuitur ab Episcopo Ordinationem habente diebus a jure praestitutis celebrandam esse Missam de Feria, non autem de Sancto forte eadem die occurrente, comprehendat, et intelligi debeat, etiamsi Missa privatim, et sine cantu ab Episcopo Ordines conferente dictis diebus celebretur?

2. An ubi viget consuetudo celebrandi Missam de Sancto occurrente, non autem de Feria, dum Episcopus praedictis diebus privatim sacras habet Ordinationes, quae ratione dierum a jure praescriptorum generales vocautur, toleranda sit, vel potius abolenda?

Et Sac.eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum, caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Columna Almae Urbis Vicarii Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*. Et ita declaravit. *Die* 11. *Februarii* 1764.

4172. RHEGIEN.

Ad sedandas controversias exortas inter Tiberinm Genovese Decanum Ecclesiae Metropolitanae Civitatis Rhegii ex una, et Joannem Philippum Mantica ejusdem Ecclesiae Metropolitanae Cantorem ex altera partibus, in causa praeeminentiarum, super juribus dandi nutum inchoandi Divina Officia in Choro, eaque terminandi, nec non veniam concedendi iis, qui e Choro quavis ex causa egredi volunt, illisque ad S. R. C. delatis, fuit ex parte Joannis Baptistae Mantica opposita exceptio defectus actorum in partibus de anno 1753., seu alio tempore confectorum, eaque per R. P. D. de Lerma tunc temporis ejusdem S.C. Secretarium remissa ad eamdem plenam Congregationem una cum negotio principali, deputatoque causae Ponente Emo, et Rmo Domino Cardinali Ferroni, fuit concordatum infrascriptum Dubium = An, et ad quem spectet dare nutum inchoandi Divina Officia in Choro, eaque terminandi, nec non veniam concedere iis, qui a Choro quavis ex causa egredi volunt?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit = *Exhibeantur Acta* = *Die* 1. *Martii* 1763.

Adversus istam resolutionem ex parte Decani Tiberii Genovese expetita, et obtenta nova audientia, et reproposita iterum per eumdem Emum Dominum Cardinalem Ponentem hujusmodi controversia: Sac. eadem Congregatio, scripto, et voce utraque parte iterum informante audita, rescripsit = *Praevio recessu a decisis super exhibitione Actorum*, *proponatur causa super negotio principali* = *Die* 6. *Augusti* 1763.

Contra hanc resolutionem, ex parte Cantoris Joannis Philippi Mantica expetita, et obtenta nova audientia, et causa denuo proposita per eumdem Emum Dominum Cardinalem Ponentem: Sac. eadem Congregatio, utraque

parte noviter informante audita, propositum Dubium resolvendo, rescripsit = *Spectare ad Decanum* = *Die* 17. *Septembris* 1763.

Iterum vero nova audientia ex parte ejusdem Cantoris Joannis Fhilippi Mantica postulata, et obtenta, reproposita per eumdem Emum Dominum Cardinalem Ponentem hujusmodi controversia.

Sac. eadem Congregatio, scripto, et voce Procuratore Decani Tiberii Genovese tantum noviter informante audito, cum pars adversa non comparuerit, rescribendum censuit: *In decisis*, *et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 11. *Februarii* 1764.

4173. TOLETANA.

Ex parte Magistri caeremoniarum Regiae Cappellae, et Monasterii Monialium reformatarum Ordinis S. Augustini Incarnationis nuncupat. Villae Matriti Dioecesis Toletanae S. R. C. humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentium Dubiorum, videlicet.

1. An in Missis solemnibus, quae celebrantur in Altari, quo publicae venerationi est expositum SSmum Sacramentum, Subdiaconus sustinens Patenam debeat genuflectere, quando Celebrans post Offertorium genuflexus thurificat SSmum Sacramentum, sicut genuflectit in actu Consecrationis, et Elevationis?

2. An in Missa solemni, quae cantatur Feria V. in Coena Domini, Crux Altaris debeat esse cooperta velo albo, seu potius violaceo?

Et Sacra Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Albani Episcopi Sabinen. Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Servetur consuetudo Ecclesiae*. Et ita declaravit. *Die* 11. *Februarii* 1764.

4174. TRANEN. PRAECEDENTIAE.

Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter Franciscum Paulum Brescia Primicerium Ecclesiae Metropolitanae Tranensis ex una, et Nicolaum Morola alterum Primicerium ejusdem Ecclesiae Cathedralis ex altera partibus, super jure praecedendi tam in Choro, et stallo, quam in quibuscumque aliis locis, et actibus, illasque ad S.R.C. delatas, Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Ferroni Praefectus infrascriptum Dubium inter partes concordatum decidendum proposuit, nempe: An, et cui competat praecedentia tam in Choro, et stallo, quam in quibuscumque aliis locis, et actibus in casu etc?

Sac. eadem Cong., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi D. Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit: *Praecedentiam deberi Nicolao Morola*, *et amplius*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 1. *Decembris* 1764.

Adversus istam resolutionem instante iterum Francisco Paulo Brescia praedicto apud eamdem Sacram Congregationem pro obtinenda nova audientia, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque novis juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis, respondendum censuit: *Nihil de nova audientia*, *et amplius*. *Die* 20. *Julii* 1765.

4175. POLONA.

Instantibus pro concessione Officii, et Missae SS^mi Cordis Jesu plerisque Rmis Episcopis Regni Poloniae, nec non Archiconfraternitate Urbis sub hoc titulo erecta; Congregatio Sac. Rit. habita die 26. Januarii hujus anni probe noscens Cultum Cordis Jesu jam hodie esse per omnes fere Catholici Urbis partes, foventibus earum Episcopis, propagatum, saepe etiam a Sede Apostolica decoratum millenis Indulgentiarum Brevibus datis ad innumeras propemodum Confraternitates sub titulo Cordis Jesu canonice erectas; simulque intelligens, hujus Officii, et Missae celebratione non aliud agi, quam ampliari cultum jam institutum, et simbolice renovari memoriam illius Divini Amoris, quo Unigenitus Dei Filius humanam suscepit naturam, et factus obediens usque ad mortem, praebere se dixit exemplum hominibus, quod esset mitis, et humilis corde. His de causis, referente Emo, et Rmo Dno Cardinali Episcopo Sabinensi; audito R. P. D. Cajetano Forti Promotore Fidei: *Praevio recessu a decisis sub die 30. Julii 1729., annuendum precibus censuit Episcoporum Regni Poloniae, et dictae Archiconfraternitati Urbis, deliberatura deinceps de Officio, et Missa rite approbandis.* Quod quidem Congregationis votum per me Secretarium relatum SSmo Dno Nostro Clementi Papae XIII. Sanctitas Sua, hujus etiam Decreti tenore perlecto, in omnibus approbavit. *Hac die 6. Februarii 1765.*

4176. RAMATEN.

Porrectis per Carolum Walmesley Episcopum Ramatensem Vicarium Apostolicum in Anglia, ad praesens Coadjutorem Laurentii York Episcopi Nisibensis humillimis precibus, quibus supplicatum fuit, quatenus eidem Episcopo Ramatensi indulgere dignaretur, ut functiones, quae ab Episcopo fieri solent Feria V. majoris hebdomadae in benedictione Chrismatis, perficere valeat in Feria II., vel alio die conveniente ejusdem hebdomadae, eo quod nec ipse sine gravissimo incommodo praedicta Feria V. a sua residentia abesse possit, nec sufficientem numerum Sacerdotum illa die ad praedictum effectum simul convocare. *Sanctitas sua, dummodo vera sint exposita, gratiam petitae dispensationis indulsit. Die 9. Martii 1765.*

4177. BONONIEN.

Cum pro parte Abbatissae, et Monialium Monasterii S. Margaritae Civitatis Bononiae S. R. C. expositum fuerit, ex undecim Sanctimonialibus ejusdem Monasterii, quae modo solemniter velari postulant, altera ne parvulo quidem temporis spatio e propria cella discedere posse, prohibente gravi, qua laborat chronica infirmitate; duas vero ex iisdem alias Moniales talibus corporis indispositionibus ita habitualiter esse obnoxias, ut de suarum virium insufficientia merito timeri possit, ne aliquo corripiantur deliquio, ut impares sint absolvendae longioris, et laboriosae solemnitatis, qualis profecto est Monialium velatio, seu consecratio facienda in Ecclesia exteriori. Quare ne tres praedictae Moniales spirituali, quam summopere exoptant, consolatione priventur, supradictae Oratrices eidem Sac. Congr. devote supplicarunt, ut non solum quoad tres Moniales infirmas, verum etiam quoad caeteras enunciatas Sanctimoniales velandas pro hac vice tantum dispensare dignaretur super obser-

vatione Pontificalis Romani, earumque solemnis velatio fieri possit ad fenestellam vestitionum: quo vero ad supradictam Monialem actu, et habitu infirmam, atque impotentem accedendi ad consecrationem, annuendo permittere, ut inter Missarum Solemnia a duabus Monialibus velum benedictum ad eamdem deferatur.

Et S. C., habita prius Emi, et Rmi Dni Archiepiscopi informatione, et voto, ad relationem Emi, et Rmi Dni Cardinalis Praefecti, et Ponentis, attentis peculiaribus facti circumstantiis, benigne rescripsit: *Pro gratia, arbitrio, et juxta votum Emi Ordinarii. Die* 11. *Maii* 1765.

4178. CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM S. PAULI VULGO BARNABITARUM.

Ex parte Procuratoris generalis Clericorum Regularium S. Pauli vulgo Barnabitarum S. R. C. humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentis Dubii, videlicet: An iis in locis, ubi saepe non adsunt dies non impeditae juxta Rubricas, recitari nihilominus licite possit Officium defunctorum, recurrente Officio novem lectionum?

Et S. C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Dni Cardinalis Galli Ponentis, rescribendum censuit: *Non posse*. Et ita declaravit. *Die* 11. *Maii* 1765.

4179. TOLETANA.

Inter Promotorem Fiscalem Curiae Archiepiscopalis Toletanae ex una, et Ven.Societatem SSmi Crucifixi injuriarum nuncupatam, ejusque confratres, erectam in Ecclesia S. Aemiliani Suffraganeae Ecclesiae Parochialis SSrum Justi, et Pastoris ejusdem Civitatis ex altera partibus, exorta controversia super continuatione Processionis peragi solitae Feria sexta majoris hebdomadae, illaque ad S. C. R. delata, infrascriptum Dubium coram Emo, et Rmo Dno Cardinali Albani Episcopo Sabinensi Ponente concordatum decidendum propositum fuit: An, et quomodo sit continuanda Processio, de qua agitur, sive potius obstet ordinatio Rmi Archiepiscopi in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, viaisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis rescribendum censuit: *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 11. *Maii* 1765.

4180. MONTIS POLITIANI JURIS PRAECEDENTIAE.

Ad dirimendas nonnullas controversias exortas inter Cappellanos Ecclesiae Cathedralis Montis Politiani ex una, et Sacerdotes inservientes Ecclesiae S. Blasii extra moenia Civitatis ex altera partibus, super associatione cadaverum ad Ecclesiam praefatam S. Blasii, illasque de communi partium consensu, Rmo Episcopo quoque approbante, ad S. R. C. delatas, Emus, et Rmus Dominus Cardinalis S. Angeli Ponens infrascriptum Dubium proposuit, nempe: An in occasione associandi corpus defuncti alicujus, qui fuerit de cura, et populo Ecclesiae Cathedralis Politianae ad Eccleaiam S. Blasii positam intra fines Ecclesiae Parochialis S. Bartholomaei de Castello Dioecesis Politianae, in qua associatione invitati fuerint Capellani Ecclesiae Cathedralis

absque interventu Capituli, et invitati fuerint Presbyteri inservientes dictae Ecclesiae S. Blasii, debeatur praecedentia Cappellanis praefatae Cathedralis, vel potius Presbyteris ipsis inservientibus Ecclesiae S. Blasii tamquam Clero Ecclesiae tumulantis ?

Et S.C., habita prius ejusdem Rmi Episcopi informatione, ad relationem praefati Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit: *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam: et ad mentem Emi Ponentis*. Et mens est, *quod Episcopus prohibeat Cappellanis Ecclesiae Cathedralis, ne, cum in publicis supplicationibus, sive defunctorum associationibus procedunt absque interessentia illius Capituli, almutiam in brachiis deferant; indecens enim est, quod ipsi Cappellani, qui cum Capitulo dumtaxat unum corpus faciunt, ab eodem corpore disjuncti, iis etiam utantur Insignibus, quae non membris, sed toti corpori conveniat*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die 20. Julii 1765.*

4181. NULLIUS IN DIOECESI SPIREN.

Porrectis per Capitulum Ecclesiae Collegiatae principalis exemptae, et immediate subjectae S. Sedi Nullius in Dioecesi Spiren. S. R. C. humillimis precibus, quibus supplicabat pro declaratione sequentium Dubiorum, nempe.

1. A sexaginta annis in praedicta Ecclesia, nulla petita, vel obtenta S. Sedis facultate, plura recitantur Officia Dioecesis Spirensis, intra cujus fines sita est, quae Officia non reperiuntur in Breviario Romano, nec constat a Sede Apostolica fuisse adprobata etc. Quaeritur ergo: An praedicta Ecclesia exempta, non obstante memorata consuetudine, reassumere possit Officium Divinum, juxta Calendarium Breviarii Romani, et relinquere Officia praedictorum Festorum? Et idem quaeritur de Officio Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quod in praedicta Ecclesia Collegiata exempta recitatur sub ritu dupl. 1. class. cum Octava?

2. Item in praedicta Ecclesia Collegiata exempta non servatur in multis Officiis, quae sunt in Breviario Romano, ritus praescriptus in Calendario Romano, sed celebrantur ritu altiori juxta formam praedictae Dioecesis, cujus Episcopus praedictorum Officiorum ritum immutavit etc. Quaeritur ergo similiter: An eadem Ecclesia Collegiata exempta reassumere possit praedicta Officia juxta ritum praescriptum in Calendario Romano, non obstante memorata consuetudine?

3. Eadem Ecclesia Collegiata exempta recitat plura Officia, quae ad calcem aliquorum Breviariorum reperiuntur approbata a S. Sede, quaeve pro sua Dioecesi adoptavit Episcopus, licet sint approbata solummodo pro quibusdam regionibus, non vero pro Terris Christianissimi Galliarum Regis, sub cujus dominio a saeculo et ultra sita est dicta Ecclesia Collegiata exempta etc. Quaeritur: An praedicta Ecclesia Collegiata, teneatur recitare praedicta Officia concessa quibusdam tantum regionibus?

4. An eadem Ecclesia Collegiata sive ex his, sive ex aliis Officiis ea possit retinere, quae tamquam sibi particularia ab antiquo jam usu huc usque celebravit?

S. eadem C. super praefatis Dubiis audito prius voto R. D. Lucae Antonii Verdiani unius ex caeremoniarum Apostolicarum Magistris, ad relationem per me infrascriptum Secretarium factam, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Affirmative*.

Ad 3. *Negative*.

Ad 4. *Ea tantummodo Officia retineri poterunt, quae a Rubricis Breviarii Romani, et Decretis S. R. C. permittuntur*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 21, *Januarii* 1766.

4182. VIENNEN.

Abbatissa, et Moniales Monasterii nuncupat. *della Regina* Dioecesis Viennen. humillime S. R. C. exposuerunt, obstringi se in vim testamentariae dispositionis factae a Cl. memor. Elisabetha Regina Austriae Fundatrice ejusdem Monasterii ad celebrationem sex Missarum singulis diebus, ut prima sit de Assumptione B.M.V., secunda de S. Michaele, tertia de omnibus Sanctis, reliquae tres defunctorum, sed quia contigit saepe, quod attentis diebus impeditis, praedictae sex Missae juxta Rubricas quotidie celebrari non possint, et ad alios dies non impeditos, contra mentem Testatoris, necesse omnino sit earum celebrationem transferre; idcirco, ad animarum, conscientiarumque serenitatem retinendam, eidem S.R. C. supplicarunt, quatenus declarare dignaretur, ut, quando dies non est impedita, celebretur Missa votiva uniuscujusque ex praedictis, videlicet B. M. V. in Coelum Assumptae, S. Michaelis, et omnium Sanctorum, et tres defunctorum; quando vero dies est impedita celebrentur eaedem tres Missae de Sanctis occurrentibus.

Et eadem S. C., habita prius Emi, et Rmi Domini Cardinalis S. Angeli Ponentis relatione, rescripsit: *Pro gratia juxta mentem*, et mens est, *quod in diebus impeditis applicetur idem numerus Missarum de die, juxta praeceptum Testatoris absque ulla commemoratione*. *Die* 21. *Januarii* 1766.

4183. VENETIARUM.

Continuationis in celebratione Missarum in Altari nobilis Familiae Renier in Ecclesia S. Mariae de horto nuncupat., sub quo humata reperiuntur cadavera suorum Majorum etc. *SSmus, confirmando Decreto Congregationis Sacrorum Rituum, de non celebrando Sacrosancto Missae Sacrificio in Altari, sub quo sepulta existunt cadavera defunctorum, mandavit; Missas non esse celebrandas in Altari, de quo in precibus, donec, sint sub eo, ejusque pradella cadavera, quae exhumari debebant juxta mentem Decreti, quod alias sub die* 24. *Julii* 1752. *ad similes preces edidit Pontifex Benedictus XIV. sic oretenus explicatum R. P. D. Secretario ejusdem Congregationis, concessit, ut interim, si Missae ex aliqua obligatione in eodem celebrari deberent, celebrentur in alio Altari*. *Die* 7. *Julii* 1766.

4184. MELITEN.

Electa nuper a Clero Saeculari, et Regulari, ac Populo Terrae Radici-

nae Dioecesis Meliten. B. V. M. sub titulo *della montagna delle grazie* vulgo nuncupat. in Patronam principalem dictae Terrae, modo ex parte eorumdem pro confirmatione praefatae electionis S. R. C. humillime supplicatum fuit.

Et S. eadem Congregatio, attento quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta praescriptum in Decreto S.M. Urbani Papae VIII. die 23. Martii 1630. edito, legitime facta fuerit, accedente etiam Rmi Episcopi assensu, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ferroni Praefecti Ponentis: *Eamdem electionem benigne* approbavit, *et* confirmavit *cum clausula tamen; quod deleatur titulus vulgo* della montagna delle grazie, *praedictaeque B. M. semper Virginis sic in Patronam principalem electae. Festivitati praerogativas omnes Sanctorum Protectorum principalium Festis competentes* attribuit, atque concessit. *Die* 12. *Julii* 1766.

4185. TERMULARUM ASSISTENTIAE.

Exortis nonnullis controversiis inter Rmum Episcopum Termularum, ejusque Promotorem Fiscalem ex una, et Antonium de Antonolo Canonicum Poenitentiarium, et Carolum Scrima pariter Canonicum Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera partibus, super assistentia praestanda Episcopo solemniter celebranti, iisque ad Sac. Rit. Congregationis judicium delatis, concordata fuerunt coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Albani Episcopo Sabinen. Ponente sequentia Dubia, nempe.

1. An, et qui ex Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis Ecclesiae Termularum, teneantur in Officio Diaconorum assistentiam praestare Episcopo solemniter celebranti, seu Divinis cum cappa interessenti in casu etc?

2. An, et quando Canonicus Poenitentiarius ejusdem Ecclesiae sit immunis a praestanda dicta assistentia Episcopo in casu etc.?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Assistentiam spectare ad Diaconos, juxta Caeremoniale.*

Ad 2. *Provisum in primo*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 21. *Junii* 1776.

Adversus istam resolutionem ex parte Rmi Episcopi, sive ejus Promotoris Fiscalis, expetita, et obtenta nova audientia, cujus vigore reproposita per eumdem Emum Dominum Cardinalem Ponentem hujusmodi controversia super novo Dubio; videlicet: An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu etc.?

S. eadem C., scripto pariter, et voce utraque parte hinc inde informante iterum audita, rescripsit: *In decisis, et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 12. *Julii* 1766.

4186. ASTORICEN.

Anticipationis Responsoriorum pro defunctis, quae decantantur in die-

bus festivis in Ecclesia Cathedrali Astoricen., instante Capitulo dictae Cathedralis, referente Emo Albani Episcopo Sabinensi. *Detur Decretum* 8. *Julii* 1741. *in Lamacen*. (Legitur supra num. 3968.) *Die* 23. *Augusti* 1766.

4187. CARTHAGINEN.

Cum Parochi Oppidi Lorcae Dioecesis Carthaginensis nonnulla occurrerint Dubia circa Officium, et Missas defunctorum celebrandas diebus etiam impeditis, nec non circa modum incedendi in Processionibus, aliisque sacris functionibus, ex parte eorumdem S. R. C. humillime supplicatum fuit, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. An diebus non festivis de praecepto, in quibus tamen recitatur Officium duplex secundae class., et diebus Festivis infra octavas privilegiatas, celebrari possit Officium mortuorum cum Missa festi currentis, ad implenda legata, quae non sunt Anniversaria, quaeque a Testatoribus relicta sunt sine praefixione dierum?

2. An diebus 3. 7. et 30. a depositione defuncti, in quibus occurrit Officium duplex per annum, non tamen festivis de praecepto, celebrari possint Officium, et Missa defunctorum? Et an praedicti dies numerari debeant a die obitus, vel a die depositionis?

3. An sustineri possit consuetudo, ut in processionibus, aliisque sacris functionibus, in quibus Celebrans est indutus pluviali, et ejus Ministri sunt induti dalmaticis, dicti Ministri, sive Diaconi incedant in medio Processionis unus post alium ante Celebrantem, ad latera vero Celebrantis adsistant duo Canonici, sive Parochi, induti superpelliceo, seu potius ipsimet Ministri dalmaticis induti ultimo loco incedere debeant, unus ad dexteram, alter ad sinistram Celebrantis?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Galli Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Negative, sed Missae cantatae de requiem a defunctis relictae sine praefixione dierum debent celebrari diebus a Rubrica permissis.*

Ad 2. *Affirmative ad primam partem, dummodo sermo sit de Missa cantata; ad secundam partem, praedictos dies* 3. 7. *et* 30. *posse numerari a die obitus, sive a die sepulturae, juxta diversam Ecclesiae consuetudinem.*

Ad 3. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*. Et ita declaravit. *Die* 23. *Augusti* 1766.

4188. ASTORICEN.

Decanus, et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Astoricen. S. R. C. exposuerunt, quod in solemnioribus quibusdam festivitatibus, videlicet Patrocinii, Praesentationis, Immaculatae Conceptionis, et septem dolorum B. Mariae Virginis, S. Joseph, S. Marci, et S. Augustini, nec non Sabbato ante Dominicam Passionis ad Vesperas, postquam ligni SSmae Crucis fit adoratio, indecens quid intercedat, quod scilicet, vel in medio, vel in

siue earumdem functionum, responsoria pro animabus defunctorum in vim piorum Legatorum decantantur; idcirco eidem S.R.C. supplicarunt, ut dignaretur transferre ad alios dies, et horas non impeditas praedictas defunctorum commemorationes.

Et S. R. C., habita prius Rm̃i Episcopi informatione, ad relationem mei infrascripti Secretarii, loco Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis Albani Episcopi Sabienensis Ponentis, rescribendum censuit: *Pro gratia, et quoad anticipationem, vel posticipationem, arbitrio ejusdem Ordinarii remisit. Die 16. Decembris* 1766.

4189. LAURETANA.

Exortis nonnullis controversiis inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Collegiatae sub titulo S. Mariae Virginis Terrae Montis-Cassiani ex una, et communitatem, seu Magistratum dictae Terrae ex altera partibus, super quibusdam praeeminentiis eidem Magistratui functionibus Ecclesiasticis in habitu interessenti a dicto Capitulo praestandis, aliisque differentiis in Processionibus ab eodem Capitulo aliquibus festivitatibus Sanctorum peragi solitis; iis ad Sac. Congregationis judicium delatis, concordata fuerunt cor. Em̃o, et Rm̃o D. Cardinali Gauganelli (deinde Clemente XIV.) Ponente, sequentia Dubia.

1. An Capitulum Ecclesiae insignis Collegiatae Terrae Montis Cassiani certioratum a Magistratu de ejus interventu in habitu, et forma ad sacras functiones, teneatur denunciare eidem Magistratui imminentem celebrationem dictae sacrae functionis? Et quatenus affirmative.

2. An dictum Capitulum teneatur retinere Sacerdotem cotta indutum, ut advenienti Magistratui occurrat in janua majori Ecclesiae, eumque aqua benedicta aspergat, in casu etc.?

3. An eidem Magistratui Solemniis interessenti, teneatur Dignitas, seu Sacerdos celebrans, nec non Diaconus, et Subdiaconus eidem celebranti assistentes, toties, quoties ad Altare accedunt, vel ab eo recedunt, reverentiam, et salutationem per capitis inclinationem peragere, in casu etc.?

4. An Magistratus praedictus Solemniis interessens in distributionibus candelarum, cinerum, palmarum, et SSm̃ae Eucharistiae Sacramenti, immediate post Capitulum sit praeferendus caeteris Sacerdotibus, et Clericis, qui non sunt de Capitulo, in casu etc?

5. An sint dandae benedictiones Populo cum Reliquiis Sanctorum nempe S. Josephi, S. Cassiani, SSm̃ae Crucis, et S. Hemigdii in fine singularum Processionum fieri solitarum cum dictis Reliquiis a Capitulo in casu etc?

6. An Processiones SSm̃ae Crucis, et translationis almae Domus Lauretanae, sint ducendae etiam extra moenia Montis Cassiani, juxta antiquum stylum: seu potius sint ducendae juxta posteriorem breviorem ambitum in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc deductis, ad relationem ejusdem Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Sacerdos cotta indutus advenientem Magistratum aqua benedicta aspergat.*

Ad 3. *In primo accessu ad Altare, et ultimo recessu ab eodem tantum.*

Ad 4. *Negative.*

Ad 5. *Servetur solitum.*

Ad 6. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, et amplius.* Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 16. *Decembris* 1766.

4190. HISPANIARUM.

Piis, enixisque precibus Serenissimi Regis Hispaniarum per R. P. D. Azpuru apud Sanctam Sedem ejusdem Catholici Regis negotiorum ministrum SSmo D. Nostro Clementi Papae XIII. porrectis, quibus supplicabat, ut facultas fieret in suis Regnis, et Dominiis, in quibus B. M. V. sub Immaculatae Conceptionis mysterio, uti Patrona principalis peculiari devotione colitur, addendi in Litaniis B. M. V. nuncupatis Lauretanis, quae tam publice, quam privatim recitantur, post Versiculum: *Mater intemerata*: alterum scilicet, *Mater immaculata*: Sanctitas sua, auditis prius Rmo Cardinali Ferroni S. C. R. Praefecto, nec non Carolo Alexio Pisani Fidei Promotore, meque infrascripto Secretario, attentis peculiaribus circumstantiis benigne annuit: *Pro gratia, dummodo tamen non addatur in iisdem tam privatim, quam publice aliud, nisi speciali obtenta facultate a S. Sede Apostolica, quibuscumque in contrarium disponentibus minime obstantibus, ac presertim Decreto S. M. Clementis PP. VIII.* (*die* 6. *Septembris* 1601.), *quibus in hoc casu Sanctitas sua pro hac vice derogatum voluit. Die* 12. *Septembris* 1767.

4191. SANCTI MINIATI.

Ad dirimendas nonnullas contentiones super celebratione festivitatis S. Antonii Patavini exortas inter Patres Minores Conventuales Civitatis S. Miniati ex una, et Patres Ordinis Praedicatorum Conventus S. Jacobi dictae Civitatis, ac Paschalem de Martinis, aliosque Praesides praedictae Civitatis, et litis ex altera partibus, illasque ad S. R. C. pro decisione delatas; Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Marcus Antonius Columna Ponens infrascripta Dubia, unica tantum parte informante, proposuit, nempe.

1. An Festum S. Antonii Patavini in Civitate S. Miniati cum recitatione Orationis Panegyricae, cum Processione cum Statua ejusdem Sancti, et cum subsequenti Novena, seu tredicina, et cum aliis solemnitatis pompis ab antiquo tempore per Patres Minores Conventuales in eorum Ecclesia hactenus celebratum, liceat modo illud introducere, et celebrare in Ecclesia Patrum Praedicatorum? Et quatenus affirmative.

2. An liceat in eadem Ecclesia S. Jacobi exponere tabulam pictam cum imagine S. Antonii in habitu Fratrum Capuccinorum, vel Fratrum Observantium? Et quatenus affirmative.

3. An liceat Praesidentibus hujus modernae festivitatis quaestuationem facere, et eleemosynam colligere sive intus, sive extra Ecclesiam, aut per Civitatem, et Territorium, nomine, in honorem S. Antonii in casu etc?

Et S.eadem, C., habitis prius hac super re geminis Rmi Episcopi informationibus, unicaque tantum parte scripto, et voce informante, cum alii contradictores respuerint sua praetensa jura deducere, visisque partis informantis deductis juribus, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi D. Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative, et serventur Decreta Curiae Episcopalis S. Miniati*.

Ad 2. et 3. *Provisum in primo*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 21. Februarii* 1767.

3192. RAPOLEN.

Delatis ad S. R. C. a Capitulo, Canonicis, et Portionariis Ecclesiae Cathedralis Rapolensis nonnullis controversiis adversus Presbyteros Parochialis Ecclesiae Arinigri ejusdem Dioecesis, super asserta erectione dictae Ecclesiae in Collegiatam, auctoritate ordinaria, cum creatione Dignitatum, et Canonicorum, nec non usu Insignium pro iisdem Dignitatibus, et Canonicis, quorum investituram permissu Episcopi, a Vicario Generali obtinnerunt; Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Columna causae Ponens super iisdem infrascripta Dubia, coram se concordata, decidenda proposuit, nempe.

1. An erectio Parochialis Ecclesiae Arinigri in Collegiatam sustineatur in casu etc? Et quatenus affirmative.

2. An pariter sustineatur erectio portionum dictae Ecclesiae in Archipresbyteratum, Primiceriatum, Thesaurariatum, Cantoratum, et Canonicatum respective in casu etc? Et quatenus affirmative.

3. An, et quae sacra Insignia obtentoribus dictarum Dignitatum, et Canonicatuum in Ecclesiasticis functionibus sint permittenda in casu etc? Et quatenus negative ad omnia.

4. An, et sub qua poena Presbyteris participantibus dictae Ecclesiae Arinigri prohibendum sit tam nnncupatio ejusdem Ecclesiae cum titulo Collegiatae, quam usurpatio nominis dictarum Dignitatum, et Canonicatuum, nec non delatio Insignium in casu etc?

Et S. eadem C., habita prius Ordinarii informatione, visisque tantum juribus Capituli, Canonicorum, ac Portianariorum ejusdem Ecclesiae Cathedralis, eorumque Procuratore scripto, et voce informante audito, cum pars adversa pluries citata minime comparuerit, ad relationem praefati Emi, et Rmi D. Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative*.

Ad 2. et 3. *Provisum in primo*.

Ad 4. *Arbitrio Ordinarii*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die 4. Julii* 1767.

4193. URBEVETANA.

Porrecto S. R. C. nomine Sacerdotis Dominici de Nobilibus Bisentio Archidiacono Ecclesiae Cathedralis Urbevetanae supplici libello pro resolutione sequentis Dubii: An festis, et Dominicis primae classis, et signanter Dominica SSmae Trinitatis liceat canere Missam Votivam B. M. V. pro re gravi cum interventu Cleri, assistentia Episcopi, praesentia Magistratus, et concursu populi, vel potius in tali circumstantia addenda tantum sit Oratio B. M. V. in Missa conventuali post Orationem Festi sub unica conclusione.

S. eadem C., habita prius informatione Rmi Episcopi, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ferroni Praefecti, et Ponentis; rescribendum censuit = *Non licere, praeter commemorationem in Missa conventuali* = Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 12. *Septembris* 1767.

4194. ARIMINEN. PRAEEMINENTIARUM.

Relata in S. R. C. per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Ghisium ejusdem S. C. Praefectum Ponentem causa Ariminen. Praeeminentiarum, inter Archipresbyterum Joannem Paulum Jovanardi ex una, et Franciscum Bartolucci, Carolum Antonium Pecci, et Nicolaum Gossium ex altera partibus infrascripta Dubia, inter easdem partes concordata, idem Emus Ponens decidenda proposuit, nempe.

1. An in Plebanatu SSrum Viti, et Modesti, reperiatur Congregatio aliqua composita ex Rectorum Ecclesiarum S. Justinae, S. Martini in Ripa rupta, S. Mariae Magdalenae de Callis, caeterarumque Ecclesiarum in praedicto Plebanatu existentium?

2. An Ecclesia Presbyteralis SSrum Viti, et Modesti sit caput istius Congregationis?

3. An constet de matricitate impropria Ecclesiae Archipresbyteralis SSrum Viti, et Modesti?

4. An Archipresbytero SSrum Viti, et Modesti competat jus peragendi processionem die festo SSmi Corporis Christi privative ad Parochos S. Justinae, S. Martini ad Ripam, S. Mariae Magdalenae de Callis, aliosque Parochos Plebanatus?

5. An Parochi Plebanatus teneantur eadem die interesse eidem Processioni?

6. An Parochi teneantur Sabbato Sancto interesse Fontis renovationi in Ecclesia SSrum Viti, et Modesti?

7. An, et pro quibus functionibus cum uno, vel pluribus Sacerdotibus celebrandis in respectivis Ecclesiis parochialibus Plebanatus, invitari debeat Archipresbyter SSrum Viti, et Modesti?

8. An idem Archipresbyter SSrum Viti, et Modesti in omnibus festis, functionibusque, ut supra, celebrandis in Ecclesiis parochialibus Plebanatus, debeat privative quoad Parochum Ecclesiae, Vesperas, et Missam solemniter canere, aliasque functiones peragere, seu potius ad libitum Rectorum earumdem Ecclesiarum?

9. An in cadaverum associationibus ad Parochiales Ecclesias S. Justinae, S. Martini in Ripa rupta, et S. Mariae Magdalenae de Callis, aliasque Ecclesias Plebanatus, peragendis cum interventu Parochi proprii, atque unius, vel plurium Sacerdotum Plebanatus Archipresbyter, SSrum Viti, et Modesti omnibus praecedere debeat, etiam Parocho proprio?

10. An in functionibus, atque exequiis in iisdem Ecclesiis Plebanatus celebrandis, et peragendis, ut supra, ad Archipresbyterum SSrum Viti, et Modesti spectet Missam solemnem celebrare, functionesque agere, atque in omnibus quoad Parochum, aliosque Sacerdotes Plebanatus, praecedere, et praeeminentiam habere in casu etc?

Et S. C., utraque parte scripto , et voce informante audita , visisque juribus hinc inde deductis , ad relationem praefati Eṁi Ponentis , rescribendum censuit .

Ad 1. et 2. *Negative* , *et amplius* .

Ad 3. *Constare de Majoritate tantum* .

Ad 4. *Servetur solitum* , *et amplius* .

Ad 5. *Ut ad proximum* .

Ad 6. *Affirmative* , *et amplius* .

Ad 7. *Arbitrio Parochorum* .

Ad 8. *Negative ad primam partem* , *Affirmative ad secundam* , *et amplius* .

Ad 9. *Negative* , *et amplius* .

Ad 10. *Negative* , *et amplius* . Et ita declaravit , ac servari mandavit . *Die* 17. *Maii* 1768.

Adversus istam resolutionem ex parte Sacerdotis Joannis Pauli Jovanardi Archipresbyteri Ecclesiae Plebanae SSrum̃ Viti , et Modesti , expetita , et obtenta nova audientia , cujus vigore reproposita per Eṁum , et Rṁum Dominum Cardinalem Marefuscum Ponentem deputatum loc. clar. mem. Cardinalis Ghisii jam defuncti hujusmodi controversia super novo Dubio = An sit standum , vel recedendum a decisis in casu etc?

S. eadem C., scripto pariter , et voce super iisdem repropositis Dubiis informante , parte iterum audita , ad relationem ejusdem Eṁi Ponentis , rescripsit . Ad 1. et 2. *Iterum proponatur* .

Ad 3. *Praevio recessu a decisis* , *Affirmative* .

Ad 4. et 5. *In decisis* , *et amplius* .

Ad 6. *In decisis* , *et amplius* .

Ad 7. *Praevio recessu a decisis* , *Affirmative ad formam constitutionum synodalium* .

Ad 8. *In decisis* , *et amplius* .

Ad 9. *In decisis* , *et amplius* .

Ad 10. *In decisis quoad Parochum* , *et amplius* ; *in reliquis serventur constitutiones Synodales cl. mem. Daviae* , *et Massae* . Et ita decrevit , ac servari mandavit . *Die* 15. *Julii* 1775.

4195. NEAPOLITANA.

Exorta controversia inter partem unam , et aliam Cleri Saecularis Insulae Prochytae Dioecesis Neapolitanae : An liceret ipsi continuare in fere centenaria possessione celebrandi Festum translationis Corporis S.Porphyrii Martyris (quod in Ecclesia parochiali , et abbatiali S. Michaelis Archangeli praedictae Insulae asservatur) cum Officio , et Missa sub ritu dup. min. , ac solemni supplicatione in Dominica secunda Novembris , etiam concurrente alio festo altioris ritus ? Idem praefatus Clerus pro declaratione hujusmodi controversiae , et approbatione praefatae vetustae consuetudinis S. R. C. humillime supplicavit .

Et S. eadem C., habita prius Eṁi , et Rṁi Domini Cardinalis Archiepiscopi informatione , auditoque etiam scripto , et voce R. P. D. Caro-

lo Alexio Pisani Fidei Promotore, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Veterani Ponentis, rescripsit: *Quoad Officium, et Missam serventur Rubricae: quo vero ad Processionem, et Festum servetur solitum arbitrio Emi Ordinarii. Die* 17. *Maii* 1768.

4196. ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Cum S. R. C. die 21. Januarii 1741. ad instantiam Patrum Conventualium approbaverit Rubricam, qua praecipitur recitatio Symboli in Festis translationis S. Francisci de Assisio, et S. Bonaventurae Ecclesiae Doctoris, P. Fr. Erhardus Padkarspurgensis Procurator generalis Capuccinorum humillime supplicavit, quatenus declarare dignaretur: An universus etiam Ordo Capuccinorum, qui praefata Festa sub eodem titulo, ritu, et solemnitate celebrat sub eadem Rubrica comprehendantur?

Et S.C., referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Ganganelli (deinde Clemente XIV.) Ponente, rescribendum censuit: *Servandam esse etiam a Patribus Capuccinis Rubricam ad instar Patrum Conventualium. Die* 27. *Augusti* 1768.

4197. FANEN.

Facultatis sumendi sacram Communionem in nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Monasterii S. Danielis Fanen. Ordinis *delle Rocchettine* nuncupat.: *Serventur Decreta. Die* 10. *Decembris* 1768.

4198. MECHOACANEN.

Relatis in C. S. R. sub infrascripta die habita per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem S. Angeli humillimis precibus Patrum Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii erectae in villa S. Michaelis Mechoacanen Dioecesis in America, seu nova Hispania SSmo Domino Nostro Clementi Papae XIII. porrectis, et a Sanctitate Sua eidem S. R. C. remissis, quibus, occasione supplicationum, quae ordinarie infra annum, seu extraordinarie, aliqua urgente causa, in eadem Villa peraguntur, declarari petierunt sequentia tria infrascripta Dubia, nempe:

1. An dicti Patres teneantur intervenire sacris supplicationibus, quae fiunt ordinarie infra annum, vel extraordinarie, aliqua urgente causa?

2. An casu, quo teneantur intervenire, vel invitati sponte interveniant pro populi aedificatione, incedere debeant veste nigra cum pileo aperto, vel potius cum superpelliceo, et bireto?

3. An si interveniunt praedictis supplicationibus debeant praecedere Regularibus, vel potius eis praecedentiam concedere?

Et S. eadem C., audita relatione Emi, et Rmi Domini Cardinalis S. Angeli Ponentis, cui haec eadem ipsa Dubia examinanda commiserat, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*.

Ad 3. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 21. *Januarii* 1769.

4199. SEGUNTINA.

Moniales Ordinis Cisterciensis Monasterii loci Columberii Dioecesis Se-

guntinae sub potestate Ordinarii S. R. C. humillime exposuerunt, ex Indulto Apostolico gaudere eadem praerogativa Altaris privilegiati, qua gaudent Monachi ejusdem Ordinis Cisterciensis. Verum quia subinde circa Missarum celebrationem in eodem Altari privilegiato, et Divini Officii recitationem nonnullae insurrexere ambiguitates, earum animum divexantes: hinc ad illas penitus extinguendas, pro resolutione infrascriptorum sequentium Dubiorum eidem S. C. enixe supplicarunt, nempe.

1. An videatur magis consonum dicere Missam de festo singulis diebus, cum in earum Ecclesia quotidie fieri soleat sancta Communio, quae in paramentis nigris dari nequit?

2. Utrum Monialium Cappellano, qui potest conformare Missam, et Officium cum Officio Monialium, dummodo illa Missa habeatur in Missali Romano, non etiam liceat collectam, et alia propria Missarum Ordinis Cisterciensis recitare, modo in reliquis ritum Missalis Romani observet: vel utrum adeo stricte ritui Romano dicto Capellano sit adhaerendum, ut et Orationes alias Ordinis Cisterciensis proprias ex Missali Romano sumere oporteat?

3. Utrum Monialibus supradictis non liceat recitare Officium de Sanctis in Dioecesi adprobatum, quando eo die, quo fit de aliquo Sancto in Dioecesi non habeatur aliud Officium alicujus Sancti sive in Breviario Romano, sive in Calendario sui Ordinis?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris super iisdem Dubiis ab eodem exarato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Corsini Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Dentur Decreta anni* 1717. *et* 1628. (decr. an 1717. habetur supra num. 3754. Alterum an. 1628. hic subjicitur. Urbis. Moniales Carmelitarum discalceatae supplicarunt, concedi Cappellanis ipsarum posse conformari in celebratione Missarum cum Officio Sanctorum Ordinis. *Et Sac. Cong. concessit, dummodo celebrent Missam cum Missali Romano, et juxta Rubricas ejusdem. Die* 10. *Novembris* 1626.)

Ad 3. *Negative, et detur Decretum anni* 1683. (Decretum hoc relatum est supra num. 2870.) Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 15. *Julii* 1769.

4200. ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA.

Inter alia Dubia, quae a P. Fr. Antonio a Capobasso Procuratore generali Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia S. R. C. declaranda proposita fuerunt, ab eadem Sacra Congregatione declaratum fuit etiam sequens, nempe: An dicti Religiosi, praeter Officia Patroni principalis loci, et Titularis Ecclesiae Cathedralis (ad quae recitanda ipsos teneri jam declaratum est) possint uti Calendario Dioecesano quoad reliqua Officia, quae in Cathedrali, vel Civitate, vel Dioecesi respective recitantur? (2870.)

Et eadem S. R. Cong., ad relationem Emi, et Rmi Cardinalis de Alteriis ad praedictum Dubium respondit: *Regulares non posse uti Calendario Dioecesano, sed tantum teneri ad recitationem Officii proprii Patroni*

principalis, *ac Titularis Ecclesiae Cathedralis*, *nec non Protectoris Civitatis*. *Die* 20. *Martii* 1683. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 15. *Julii* 1769.

4201. DERTUSEN.

Ex parte Capituli, Canonicorum, universique Cleri, Senatus, et Populi Civitatis Dertusen. S. R. C. expositum fuit, quod cum flumen Iber Dertusen. praeterfluens nimis intumescit, et in omnibus omnis generis fructibus, et bonis detrimenta minitatur, ab immemorabili tempore ab iisdem servatum fuisse morem ad praedicti fluminis ripam processionaliter accedere afferendo Reliquiam S. Candidae ejusdem Civitatis Patronae argenteae Urnae ipsius S. Imaginem referenti inclusam, eamque, universo spectante populo, in Iberi fluminis aquam intingere, hac spe, ut Deus Opt. Max. Sanctae Candidae intercessione intumescentem flumen intra ripam cohibere dignaretur. At vero cum hisce novissimis temporibus graviter dubitatum fuerit: An legitimus sit, et decens praenarrati ritus, et Caeremonialis usus, vel potius indicens, et superstitiosus, eo magis, quia synodali costitutione hujusmodi ritus omnino prohibeantur: quapropter S. R. C. universus Clerus, et populus Dertusensis humillime supplicavit, ut declarare dignaretur: Utrum praefatus ritus hactenus servatus ab iisdem in supplicationibus fieri solitis ad arcendas Iberi fluminis irruptiones in posterum uti licitus, et ab omni superstitione vacuus retineri possit, an vero tamquam irrationabilis, indecens, et superstitioni proximus aboleri penitus debeat?

Et S.R.C., iis omnibus, quae super expositis perpendenda erant, mature perpensis, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Albani Episcopi Sabinen. Ponentis, rescribendum censuit: *Servetur constitutio Synodalis*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 11. *Septemb.* 1769.

4202. TURRITANA.

Relatis per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem a Lanceis in C. S. R. humillimis precibus Rmi Archiepiscopi Turritani, pro declaratione infrascriptorum Dubiorum circa reformationem Calendarii suae Civitatis, et Dioecesis enixe supplicantis, nempe:

1. An abroganda sint Officia Martyrum Turritanorum baptizatorum in casu etc?

2. An concedendum sit Officium de communi plurimorum Martyrum semel in anno recitandum die ab Ordinario designanda in honorem SSrum Martyrum Turritanorum?

3. An concedendum sit Officium de communi sub ritu duplici in praedictis decem diebus in honorem Sanctorum in superiori elenco descriptorum, scilicet Ephisii, Justinae etc?

4. An Festum S. Jacobi Apostoli a ritu duplici primae class. cum Octava reducendum sit ad ritum secundae class. sine Octava, prout inscribitur in Breviario Romano die 25. Julii, et an abrogandum pariter sit Festum translationis ejusdem Apostoli, quod celebratur die 30. Decembris?

S. eadem Congregatio, audito prius super praefatis Dubiis voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Pro gratia juxta votum*.

Ad 3. *Pro gratia juxta ritum aliarum Ecclesiarum Sardiniae*.

Ad 4. *Affirmative quoad utramque partem*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die 12. Septembris 1769.*

4203. GORITIEN.

Remissa ab Emo, et Rmo Domino Cardinali Pro-Datario ad Sac. Rit. Congregationem pro voto instantia Francisci Xaverii de Taufferer Abbatis, et Archidiaconi Monasterii Litticensis Ordinis Cisterciensis in Dioecesi Goritiae, qua humillime supplicabat, quatenus indulgere dignaretur eidem Abbati, suisque successoribus nonnulla privilegia, praeter contenta in Decreto Sa. Memor. Alexandri PP. VII. die 27. Septembris anni 1659. circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum edito.

S.C., habito prius Rmi Archiepiscopi Goritien. assensu, auditoque etiam voto duorum ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi, rescribendum censuit: *Consulendum SSmo pro concessione Indulti, juxta modum ab eodem Emo Ponente explicandum, videlicet, ut liceat Abbati Oratori, ejusque Successoribus, praeter consuetos tres dies in Decreto Alexandrino praescriptos singulis annis, tribus aliis vicibus in Ecclesiis sibi subjectis pontificaliter celebrare, nec non aliis duabus vicibus in Ecclesiis sibi non subjectis, quatenus tamen ab Episcopo loci Ordinario, non autem a Praelato inferiore rogatus fuerit. Item pontificalia signa adhibere in pastoralibus visitationibus Ecclesiarum sibi subjectarum, nimirum ad absolutionem pro defunctis, et ad visitationem SSmi Sacramenti Eucharistiae dumtaxat: praeterea in Processionibus pro causa publica infra ambitum, et districtum Ecclesiarum sibi subjectarum solemniter habendis, et in conferenda clericali Tonsura, et quatuor minoribus Ordinibus subjectis sibi Monachis, et in Consecratione Altarium portatilium, Patenarum, et Calicum, aliisque benedictionibus, in quibus sacra olea sunt adhibenda. Denique, ut pro usu Ecclesiarum sibi subjectarum tantummodo liceat ei benedicere sacra indumenta, et supellectilia, Cruces, Imagines, Vasa sacra, et Campanas, nec non consecrare Calices, Patenas, et Altaria tantum portatilia, dummodo tamen, quotiescumque juxta Pontificale Romanum sacra unctio adhibenda est, fiat cum Oleis, et Chrismate ab aliquo Catholico Antistite benedictis, seu confectis. In reliquis serventur Decreta, si SSmo Domino Nostro visum fuerit. Die 11. Augusti 1770.*

Factaque deinde per me infrascriptum Secretarium de praedictis eidem SSmo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit in omnibus, et mandavit expediri per Bullam. *Die 18. ejusdem Mensis, et Anni 1770.*

4204. CONCHEN.

Licet alias in Sac. Rit. Congregatione declaratum fuerit, et signanter 27. Septembris 1608. in Civitaten., omnes de Clero etiam Canonicos Eucharistiam sumere debere de manu Celebrantis Feria V. in Coena Domini; tamen modernus Episcopus Conchensis certior factus, quod in Ecclesiis suae

Dioecesis haec dispositio de Communione sumenda Feria V. in Coena Domini non observabatur, quodque privatae etiam Missae ea die celebrabantur, praecepit omni Clero sui Episcopatus, ut in posterum tam sanctas leges, et mandata adimplerent. Verum, quamvis dispositum fuerit a Capitulo, ut in Ecclesia Cathedrali Missae privatae eo die non celebrarentur, quod quidem anno praeterito fuit observatum; respectu vero Communionis in Missa conventuali facienda, cum varia fuerit capitularium opinio, putantes nonnulli hoc esse mandatum novum ejusdem Episcopi, huic acquiescere minime voluerunt. Itaque ad majorem tam Episcopi, quam totius Capituli Ecclesiae Cathedralis securitatem S. R. C. ab ipsismet supplicatum fuit, ut declarare dignaretur = An Dignitates, Canonici, Portionarii, caeterique Beneficiati Ecclesiae Cathedralis Conchensis teneantur Sacram Eucharistiam accipere de manu Celebrantis in Missa conventuali Feriae V. in Coena Domini, sicuti faciunt caeteri de Cleró in suis Parochiis, quin in posterum liceat privata Missae Sacrificia celebrare?

Et eadem S. C. rescribendum censuit. *Servetur Decretum jam emanatum in una Civitaten. die 27. Septembris* 1608. Et ita in Ecclesia Conchensi servandum esse mandavit. *Die 22. Decembris* 1770.

Decretum in Civitaten supra laudatum est, ut sequitur = *Civitaten.* = Pro parte Episcopi Civitaten. a S. R. C. quaesitum fuit = An omnes Dignitates, Canonici, Portionarii, et alii Sacerdotes Ecclesiae Cathedralis Feria V. in Coena Domini debeant non celebrare, sed sacram Communionem sumere de manu Episcopi, vel alterius Celebrantis, prout ordinatur in Libro caeremoniali Episcoporum, et prout in dicta Ecclesia servabatur; licet postea per consuetudinem, seu potius desuetudinem, consueverint singuli Presbyteri, Dignitates, Canonici, et Mansionarii per se ipsos dicta die Missas celebrare.

Eadem S. R. C. respondit = *Servandam esse regulam praescriptam in Libro caeremoniali, quae universalis Ecclesiae consuetudini conformis est: ut scilicet Feria V. in Coena Domini in memoriam, quod D.N.J.C. manu sua propria omnes Apostolos communicavit, omnes Presbyteri tam Dignitates, quam Canonici, et Mansionarii Communionem sumant de manu Episcopi, vel alterius Celebrantis, et prout etiam antiquitus in dicta Ecclesia Civitaten. servabatur.* = Et ita censuit, et declaravit. *Die 27. Septembris* 1608.

4205. PADERBONEN. PRAECEDENTIAE.

Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter Promotorem Fiscalem Curiae Episcopalis Paderbonensis, Capitulum Ecclesiae Cathedralis, et Clerum ejusdem Civitatis ex una, et P. Abbatem, et Monachos S. Benedicti Monasterii de Abdingoff ex altera partibus, super jure praecedendi in publicis Processionibus, illasque ad S. R. C. delatas, Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Andreas Corsini Ponens infrascripta Dubia, inter partes concordata, decidenda proposuit.

1. An Abbati, et Monachis Monasterii Abdingoffensis debeatur futuris temporibus praecedentia in Processione S. Liborii supra Capitulum Ec-

clesiae Cathedralis, et universum Clerum saecularem Paderbonensem tam praesente, quam absente Episcopo, in casu etc?

2. An Abbas, et Monachi praedicti intervenire debeant aliis publicis Processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis? Et quatenus affirmative.

3. An etiam in dictis Processionibus debeatur Abbati, et Monachis praecedentia supra Capitulum Cathedralis Ecclesiae, et universum Clerum saecularem tam praesente, quam absente Episcopo?

Et eadem S. C., utraque parte scripto, et voce informante prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Affirmative*.

Ad 3. *Negative*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die 7. Aprilis* 1770.

Adversus istam resolutionem ex parte P. Abbatis, et Monachorum dicti Monasterii expetita, et obtenta nova audientia, cujus vigore reproposita per eumdem Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Ponentem hujusmodi controversia super novo Dubio, videlicet: An sit standum, vel recedendum a Decisis, in casu etc?

Sac. eadem Congreg., scripto pariter, et voce utraque parte hinc inde informante iterum audita, et ex noviter deductis, rescripsit = *In decisis, et amplius* =. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die 22. Decembris* 1770.

4206. BOSSANEN.

Pro parte Domini Joannis Baptistae Quasina moderni Episcopi Bossanensis in Sardinia humillime expositum fuit Sac. Rit. Congreg., quod plura SSmi Officia in sua Dioecesi indiscriminatim recitantur, de quibus, an legitime fiat, valde se dubitare fatetur: quare nedum propriae, verum etiam, ut aliorum consulat conscientiae, infrascripta Dubia respicientia reformationem Calendarii praedictae suae Dioecesis, ab eadem Sac. Rit. Congreg. petiit declarari, nempe.

1. An, et quae Officia pro Regnis Hispaniarum concessa, et in Calendario Bossanensi inserta retineri, aut expungi debeant?

2. Quonam sub ritu recitari debeant praedicta Officia Regnis Hispaniae indulta, et in Bossanensi Calendario retinenda?

3. An, ratione Sacrorum Corporum, vel insignium Reliquiarum, quae asservantur in Cathedrali, vel in alia Dioecesis Ecclesia, fieri possit Officium in tota Dioecesi, vel tantum in ea Ecclesia, in qua praedictae Reliquiae asservantur?

4. An, et ubi recitari possint Officia S. Flajani Martyris, et S. Eugeniae Virginis, et Martyris ratione Reliquiarum in Cathedrali existentium?

5. An in eadem Dioecesi recitari possint Officia S. Aemilianae Martyris, et S. Aemiliani Medici Martyris, quorum Reliquiae in Cathedrali asservantur?

6. An liceat celebrare Officium, et Missam reversionis Magorum die prima Martii, prout in die Epiphaniae; vel saltem locus sit emendationi hujusmodi Officii, et translationi in alium aptiorem diem?

7. An, in dicta Civitate, et Dioecesi liceat die 25. Octobris recitare Officium SSrum Gavini, Prothi, et Januarii Martyrum Turritanorum, et Patronorum aeque principalium Provinciae Turritanae sub ritu dupl. 1. class. cum Octava, et Officium eorum Inventionis, sub ritu dupl. min. Dominica secunda post Pascha?

8. An in Civitate, et Dioecesi Bossanensi continuari possit recitatio Officii sub ritu dupl. maj. S. Rochi, qui colitur ut Patronus minus principalis?

9. An in praedicta Dioecesi recitari liceat Officium de S. Juliano Episcopo, et Confessore Hispano die 28. Januarii sub ritu dup. secundae class. cum Octava, et commemorationis ejusdem Sancti sub ritu dupl. min. die 5. Septembris?

10. Cum ab Ecclesia S. Petri olim Cathedrali, et adhuc stante, jus Cathedralitatis ad aliam Ecclesiam nuper aedificatam fuerit legitime translatum; an Officium Dedicationis praefatae veteris Cathedralis recitandum sit per totam Dioecesim, vel saltem a Clero eidem Ecclesiae addicto?

11. An possit continuari recitatio Officiorum SSrum Martyrum Turritanorum Sabini, et Crispoli die 30. Maii, nec non S. Crescentiani die 31. ejusdem Mensis sub ritu duplici?

12. An concedendum sit Indultum recitandi Officium de Sanctis Sardiniae naturalibus?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi D. Card. Boschi Ponentis, respondendum censuit. Ad 1. *Ex Officiis Regnorum Hispaniae retinenda esse ea, quae in Breviario Romano adscripta inveniuntur, et insuper Officia Expectationis Dominae Nostrae, S. Idelphonsi Episcopi, et Confessoris, Triumphi S. Crucis, et si quod aliud certo constet ab Apostolica Sede pro universis Catholici Regis Dominiis ante annum 1720. fuisse concessum, et ante annum 1721. in Dioecesi Bossanensi fuisse usitatum.*

Ad 2. *Officium Triumphi S. Crucis, et Expectationis B. M. V. recitandum esse sub ritu dupl. maj.: Officium S. Idelphonsi sub ritu dup. min., alia vero sub eo ritu, quo eadem, vel similia Officia in Breviario Romano praescribuntur.*

Ad 3. *Quoad Officia ratione Reliquiarum serventur omnino Decreta sub Urbano VIII. edita die 8. Aprilis 1628., et in Breviario Romano praefixa.*

Ad 4., et 5. *Affirmative, sed in Cathedrali tantum.*

Ad 6. *Negative.*

Ad 7. *Affirmative quoad Officium 25. Octobris tantum.*

Ad 8. *Posse continuari.*

Ad 9. *Provisum in primo, et respective in secundo; et quoad festum secundarium in septimo.*

Ad 10. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*.

Ad 11. *Pro gratia continuationis*.

Ad 12. *Pro gratia*. Et ita declaravit, et in praefata Dioecesi Bossanen. servari mandavit. *Die* 23. *Martii* 1771.

4207. MELITEN.

Inter Promotorem Fiscalem Curiae Episcopalis Meliten. ex una, et Petrum Antonium de Amico Inguanes Archidiaconum Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera partibus, exorta controversia super loco, quo dictus Archidiaconus Pontificalibus assistens, debeat sumere sacra paramenta, iisque sese induere: illaque ad S. R. C. delata, infrascriptum Dubium coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi concordatum, decidendum propositum fuit, nempe.

An Archidiaconus prima Dignitas Ecclesiae Cathedralis Melevitanae assistens tamquam Presbyter Episcopo in Pontificalibus, valeat se induere, et exuere sacris paramentis super solio in loco proprii scamni, seu potius descendere debeat ad immediatum gradum in casu etc.?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*, *et amplius*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 17. *Augusti* 1771.

4208. ORDINIS EREMITARUM EXCALCEATORUM S. AUGUSTINI PROVINCIAE MEDIOLANEN.

Cum P. Editori Calendarii Ordinis Eremitarum S. Augustini discalceatorum Provinciae Mediolanensis nonnulla occurrerint Dubia in Calendarii constructione, S. R. C. humillime supplicavit, quatenus ea benigne solvere dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. Cum a Decreto felic. recordat. Clementis PP. XIII. de die 16. Septembris 1767. elevatum fuerit Officium S. Camilli de Lellis Confessoris, de ritu semidup. ad ritum duplic. in 18. Julii recitandum ab omnibus Christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur: quaeritur: An etiam in illis peculiaribus Ditionibus, ubi idem Officium S. Camilli fuit alias concessum sub eodem ritu pro die 15. ejusdem Mensis, in qua praedictus Sanctus e vita decessit, sit varianda dies, et de die 15. Julii sit etiam in dictis Ditionibus praefatum Officium perpetuo transferendum ad diem 18. Julii noviter assignatam pro Ecclesia universali?

2. De annis 1734. 1745., et 1751. concurrerunt secundae Vesperae solemnitatis S. P. Augustini cum festo B. M. V. de Consolatione, quod celebratur Dominica infra Octavam ejusdem Sancti Patris, ambae solemnitates in toto Ordine Augustiniano sunt sub ritu dupl. 1. class.; quaestio orta tunc fuit: cuinam, ex praedictis solemnitatibus essent integrae Vesperae concedendae: num solemnitati S. Patris Augustini, uti Patris, et Patroni principalis totius Ordinis, cui opinioni favet etiam Rubrica Breviarii Augustiniani anno 1751. editi, an vero festo B. M. V. de Consolatione, eo quod Rubricae generales festa B. M. V. praeferri volunt omnibus SSrum festis ac-

qualis ritus: Ut ergo in posterum tollantur de medio hinc inde opiniones in dicta Vesperarum concurrentia, supplicatur S. R. C. pro opportuna declaratione, cuinam, eveniente casu, sicut eveniet de anno 1773. sint integrae Vesperae concedendae?

3. Cum pluribus in locis sit a S. R. C. concessum Officium Sacratissimi Cordis Jesu sub ritu dup. maj. in Feria VI. post Octavam Corporis Christi recitandum; cumque secundae Vesperae Octavae Corporis Christi concurrant cum primis Vesperis Officii Sacratissimi Cordis Jesu; dubitatur, cuinam ex duobus Festis sint integrae Vesperae concedendae? Aliqui opinantur dimidiandas esse, cum sint Festa aequalis ritus, ac dignitatis, alii integras concedendas esse Octavae Corporis Christi, cum agatur de Festo solemniori, et Officio Cordis Jesu commemorationem tantum: alii demum, sic integras esse Octavae Corporis Christi concedendas Vesperas, ut de sequenti Festo Cordis Jesu neque fiat commemoratio, cum ambo sint Festa ejusdem Jesu Christi. Humillime enim supplicatur S. R. C. ut declarare dignetur, quid agendum in dictarum Vesperarum concurrentia, et supplicarunt etiam declarare quinam color sit adhibendus in Missa Cordis Jesu, albus ne, vel rubeus?

4. In Missa Officii commemorationis omnium Sanctorum, quorum Reliquiae in propriis Ecclesiis asservantur, aliquibus Congregationibus concessi, quaeritur, quo colore uti debeat albo ne, vel rubeo?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Alexandri Albani Ponentis, respondendum censuit. Ad 1. *Officium esse recitandum prout in Ecclesia universali die nempe 18. Julii.*

Ad 2. *Integras Vesperas recitandas esse de Festo B. M. V. de Consolatione cum commemoratione S. Augustini.*

Ad 3. *Integras Vesperas recitandas esse diei octavae Corporis Christi absque commemoratione Sacratissimi Cordis Jesu, et utendum colore albo.*

Ad 4. *Adhibendum esse colorem rubrum.* Et ita declaravit. *Die 17. Augusti* 1771.

4209. HYDRUNTINA PRAEEMINENTIARUM.

Exortis inter Paulinum Agostinelli Archidiaconum Ecclesiae Metropolitanae Hydruntinae ex una, et Canonicos dictae Ecclesiae Metropolitanae, et litis ex altera partibus, controversiis super praeeminentiis, et juribus, quae in praedicta fiunt Ecclesia pro Sacris, Divinisque peragendis, nec non Ecclesiasticis muniis obeundis; iisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Nigrono Ponente concordata proposita fuerunt, nempe.

1. An constet, Archidiaconum Ecclesiae Cathedralis Hydruntinae esse primam, et unicam Dignitatem, cui adnexa sit Dignitas Cantoratus in casu etc? Et quatenus affirmative.

2. An, et ad quem pertineat conficere tabellam horariam pro Divino Officio celebrando, aliisque explendis functionibus Ecclesiasticis in casu etc?

3. An, et quomodo ad praedictum Archidiaconum pertineat conficere alteram tabellam designativam eorum, qui debent canere Evangelium, et Epistolam in casu etc?

4. An tertia tabella designativa aliarum functionum explendarum in solemniis, confici debeat per Archidiaconum, et an in ea comprehendi valeant Canonici in casu etc?

5. An, et quomodo in casu negligentiae Archidiaconus possit in tabellis praedictis statuere poenam unius librae cerae albae in Diaconos, et Subdiaconos, praeter obulos quinque pro stipendio eorum, qui deficientium vices supplent in casu etc?

6. An Archidiaconus tunc possit suspensionem imponere tam adversus Ecclesiasticos in servitio deficientes, quam etiam contra Magistrum caeremoniarum, qui eorum notulam fideliter non exhibet in casu etc?

7. An pertineat ad Archidiaconum, sive potius ad Praefectum Chori corrigere defectus, qui committuntur in Choro, et prohibere, ne ibi deferantur Chirothecae, legantur libri, Epistolae etc., et valeat inobedientes privare distributionibus quotidianis in casu etc?

8. An Archidiaconus valeat suis propriis sumptibus deputare in Vice-Cantorem unum ex Canonicis, vel Mansionariis adstrictis servitio Chori, sive potius alium Choro non addictum in casu etc?

9. An, absente, vel impedito Archiepiscopo, functiones ab eo peragendae competant Archidiacono, et quae sint eaedem functiones in casu etc?

10. An Archidiaconus cogi possit sub poenis arbitrio Archiepiscopi ad peragendas easdem functiones, et ad celebrandum solemniter in festis secundae classis, in casu etc?

11. An, et cui competat delatio SSmi Sacramenti in die octava SSmi Corporis Christi in casu etc?

12. An Archidiacono solemniter celebranti teneantur in munere Diaconi, et Subdiaconi inservire duo Canonici, sive potius duo Presbyteri in casu etc?

13. An Archidiaconus assistens uti Presbyter Archiepiscopo Missas, vel Vesperas solemniter celebranti, aut eisdem assistenti, sedere debeat super throno prope Archiepiscopum, vel in planitie Ecclesiae, vel alio in loco, in casu etc?

14. An idem Archidiaconus tunc Archiepiscopo elevare debeat librum Evangeliorum, et Pontificale in casu etc?

15. An, Archiepiscopo solemniter celebrante, Archidiaconus in praedicta figura Presbyteri assistentis, praeferri debeat in thurificatione Canonicis pro Diacono, et Subdiacono eidem Archiepiscopo inservientibus in casu etc?

16. An eadem thurificationis praelatio debita sit Archidiacono, quoties in habitu chorali assistit cum duobus Canonicis Archiepiscopo cum cappa assistenti Missae, vel Vesperis, quae per Canonicum hebdomadarium celebrantur in casu etc?

17. An, et cui competat dare signum pro inchoando Divino Officio, et pro discessu a Choro post ejus terminationem in casu etc?

18. An in principio Matutini, et aliarum horarum praedictus Archidiaconus, seu potius Canonicus hebdomadarius valeat, et debeat intimare: *Pater noster*: *Deus in adjutorium*. Ad Primam dicere: *Dies, et actus nostros*: *Dominus nos benedicat*, et similia in casu etc?

19. An, occurrente aliqua necessitate, exeuntes a Choro debeant petere veniam ab Archidiacono, sive potius a Canonico punctatore, seu a Chori Praefecto sub poena punctaturae in casu etc?

20. An, et a quo debeant Canonici petere veniam, quoties nolint intervenire in concionibus Quadragesimae, et Adventus, aut velint ab his discedere, et an, non petita venia, punctari possint in casu etc?

21. An in Divinis Officiis prima sedes in Choro competat Archidiacono habito chorali induto, sive Canonico hebdomadario, etiam sacris vestibus parato, in casu etc?

22. An invitato Capitulo per Magistratum Civitatis ad canendam Missam, vel *Te Deum* pro Rege, functio peragi debeat per Archidiaconum, sive potius per Canonicum Syndacum Capituli, sive per aliquem ex ejus auditoribus, et a quo designanda sit hora talis functionis, in casu etc?

23. An in Presbyterio, et Aula Capitulari, Archidiacono debeatur sedes distincta, ornatior, seu magis elevata?

24. An Archidiacono Missam celebranti tribui debeant paramenta pretiosiora iis, quibus utuntur Canonici tam in Missis solemnibus, quam in privatis in casu etc.?

25. An in Festo Purificationis B. M. V. Archidiacono debeatur candela majoris ponderis in casu etc.?

26. An Archiaconus habeat jus convocandi Capitulum pro illius negotiis, quandocumque Capitulo expedire ei visum fuerit, atque ei coadunato praesidendi, sive potius idem jus convocandi, et praesidendi competat Syndaco, aut alteri ex auditoribus in casu etc.?

27. An convocato Capitulo ad Archidiaconum pertineat dicere orationes consuetas in principio, et fine Capituli, sive potius id spectet ad Syndacum, aut alterum ex auditoribus, in casu etc.?

28. An convocato Capitulo ab Archidiacono, sive ab alio, cui competit, possint punctari tum Canonici, tum Mansionarii, absque legitimo impedimento ei non interessentes, in casu etc.?

29. An Capitulares ab aula capitulari discedere cupientes non terminato Capitulo, sub poena punctationis veniam petere debeant ab Archidiacono?

30. An Archidiaconus debeat habere unam ex clavibus Archivii Capituli in casu etc.?

31. An Sigillum Capituli retineri debeat per illius Syndacum, vel alterum ex auditoribus, sive potius per Archidiaconum in casu etc.?

32. An Canonici, ad effectum adeundi proprios stallos, vel ab illis discedendi, progredi, et recedere valeant a parte superiore Chori, in qua adest sedes Archidiaconi, vel potius progredi, et recedere a parte inferiori in casu etc.?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative in omnibus*, *et amplius*.

Ad 2. *Spectare ad Archidiaconum uti Cantorem*.

Ad 3. *Affirmative auctorante Archiepiscopo*, *et juxta solitum*.

Ad 4. *et* 5. *Ut ad proximum*.

Ad 6. *Negative*, *nisi de speciali mandato Archiepiscopi*, *et amplius*.

Ad 7. *Negative*, *sed spectare ad Praefectum Chori*, *et quoad privationem distributionum*, *pertinere ad Archiepiscopum*, *et amplius*.

Ad 8. *Affirmative quoad utramque partem*, *arbitrio Archidiaconi*.

Ad 9. *Affirmative*, *juxta numerum solemnitatum praescriptarum in Caeremoniali Episcoporum*, *et amplius*,

Ad 10. *Dilata*.

Ad 11. *Provisum per resolutionem anni* 1614., *et amplius*.

Ad 12. *Servetur solitum*, *et amplius*.

Ad 13. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*, *et amplius*.

Ad 14. *Servetur Caeremoniale*, *et amplius*.

Ad 15. *Affirmative*, *et amplius*.

Ad 16. *Affirmative*, *et amplius*.

Ad 17. *Dilata*.

Ad 18. *Dilata*.

Ad 19. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*, *et amplius*.

Ad 20. *Dilata*.

Ad 21. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*, *et amplius*.

Ad 22. *Omnia spectare ad Archidiaconum*, *et amplius*.

Ad 23. *Negative*, *et amplius*.

Ad 24. *Negative*, *et amplius*.

Ad 25. *Affirmative*, *juxta solitum*, *et amplius*.

Ad 26. *Servetur solitum*, *et amplius*.

Ad 27. *Ut ad proximum*.

Ad 28. *Dilata*.

Ad 29. *Dilata*.

Ad 30. *Servetur solitum*, *et amplius*.

Ad 31. *Ut ad proximum*.

Ad 32. *Canonici in accedendo*, *et recedendo progredi*, *et recedere valeant per partem proximiorem stallo*, *et amplius*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 7. *Decembris* 1771.

Adversus istam resolutionem ex parte Paulini Agostinelli Archidiaconi dictae Ecclesiae Metropolitanae, expetita nova audientia super Dubiis 12. et 21., nec non super Dubio secundo ex parte Promotoris Fiscalis Curiae Episcopalis pariter expetita, cujus vigore reproposita per eumdem Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Nigronum Ponentem hujusmodi causa,

tam super dicta nova audientia, quam super sex Dubiis non resolutis.

Sac. eadem Congregatio scripto, et voce utraque parte informante audita, et ex noviter deductis, rescribendum censuit. Ad 10. *Detur Decretum, ut in Cremen functionum die 8. Julii 1709., et amplius* (3658. 3662.)

Ad 17. *Spectare ad Archidiaconum, et amplius*.

Ad 18. *Spectare ad Hebdomadarium, et amplius*.

Ad 20. *Praefecto Chori, et amplius*.

Ad 28. *Affirmative, et amplius*.

Ad 29. *Servari solitum*.

Ad 12. et 21. *Nihil de nova audientia, et amplius*.

Ad 2. *In decisis, salvo jure Archiepiscopi, et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit.

4210. MELITEN GENUFLEXIONIS.

Ad dirimendas nonnullas obortas controversias inter Promotorem fiscalem Curiae Episcopalis Melitensis, et Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum S. Pauli Oppidi Vallettae, et S. Helenae Imperatricis Birchirchariae Dioecesis praedictae, super genuflexione facienda Episcopo, quoad Canonicos praedictos, Eĩus, et Rĩus Dĩus Cardinalis Boschi Ponens infrascripta Dubia inter partes concordata, S. R. C. decidenda proposuit, nempe.

1. An in functionibus, aliisque in casibus, in quibus Episcopus privatim adstat, et pontificaliter non indutus, Dignitates, et Canonici insignis Ecclesiae Collegiatae S. Pauli ante ipsum transeuntes debeant eidem genuflectere, seu tantum caput, et humeros profunde inclinare in casu etc?

2. An Dignitates, et Canonici S. Helenae Imperatricis Collegiatae Birchirchariae in functionibus Ecclesiasticis, quoties transeunt ante Episcopum, debeant genuflectere, vel tantum caput, et humeros profunde inclinare in casu etc?

Et S.eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Eĩi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Providebitur in casibus particularibus*.

Ad 2. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die 16. Maii 1772*.

Mox autem Capitulum, et Canonici Ecclesiae Colleg. S. Pauli Oppidi Vallettae, et Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis dictae Civitatis, infrascripta Dubia, Ponente supralaudato Eĩo Boschi, S. R. C. decidenda proposuerunt nempe.

1. An occasione Processionis, quae fieri solet in die festo S. Gregorii, praedicti Canonici transeuntes ante Episcopum, debeant eidem Episcopo genuflectere in casu etc?

2. An suspensio ab Episcopo indicta sustineatur in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Eĩi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. et 2. *Negative, et amplius*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die 16. Maii 1772*.

Postmodum Capitulum, et Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Helenae Imperatricis Birchircariae, et Promotor Fiscalis Curiae Episcopalis dictae Civitatis, eodem Emo Boschi Ponente, Dubium infrascriptum decidendum S.R.C. proposuerunt, nempe.

An occasione Processionis, quae fieri solet in die Festo S. Gregorii, Dignitates, et Canonici praedicti transeuntes ante Episcopum debeant eidem Episcopo genuflectere, in casu etc?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Negative, et amplius*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 16. *Maii* 1772.

4211. BOSSANEN.

S. R. C. humillime supplicante Rmo Episcopo Bossanen. pro resolutione nonnullorum novorum Dubiorum circa reformationem Calendarii suae Dioecesis, post editas resolutiones ab eadem S. C. die 13. Martii superioris anni emanatas, recens excitatorum; hisque in Congregatione Ordinaria sub infrascripta die habita ab Emo, et Rmo Dno Card. Boschi Ponente propositis, sub ea, quae sequitur, forma, videlicet.

1. An liceat in Calendario Ecclesiae Bossanensis, praeter ea Officia, quae olim concessa fuerant pro universis Catholici Regis Dominiis, inserere ea, quae ante annum 1720. pro Regnis Hispaniae tantum concessa, in Dioecesi Bossanensi ante annum 1722. recitata fuisse constat?

2. Quaenam censeri debeant ad effectum, de quo agitur, Officia pro universis Catholici Regis dominiis concessa ante annum 1720., et usu recepta in Dioecesi Bossanensi ante annum 1722?

3. An die 28. Maii, quo Festum SSrum Martyrum Æmilii, et Priami patronorum principalium Dioecesis Bossanensis, quorum corpora in Cathedrali asservantur, celebratur sub ritu dupl. 1. clas. cum Octava, fieri simul debeat de Sociis Martyribus Felice, et Luciano, vel potius horum festiva commemoratio transferri debeat ad proximam diem non impeditam, et sub quo ritu celebrari?

4. An de Inventione Corporum dictorum patronorum principalium Æmilii, et Priami fieri debeat Officium, ut hactenus, sub ritu dupl. secundae class., seu potius sub ritu dup. min?

5. An Festum Conceptionis B.M.V., quae est titulus Ecclesiae Cathedralis, celebrari debeat sub ritu dupl. 1. class. tam in Civitate, quam in Dioecesi, et ab utroque Clero?

6. An in Indulto celebrandi Officia de Sanctis nationalibus Sardinae a S. C. concesso die 13. Martii superioris anni in respons. ad Dub. 12., praeter Festum translationis Corporis S. Augustini, et reliqua in elencho descripta, comprehendantur etiam Festa S. Potiti Martyris die 30. Januarii, et Salustiani Confessoris die 8. Junii?

S. eadem C., habito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, recensitis Dubiis rescribendum censuit.

Ad 1. *Negative ad formam rescripti editi die 13. Martii 1771. in responsione ad primum Dubium.*

Ad 2. *Ad R. P. Episcopum ad mentem.*

Ad 3. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, ita videlicet, ut pro Festo SSrum̄ Martyrum Felicis, et Luciani, tamquam naturalium Sardiniae assignetur in Calendario perpetuo proxima dies non impedita, etiam infra Octavas, eorumque Officium celebretur sub ritu dupl. min.*

Ad 4. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 5. *Affirmative.*

Ad 6. *Quoad Festum translationis Corporis S. Augustini, et alia descripta in elencho pro Ecclesia Turritana approbato, Affirmative, in reliquis Negative.*

Mens autem S. C., de qua in responsione ad secundum Dubium haec fuit, videlicet. *Ut idem R. P. Episcopus cum consilio aliquot ex dignioribus, et senioribus de Capitulo, et Clero, de singulorum Officiorum hujusmodi Indulto, antiquitate, et usu in Dioecesi Bossanensi, prout etiam de ritu, sub quo in posterum celebrari debeant ad formam praesentium; et respective generalium Decretorum, pro sua prudentia cognoscat, et statuat.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die 22. Augusti 1772.*

4212. ORDINIS CARMELIT. EXCALC.
PROV. POLONIAE.

Cum P. Joanni Josepho a B. M. V. Ordinis Carmelitarum excalceatorum Provinciae Regni Poloniae nonnulla occurrerint Dubia circa rubricas, S. R. C. humillime supplicavit, quatenus benigne ea resolvere dignaretur. Dubia snnt sequentia.

1. Cum ob occurrentiam Officiorum Patronorum Regni Poloniae ex Indulto concessorum contingat assignari dies propria Officiis perpetuo translatis; quaeritur: An debeant moveri ex suis locis propriis assignatis in Calendario Ordinis Officia illa, quibus assignati sunt dies proprii, et juxta antiquitatem assignandae sint aliae dies; seu potius, relicto Calendario Ordinis, assignari debeant post illos aliae dies Officiis perpetuo translatis, juxta Calendarium particulare Provinciae?

2. Ecclesia Cathedralis Cracoviensis ab antiquo erat sub titulo S. Wenceslai Martyris, nunc manet sub titulo S. Stanislai Episcopi, et Martyris, cujus Festum maxima cum celebritate, et totius populi concursu, veneratur, illiusque Officium sub ritu dupl. primae class. etiam a Regularibus recitatur; Officium vero S. Wenceslai Martyris sub ritu dup. 1. classis in Cathedrali Ecclesia dicitur, sine tamen celebritate ad populum; quaeritur: An Regularibus sufficiat recitare Officium S. Stanislai sub ritu dupl. 1. classis uti Patroni principalis, et titularis Ecclesiae Cathedralis, et Officia facere S. Wenceslai sub ritu dupl. min. ut Patroni minus principalis?

3. Ex indulto concessum est semel in mense Officium SSmi Nominis Mariae, et singulis Sabbatis Officium de Conceptione B. M. V.; quaeritur:

An Missa celebrari debeat de Festo SSmi Nominis Mariae, et similiter de Conceptione, seu potius sumenda sit de quinque votivis assignatis pro diversitate temporis?

4. In Ecclesiis Regularium, ubi nulla cantatur Missa; quaeritur: An, et quae Missa legi debeat tam in Festo S.Marci, quam in Feriis Rogationum, in quibus occurrunt Litaniae?

5. In Ecclesiis Regularium, in quibus una solet cantari Missa; quaeritur: An, et quae Missa cantari debeat tam in Festo S. Marci, quam in Feriis Rogationum in quibus pariter occurrunt Litaniae?

6. Occurrentibus Litaniis majoribus in feriam tertiam Paschae, quaeritur: quae Missa legi debeat in Ecclesiis, in quibus non solet cantari, nisi Missa de Festo?

7. Cum in Festis duplicibus primae classis non possit cantari Missa solemnis votiva, etiam ad invocandum Spiritum Sanctum pro felici successu Comitiorum generalium, vel Capituli; quaeritur: An tunc addi possit Collecta de Spiritu Sancto sub unica conclusione?

8. Cum Officio SSmi Nominis Jesu aliquando translato, occurrente Dominica Septuagesimae, assignata sit dies 28. Januarii, ne celebretur in Quadragesima; quaeritur: An, occurrente Officio in proprio loco ritus duplicis, debeat illud transferri, cedendo Officio SSmi Nominis Jesu ob uniformitatem cum universali Ecclesia?

9. An in Feria V. in Coena Domini celebrari possit in Ecclesia una Missa privata propter infirmos, excepta solemni?

10. An in Ecclesiis Graecorum unitorum cum ritu latino, ubi non sunt Ecclesiae ritus latini, in Feria V. in Coena Domini celebrari possit Missa privata loco solemnis propter parochianos ibi commorantes cum administratione Communionis ob distantiam Ecclesiae Parochialis?

11. Cum in aliquibus Dioecesibus Regni Poloniae, et Ducatus Lithuaniae ex indulto Apostolico transferantur Festa ad populum in Dominicas in mensibus Julio, Augusto, et Septembri, quaeritur: An de praedictis Festivitatibus cantari possit ad populum de dictis Festis Missa solemnis?

12. Cum in Ordine Carmelitano discalceato, post Festum omnium Sanctorum; die 15. Novembris recurrente Festo sub ritu duplici S. Gertrudis habeatur commemoratio defunctorum Ordinis praedicti sub ritu duplici, dicendo Missas pro defunctis Fratribus, et Sororibus ejusdem ordinis; quaeritur: An sufficiat, quod recitetur unum Nocturnum cum Laudibus Officii defunctorum sub ritu duplici, seu potius recitari debeat totum Officium defunctorum sub eodem ritu, recitatis pridie Vesperis cum psalmo *Lauda anima mea etc.*?

13. Cum ab immemorabili tempore in Religione Carmelitana cantetur Missa Sabbatis diebus de B. M. V., quaeritur: An dicta Missa cantari possit in Festis primae, et secundae classis?

S. eadem C., audito prius voto unius ex caeremoniarum apostolicarum Magistris, ad relationem per me infrascriptum Secretarium factam loco Emi,

et Rmi Domini Cardinalis Albani Episcopi Portuensis Ponentis, censuit rescribendum.

Ad 1. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.*

Ad 2. *Affirmative.*

Ad 3. *Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam, mutato tamen Graduali in Adventu, et addito Tractu a Septuagesima usque ad totam Quadragesimam.*

Ad 4. *Serventur Rubricae.*

Ad 5. *Ut ad proximum.*

Ad 6. *Ut ad proximum.*

Ad 7. *Affirmative.*

Ad 8. *Affirmative.*

Ad 9. *Arbitrio Episcopi.*

Ad 10. *Dilata, et reformetur Dubium.*

Ad 11. *Affirmative, non omissa Missa Conventuali de Festo occurrente.*

Ad 12. *Dentur Decreta in una Einsidlen 23. Junii 1736., et in una Ordinis Eremitarum Camaldulensium.*

Ad 13. *Ut ad proximum.* Et ita declaravit. *Die 27. Martii 1773.*

4213. ORDINIS MINOR. S. FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Ex parte P. Fr. Erhardi Kadkerspurgensis Procuratoris, et Commissarii generalis Ord. Minor. S. Francisci Capuccinorum S. R. C. humillime expositum fuit, in nonnullis sui Ordinis Provinciis, ob multitudinem Officiorum Dioecesanorum pedetentim introductorum, singulis quibusque annis plura Officia de praecepto, quae supersunt, ad ritum simplicis redigi necesse esse. Quare id m Orator eidem S. R. C. humillime supplicavit: ut Patribus Ministris Provincialibus praefati universi Ordinis facultas sit committendi suis respectivis Fratribus Calendaristis omissionem Festorum Dioecesanorum, quae praedicta Officia de praecepto impediunt, dummodo non sint de Patrono principali loci, vel Dioecesis, nec non de Dedicatione Ecclesiae Cathedralis pro degentibus in Civitate. Itemque de iis, quae ad instantiam Principis concessa sunt, aut quae adnexum habent Festum de praecepto quoad forum.

Et S. eadem C., ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescripsit: *Pro gratia, juxta petita, et detur Decretum in Portugallen. Ordinis Minorum S. Francisci reformatorum Provinciae S. Mariae de Arabida 11. Januarii 1755., prout sequitur, nempe: Ordinis Minorum etc.* (omittimus tenorem Decreti, quia supra suo apte loco relatum est num. 4100.) Et ita declaravit, et servari mandavit. *Diei 27. Martii 1773.*

4214. ORDINIS MINOR. S. FRANCISCI DE OBSERVANT. PROVINCIAE GOTHOLAUNIAE.

Supplicante P. Ministro Provinciali Gotholauniae Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia S. R. C. pro reformatione Calendarii suae Provinciae, quoad sequentia capita.

1. Ut abrogentur nonnulla Festa secundaria Sanctorum Ordinis?

2. Ut Festis Sanctorum ejusdem Ordinis tollerentur Octavae aliquibus tantum retentis?

3. Ut ad unam diem unirentur Festa Dedicationum Ecclesiarum omnium Conventuum dictae Provinciae?

4. Ut pro Monialibus transferatur ad aliam diem Festum S. Ludovici Episcopi propter occurrentiam Octavae S. Clarae?

S. eadem C., referente Eñio, et Rñio Domino Cardinali Boschi, rescripsit: *Pro gratia, videlicet, abrogatis omnibus Festis secundariis Sanctorum Ordinis, praeterquam translationis S. Francisci, sublatisque Octavis eorum Sanctorum, quatuor tantum exceptis, nimirum S. Francisci, S. Bonaventurae, S. Antonii, et S. Clarae: in reliquis serventur Decreta, et Rubricae. Die 19. Junii* 1773.

4215. ORDINIS MINOR. S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA:

Cum alias die 11. Augusti 1770. ad preces P. Ministri generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia S.R.C., referente Eñio, et Rñio Dño Cardinali Torregiani, indulserit, ut in omnibus Ecclesiis dicti Ordinis singulis Sabbatis per annum, exceptis privilegiatis, ac festis duplicibus primae, et secundae classis, impeditis celebrari posset Missa votiva de Conceptione B. M. V., non omissa tamen Missa Conventuali cum cantu de Festo, vel Feria occurrente: nuper idem P. Minister generalis humillime supplicavit pro declaratione sequentis Dubii: An per supradictum Indultum inducta fuerit obligatio Missam conventualem canendi, etiam in iis Ecclesiis, ubi dicta obligatio non adest?

Et S. eadem C., referente eodem Eñio Domino Cardinali Torregiani, benigne rescripsit: *Gratiam concessam sub die 11. Augusti nullam inducere obbligationem cantandi Missam conventualem, ubi ea obligatio non sit, nec esse debeat, juxta Constitutiones Apostolicas. Die 19. Junii* 1773.

4216. URBIS S. MARIAE IN COSMEDIN.

Cum ex parte nonnullorum Capitularium Ecclesiae S. Mariae in Cosmedin Urbis S. R. C. recursum habitum fuerit, quosdam ex Canonicis, et Beneficiatis ejusdem Ecclesiae contra prafatae S. C. Decreta abusum induxisse administrandi Poenitentiae Sacramentum cum cappa, vel solo rochetto indutos.

S. eadem C., ut hujusmodi abusum omnino removeatur, et praescripto S. C. obtemperetur, rescribendum censuit: *Detur Decretum prout sequitur. Urbis. Illño Domino Cardinali Columna proponente quatuor Dubia huic Sac. Cong., inter quae propositum fuit etiam sequens, nempe.* 1. An Ca-

honicis usum cappae, et rochetti habentibus liceat Sacramenta administrare cum solo rochetto, et deposita cappa?

Sac. Cong. respondit.

Ad 1, *Sacramenta esse administranda cum superpelliceo, et stola, juxta Rituale Romanum. Die* 12. *Julii* 1628. (606.). Et ita declaravit, ac *in Ecclesia S. Mariae in Cosmedin Urbis servari* mandavit. *Die* 19. *Junii* 1773.

4217. ORDINIS MINOR. STRICTIOR. OBSERVANTIAE S. FRANCISCI RECOLLECT. PROVINCIAE GERMANO-BELGICAE.

Ex parte Fratrum Minorum S. Francisci strictioris Observantiae Recollectorum Provincia Germano-Belgicae S. R. C. humillime expositum fuit, inter eosdem Religiosos nonnulla exorta esse Dubia circa celebrationem Divini Officii. Hinc ad tullendam omnem discrepantiam, omnemque dubitationem eliminandam, a S.R.C. pro declaratione infrascriptorum Dubiorum demisse efflagitarunt, videlicet.

1. An Dominica 3. post Pascha, in qua ex Decreto hujus S.C. 20. Januarii 1741. est celebrandum Officium Patrocinii S. Josephi sub ritu dupl. secundae classis, si in ea occurrat Festum altiuris ritus, vel majoris dignitatis, ut ex.gr. Inventionis S. Crucis, sit Festum Patrocinii S. Josephi ad aliam diem transferendum?

2. An si Dominica 3. post Pascha incidat Festum SSrum Apostolorum Philippi, et Jacobi, vel S. Marci Evangelistae, una cum Festo Patrocinii S. Josephi, debeat Apostolis, et Evangelistis praeferri Officium Patrocinii S. Joseph?

3. An Vesperae de Patrocinio S. Josephi debeant esse integrae in casu, quod haec Festivitas concurrat cum Festo S. Marci Evangelistae, vel SSrum Apostolorum Philippi, et Jacobi, atque illi praeferatur?

4. An quando die 6. Februarii Sabbato ante Septuagesimam Officium Dominicae quintae post Epiphaniam anticipate impeditur per Festum novem Lectionum, requirens Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente, poni debeat Epistola secunda ad Tessalonicenses ex Sabbato hebdomadae quartae post Epiphaniam, vel Epistola prima ad Timotheum ex Dominica quinta post Epiphaniam?

5. An, quando Festum dup. maj. S. Gabrielis Archangeli, et S. Benvenuti Conf. debet celebrari post Octavam Paschae, debeat celebrari primum Ordine translationis, seu temporis, vel ordine dignitatis?

6. An Praefatio de S. Francisco, quae recitari solet, et in omnibus Festivitatibus S. Parentis, ita et in Festo Portiunculae, possit etiam recitari per Octavam ejusdem Festivitatis, quae ex indulto Apostolico Clementis XIII. in Ecclesiis Missionariorum S. Francisci in Hollandia magna populi frequentia, et summa pompa, et apparatu celebratur?

7. An Festa duplicia, quae locum translationis non habent, ob multiplicia Festa de praecepto, quae a familia Germano-Belgica Fratrum Minorum S. Francisci strictioris observantiae Recollectorum partim constituta

sub Dominio Augustissimi Imperatoris, et Serenissimae Reginae Hungariae, partim vero in ditione Serenissimi Regis Hispaniarum sunt celebranda, sint omnino omittenda; vel possint ea anticipate celebrari diebus ultimis mensis Februarii, vel primis mensis Martii diebus non impeditis, nisi die infra Octavam S. Margaritae de Cortona, vel initio Aprilis in diebus ferialibus?

Et S. eadem C., ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Negative*.

Ad 3. *Dilata, et scribat aliquis ex Magistris caeremoniarum*.

Ad 4. *Ut ad proximum*.

Ad 5. *Juxta ordinem dignitatis*.

Ad 6. *Affirmative*.

Ad 7. *Negative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 19. *Junii* 1773.

Sed cum quinque tantum ex propositis Dubiis fuerint resoluta: cum circa tertium, et quartum nonnullae occurrerint ambiguitates, quae, ut maturiori subjicerentur examini, majorem pro declaratione dilationem desiderabant. Propositis igitur per eumdem Emum Ponentem iisdem tertio, et quarto Dubiis jam exhibitis, quorum dilata fuerat resolutio.

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, rescripsit.

Ad 3. *Affirmative deletis iis verbis*: atque illis praeferatur..

Ad 4. *Affirmative, ad primam partem, Negative ad secundam*. Et ita declaravit. *Die* 4. *Septembris* 1773.

4218. CONCHEN.

Cum Presbyter Thomas Saix caeremoniarum Magister Ecclesiae Cathedralis Conchensis in Hispaniis Sac. Rit. Congr. humillime exposuerit per totam Dioecesim Conchensem Festum S. Eliae Profetae cum Officio, et Missa sub ritu duplici die 6. Martii a Rmo Ordinario designata quotannis celebrari; quae dies aliquando concurrens cum Sabbato quatuor Temporum post Dominicam primam Quadragesimae, cum Evangelium praedicti Festi sit unum cum Evangelio Feriae currentis, nempe. *Assumpsit Jesus etc.* de Transfiguratione; eidem S. C. humillime supplicavit, quatenus declarare dignaretur sequens infrascriptum Dubium, videlicet: An in tali concurrentia tres Lectiones tertii Nocturni dicendae sint de Festo sine nona Lectione Feriae, vel an dicenda sit nona lectio Feriae, non obstante, quod idem sit Evangelium, vel Homilia distincta, vel, an tres Lectiones dicendae sint de Feria, ut accidit in Festo Expectationis Partus B. M. V. 18. Decembris, quando occurrit in Feria quatuor Temporum, vel an sit sumendum pro S. Elia aliud Evangelium de aliquo communi, et quale commune illi respondeat?

Et S. C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem mei infrascripti Secretarii, loco Emi, et Rmi Do-

mini Cardinalis Albani Episcopi Portuensis Ponentis, rescribendum censuit: *Quando sexta dies Martii cadat in Sabbatum quatuor Temporum vernalium una cum Officio S. Eliae, non est in fine Missae legendum Evangelium Feriae, quod idem est, ac Evangelium Festi: sed in Laudibus sicuti et in Missa habebitur ejus commemoratio cum suis Antiphonis, versiculo, et Oratione; omissa tamen ejus Homilia pro nona Lectione.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 4. Septembris* 1773.

4219. TAURINEN.

Ex parte P. Ministri Fratrum Minorum Observantium Conventus S. Thomae Apostoli Provinciae Pedemontis Civitatis Taurinen. S. R. C. humiliter expositum fuit, ex diversorum benefactorum mente, non tamen Testatorum dispositione, multiplices Missas solemnes de requiem pro defunctis in eorum Ecclesiis debere celebrari; quae Missae diebus ritu dup. impeditis minime possunt satisfieri: quapropter pro facultate eas celebrandi in Festis etiam ritu duplici impeditis, non tamen solemnibus, et de praecepto eidem S.R.C. humillime supplicavit.

Et eadem S. R. C., habita prius Rmi Archiepiscopi informatione, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ponentis, et Praefecti, rescribendum censuit: *Consulendum SSmo pro indulto pro Feria secunda cujuslibet hebdomadae, non omissa Missa conventuali de Sancto, vel Feria occurrente, et dummodo non sit dies festivus de praecepto, vel altioris ritus, si SSmo Domino Nostro placuerit. Die 4. Septembris* 1773.

Factaque deinde per me infrascriptum Secretarium de praedictis eidem SSmo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, Decretumque Sac. Congr. confirmavit. *Die 11. ejusdem mensis, et anni* 1773.

4220. FESULANA.

Cum editori Calendarii Rmi Episcopi Fesulani occurrerit dubium in ejusdem Calendarii constructione, S. R. C. humillime supplicavit, quatenus idem declarare dignaretur. Dubium est: An, et qui color sit adhibendus in Officio, et Missa S. Eliae Prophetae?

Et eadem S. C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit: *Adhibendum esse colorem album.* Et ita declaravit. *Die 11. Decembris* 1773.

4221. MAZARIEN.

Ex parte Magistri caeremoniarum Ecclesiae Collegiatae S. Petri Drepani Dioecesis Mazarien. S. R. C. supplicatum fuit pro declaratione sequentium Dubiorum, quae sunt.

1. An simplex Clericus, qui obtinuit Canonicatum in eadem Ecclesia Collegiata, cui adnexus est titulus Thesaurarii, et proinde pro tertia Dignitate in praedicta Ecclesia habeatur, praecedere debeat tam in Choro, quam in Processionibus aliis Canonicis Presbyteratus Ordine insignitis, et locum suae Dignitati proprium obtinere, ac servare?

2. An in diebus, in quibus prima Dignitas solemniter Officium peragit, et a Choro absit secunda Dignitas, possit praedictus Canonicus tantum-

modo Clericus, uti tertia Dignitas, benedictionem ad nonam Lectionem impertiri?

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Abstineat*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 11. *Decembris* 1773.

4222. PARISIEN.

Relatis in S. R. C. per Emum, et Rmum D. Cardinalem Veterani Ponentem humillimis precibus Fratrum trium Conventuum Capuccinorum Civitatis Parisien. demisse petentium, ut duobus, vel uno saltem die in qualibet hebdomada, tametsi festo duplici impedito, illis liceat celebrare Missas solemnes, sive cantatas de Requiem, et alias Missas lectas pariter de Requiem pro explendis Officiis, seu Anniversariis non provenientibus ex dispositione Testatorum, sed ex nuda pietate benefactorum id genus suffragia postulantium ad expiationem Animarum suorum defunctorum, tributa ad hunc effectum fratribus oratoribus eleemosyna.

S. eadem C., attentis peculiaribus circumstantiis, auditoque prius sensu Vicarii generalis praefati Ordinis, rescribendum censuit: *Pro gratia celebrandi Missas cantatas de Requiem, et alias Missas lectas pariter de Requiem qualibet Feria 2. cujuslibet hebdomadae, in qua fit Officium sub ritu dupl. min., vel eadem Feria 2. impedita Festo, et Officio altioris ritus, alia die ejusdem hebdomadae eodem ritu non impedita, ita tamen, ut praesens Indultum in reliquis conformetur conditionibus, et reservationibus contentis in Decreto Taurinen. edito die* 11. *Septembris* 1773. (4219.) *nempe, quod non omittatur Missa conventualis de Sancto, vel de Feria occurrente, et dummodo non sit dies festivus de praecepto, etiamsi occurrat Festum celebrandum sub ritu duplici minori, non autem altioris ritus, si SSmo Domino Nostro placuerit. Die* 11. *Decembris* 1773.

Factaque deinde per me infrascriptum Secretarium de praedictis eidem SSmo D. Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. *Die* 18. *ejusdem mensis, et anni* 1773.

4223. URBIS, ET ORBIS.

Ad aures Sac. Rit. Congregationis delatum est, in nonnullis Monialium publicis Ecclesiis tum extra, tum quandoque intra almam hanc Urbem existentibus sensim irrepsisse abusum, ut SSmo Eucharistiae Sacramento in earumdem Monialium Ecclesiis Fidelium venerationi exposito, antequam illius fiat depositio, et confluenti populo cum illo benedictionem Sacerdos de more concedat, idem Sacerdos primum, ac separatim benedicat Monialibus in interiori earumdem Choro, sive Oratorio post Altare, vel alibi genuflexis, et deinde populo in publica Ecclesia adstanti.

S. eadem C., referente me infrascripto Secretario loco Celsitudinis Regiae Emi, et Rmi Domini Cardinalis Ducis Eboracensis Ponentis: *Ad hanc*

reprehensibilem , et a sacris ritibus , et Ecclesiae praxi deviam consuetudinem radicitus convellendam praesenti generali Decreto districte prohibet illam in posterum observari , etiamsi diuturno , et immemorabili tempore , ac usu convaluerit ; ac praecipit , ut Sacerdos sacram illam exercens functionem in quibusvis Ecclesiis Monialium ubique locorum erectis , cujusvis sint Ordinis , et Instituti (omissa speciali , ac separata Monialium benedictione)unicam tantum cum eodem SSmo Sacramento benedictionem interessenti populo impertiatur . Et ita decrevit , et servari mandavit . *Die* 11. *Decembris* 1773.

Factaque deinde per me Secretarium de praedictis SSmo Domino Nostro relatione , Sanctitas Sua praefatum Sac. Congregationis generale Decretum confirmavit , et ubique exequutioni dandum esse praecepit . *Die* 18. *ejusdem mensis , et anni* 1773.

4224. DERTHONEN. PRAECEDENTIAE.

Ad definiendas nonnullas controversias exortas inter Congregationem , seu unionem Presbyterorum saecularium sub invocatione SSrum Joannis , et Pauli Oppidi Novarum Dioecesis Derthonensis ex una , et Regulares praefati Oppidi ex altera partibus , super jure praecedendi in associatione cadaverum , illasque ad S.R.C. delatas , Emus , et Rmus Dominus Cardinalis Boschi Ponens infrascriptum Dubium decidendum proposuit , nempe : An Congregationi , seu unioni Presbyterorum saecularium sub invocatione SSrum Joannis , et Pauli Oppidi Novarum in associatione cadaverum , aliisque functionibus Ecclesiasticis , competat praecedentia supra Regulares ?

S. eadem C., habita prius Rmi Episcopi informatione , ac visis juribus congregationis , seu unionis Presbyterorum saecularium , auditoque tantum ejus Procuratore voce , et scripto informante , ad relationem praefati Emi Ponentis , rescribendum censuit : *Affirmative , juxta Decretum in Imolen.* 19. *Augusti* 17 9. (3783.) . Et ita decrevit , et servari mandavit . *Die* 15. *Martii* 1774.

4225. CONCHEN.

Cum in Calendario Dioecesis Conchensis pro anno 1773. editum , adnotatum fuisset , coetum Parochorum , et Beneficiatorum non posse sese conformare in recitatione Officiorum illorum Sanctorum etiam alienigenarum , quorum corpora , aut notabiles Reliquiae in dicta Cathedrali asservantur : idem Parochorum , et Beneficiatorum coetus S.R.C. humillime supplicavit pro declaratione sequentis Dubii , videlicet : An coetui Parochorum , et Beneficiatorum Parochiarum Civitatis Conchensis liceat continuare in recitatione Officiorum de Sanctis etiam alienigenis , quorum corpora , seu notabiles Reliquiae in Cathedrali asservantur in casu , de quo agitur ?

S. autem C., ad relationem Emi , et Rmi Cardinalis Boschi Ponentis , re mature discussa , respondendum censuit : *Affirmative* . Et ita decrevit , et servari mandavit. *Die* 15. *Martii* 1774.

4226. ELVEN.

Ad humillimas preces confratrum Confraternitatis : vulgo Irmandade Animarum Purgatorii erectae in Ecclesia S. Laurentii Civitatis Elven., qui-

bus supplicatum fuit S. R. C., ut Feria secunda immediate sequenti Dominicae infra Octavam omnium Sanctorum, in qua iidem Confratres quotannis Officium defunctorum pro animabus Purgatorii solemniter recitare consuescunt, facultas iisdem facta sit celebrari faciendi in eadem Ecclesia Missam solemnem de Requiem, etiamsi praedicta dies Festo duplici sit impedita.

Et S. eadem C., habita prius Rmi D. Episcopi informatione ad relationem Emi, et Rmi Cardinalis Corsini Ponentis, rescribendum censuit: *Pro gratia celebrandi unicam Missam solemnem, servatis Rubricis quoad alias Missas. Die* 15. *Martii* 1774.

4227. FERENTINA THURIFICATIONIS.

Ad definiendas controversias exortas inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Collagiatae S. Agathae Terrae Proxeudi Dioecesis Ferentinae ex una, et Promotorem Fiscalem Curiae Baronalis dictae Terrae ex altera partibus super jure thurificandi Auditorem, seu Gubernatorem Baronis in functionibus Ecclesiasticis, illisque ad S. R. C. delatis, Emus, et Rmus Dominus Cardinalis Boschi Ponens infrascripta Dubia, inter partes concordata, decidenda proposuit.

1. An, et a quo sit thurificandus Gubernator terrae Proxeudi? Et quatenus affirmative.

2. In quibus diebus, et in quibus functionibus Ecclesiasticis?

3. Et quo habitu indutus esse debeat?

S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante prius audita, visisque juribus hinc hinde deductis, ad relationem ejusdem Emi, et Rmi D. Card. Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Esse thurificandum a Diacono parato, duplici ductu post Canonicos.*

Ad 2. *Diebus tantum solemnioribus, quibus nimirum Missa solemnis celebratur cum Ministris paratis.*

Ad 3. *Vel habitu clericali talari, vel laicali aulico.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 9. *Decembris* 1775.

4228. DERTHONEN.

In causa praecedentiae inter Sacerdotem Carolum Rocca Presbyterum residentialem Ecclesiae Parochialis Oppidi Seravallis Dioecesis Derthonen., et Clericos consortiales ejusdem Ecclesiae Canonicos abusive nuncupatos: An scilicet praefati Clerici eidem Ecclesiae addicti promotione antiquiores, licet non sint Presbyteri, praecedere debeant, et primum, ac digniorem locum in Choro, et Processionibus obtinere, vel potius Sacerdotes, promotione tamen posteriores, primum, et digniorem locum supra Clericos consortiales praedictos antiquiores non Presbyteros obtinere debeant?

S.R.C., audita Rmi Episcopi informatione, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Marefoschi Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit = *Detur Decretum in Sutrina die* 30. *Julii* 1689. = (3048.). Et ita declaravit, et in Ecclesia Oppidi Seravallis servari mandavit. *Die* 16. *Martii* 1776.

4229. URBIS, SEU ORDINIS MINORUM OBSERVANTIAE S. FRANCISCI.

Cum Patri Vicario Chori Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci Conventus Aracoelitani Urbis nonnulla occurrerint dubia circa Rubricas super Officiorum, et Missarum celebratione S. R. C. humillime supplicavit, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. An in casu, quo in Dominica Paschae, et Pentecostes occurrant Officia semiduplicia, et duplicia minora, pro quorum translatione locus non supersit in toto anni Ecclesiastici decursu, de ipsis fieri debeat commemoratio in eadem Dominica Paschae, et Pentecostes in Vesperis, et Laudibus, et Missis, an vero debeant prorsus omitti in casu etc?

2. An de iisdem semiduplicibus, et duplicibus possit fieri commemoratio in Feria 2. et 3. Paschae, et Pentecostes in utriusque Vesperis, Laudibus, et Missa?

3. An in quibuscumque aliis duplicibus sive secundae, sive primae classis, comprehensis etiam Festis Ascensionis, et Corporis Christi, fieri possit commemoratio de laudatis duplicibus, et semiduplicibus in utrisque Vesperis, laudibus, et Missis aeque ac fit de die Octavae, si alicubi occurrat?

4. An de eisdem semiduplicibus, et duplicibus fieri debeat commemoratio in Vesperis Feriae 3. Paschatis, et Pentecostes, necnon in secundis cujuscumque alterius festi primae classis in casu, quod de ipsis facienda sit die sequenti?

5. An de laudatis semiduplicibus, et duplicibus legenda sit nona lectio ad matutinum, composita ex omnibus eorum lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius in omnibus duplicibus primae classis, exceptis illis trium lectionum, Festo, et Octava Corporis Christi, et quoties legenda occurrat nona lectio de Homilia super Evangelium?

6. An in Missis Dominicae Palmarum, et Vigiliae Pentecostes, in quibus excluditur commemoratio Festi simplicis, licet facta fuerit in Officio, facienda sit commemoratio de praedictis duplicibus, et semiduplicibus in Missis?

7. An in Dominicis privilegiatis, in quibus occurrit commemoratio facienda de Officio duplici, omitti possint suffragia Sanctorum, preces ad Primam, et Completorium, nec non tertia Oratio in Missa, ut fit in casu, quo hujusmodi Dominicae occurrant infra aliquam Octavam?

8. An in casu, quo recitetur Officium de Dominica per annum occurrente infra aliquam Octavam cum commemoratione Festi semiduplicis, quae praefertur illi diei infra Octavam, adhibendus sit in Missa color conveniens Octavae, an Festo duplici, vel semiduplici?

9. An commemoratio Festi duplicis occurrentis in Dominica per annum, in qua recitatur Officium alicujus Festi mobilis majoris ritus, vel dignitatis, praeferenda sit commemorationi ejusdem Dominicae, lecta tamen nona lectione de Homilia ejusdem?

10. An, dum per solam commemorationem anticipatur Officium alicujus Dominicae post Epiphaniam in Sabbato ante septuagesimam, qua oc-

currat Festum novem Lectionum, non habens Lectiones primi Nocturni proprias, vel de communi assignatas, legi debeant illae de Sabbato occurrente, an vero, istis omissis, vel praecedenter lectis, si sint de initio alicujus Epistolae, legendum sit Epistolae Divi Pauli initium assignatum illi Dominicae, cujus Officium per commemorationem anticipatur?

11. An, occurrente Festo Confessoris non Pontificis infra octavam alterius Festi pariter Confessoris non Pontificis, pro commemoratione octavae in Laudibus, desumenda sit Antiphona ex secundis, an vero ex primis Vesperis?

12. An Officium S. Silvestri Abbatis die 14. Decembris, cui in Directorio pro tribus primis praecedentibus annis 1771. 1772. 1773. assignatum fuerat tamquam diei propriae in perpetuum, recte revocatum sit ad diem primam ejusdem mensis?

13. An in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum, in qua omnes Missae, excepta conventuali post Tertiam, celebrandae sint pro defunctis, reponi debeat Festum dupl. maj. translatum, S. Joachim v. g., SSmi Nominis, aut Rosarii B.M.V., vel Angelorum Custodum; an, ulterius translatis Officiis istis, recitari debeat Officium de die infra Octavam omnium Sanctorum, an vero in hoc peculiari casu reponi prius possit Officium aliud dupl. min. pariter translatum, quod pro tali die non excludit Missas defunctorum?

14. An in illis Provinciis, vel Ordinibus regularibus, in quibus sub aliquo titulo colitur, et veneratur Deipara Virgo tamquam Patrona, in feriali Officio fieri debeat in Suffragiis Sanctorum commemoratio de eadem, veluti de Patrona cum consueta Antiphona: *Sancta Maria succurre miseris etc.*, etiamsi ejus Officium parvum in Choro fuerit recitatum?

15. An Missa votiva de Conceptione B. M. V., quae ex indulto S.R.C. in singulis Sabbatis per annum, exceptis privilegiatis, et impeditis Festo dupl. primae, et secundae classis, cantari potest in omnibus Ecclesiis nostri Ordinis Seraphici, cantari possit cum *Credo*, et unica Oratione; an vero sine *Credo*, et una secunda Oratione de Officio occurrenti, et tertia de Spiritu Sancto, nisi occurrat simplex, aut alia commemoratio; vel cum secunda Oratione de Spiritu Sancto, et tertia Ecclesiae, vel pro Papa, ubi de Officio occurrente cantata, vel saltem lecta fuerit Missa conventualis?

16. An ex sensu Rubricae positae in Breviario in Festo S.Marci, et in Feria secunda, tertia, et quarta post Dominicam quintam Paschae, recte inferatur, quod Litaniae Sanctorum de praecepto recitandae in eodem Festo S. Marci, et in triduo Rogationum anticipari possint, atque recitari post Matutinum, et Laudes die antecedenti ab iis, qui Processioni sequentis diei non interveniunt?

17. An, attentis Apostolicis, et S.R.C. Decretis, graviter peccet Sacerdos celebrans Missam privatam in Feria V. in Coena Domini, sive etiam solemnem in illa Ecclesia, ubi non reponitur, nec asservatur SSmum Sacramentum in aliquo Altari, vel alio loco decenti vulgo dicto *il Sepolcro*?

18. An in casu, quo aliquis pro se adhuc vivente, celebrare anticipate

velit functiones funebres cum Officio defunctorum, et Missa cantata; an haec Missa possit esse de Requiem, si ritus Officii currentis permittat: an votiva juxta devotionem petentis; An vero celebrari debeat de Officio occurrente, vel si ritus non obstet, pro remissione peccatorum, aut ad postulandam gratiam bene moriendi?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Torregiani Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. et 2. *Dilata, et videantur particulariter*.

Ad 3. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, excepta Missa solemni*.

Ad 4. *Ut ad proximum*.

Ad 5. *Affirmative, exceptis illis trium lectionum, Festo, et Octava Corporis Christi, et quoties legitur nona lectio de Homilia super Evangelium*.

Ad 6. *Negative, et serventur Rubricae*.

Ad 7. *Negative*.

Ad 8. *Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam*.

Ad 9. *Affirmative*.

Ad 10. *Legendas esse lectiones de Dominica anticipata, dummodo in Sabbato antecedenti non occurrat initium alterius Epistolae S. Pauli*.

Ad 11. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam*.

Ad 12. *Negative*.

Ad 13. *Dentur Decreta Sac. Congregationis*.

Ad 14. *Affirmative*.

Ad 15. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam, et serventur Rubricae*.

Ad 16. *Negative*.

Ad 17. *Non licere, et Sacerdos se abstineat*.

Ad 18. *Negative, et serventur Rubricae Missalis, ac ritus Ecclesiae*. Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 28. *Martii* 1775.

Repropositis deinde in eadem S. C. per Emum Ponentem sequentibus 1. et 2. Dubiis, nempe.

1. *An in casu, quo in Dominica etc.* ut supra

2. *An de iisdem semiduplicibus etc.* ut supra

Et S. eadem C., ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescripsit: Ad 1. et 2. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 15. *Junii* 1776.

4230. ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM S. FRANCISCI PROVINCIAE MINORIS POLONIAE.

Porrecto S. R. C. nomine P. Fr. Augustini Motuski Ordinis Minorum Observantium S. Francisci Provinciae Minoris Poloniae Ministri Provincialis supplici libello pro resolutione sequentis Dubii, nempe.

An Diaconus in Ordine tantum Diaconatus constitutus extra casum necessitatis, possit distribuere Fidelibus Communionem, in casu etc?

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris super dicto Dubio ab eodem exarato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Marcfuschi Ponentis, rescribendum censuit: *Negative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 25. *Februarii* 1777.

4231. KIOVEN.

Pater Fr. Joseph a B. M. V. Prior, et Fratres Ordinis Carmelitarum excalceatorum Conventus Berdiczoviae Dioecesis Kiovensis humillime S.R.C. supplicarunt pro resolutione sequentis Dubii: An Anniversaria, et Missae solemnes de Requiem a Testatoribus relictae in Ecclesia praedicti Conventus Berdiczoviae persolvendae, cantari, ac celebrari omnes debeant diebus, quibus cadunt, seu potius, attenta eorum pluralitate, transferri possint in dies etiam ritus duplicis, dummodo non sint de praecepto, quando dies feriales, et ritus semiduplicis non suut sufficientes, in casu etc.?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardiualis Corsini Episcopi Sabinensis Ponentis, rescribendum censuit: *Consulendum SSmo pro concessione Indulti, ut in Feria secunda cujuslibet hebdomadae, etiam occurrente Officio duplici, non tamen primae, aut secundae classis, et Festis de praecepto, celebrari possint Anniversaria, etiam translata*. Et ita etc. *Die* 25. *Februarii* 1777.

Et facta per me deinde infrascriptum Secretarium de praedictictis eidem SSmo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. *Die* 1. *Martii* 1777.

4232. BITECTEN.

Rmus hodiernus Episcopus Bitectensis S. R. C. humiliter exposuit, quod juxta Caeremonialis Episcoporum dispositiouem, et Decretum ejusdem S.C., Canonici Ecclesiarum Cathedralium in die Festo SSmi Corporis Christi, celebrante Episcopo, Processionemque peragente, vel non, tenentur sacris vestibus indui. At cum nonnulli Canonici, quibus, absente, vel impedito Episcopo, easdem functiones peragendi munus incumbit, choralibus tantum vestibus per consuetudinem inductam uti posse praetendunt; quare idem Rmus Episcopus ad dirimendas hujusmodi controversias eidem S. C. pro decisione recursum habuit.

Et S. eadem C., ad relationem mei infrascripti Secretarii, rescribendum censuit: *Servetur Decretum jam die* 27. *Martii* 1628. *in una Cajetana editum prout infra, nempe: Vicarius Capitularis etc.* (omittimus tenorem Decreti jam supra relatis, sub n. 588). Et ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 12. *Julii* 1777.

4233. GUADALAXAREN
IN AMERICA SEPTENTRIONALI.

Ex parte Parochi Pagi ad aquas calientes nuncupat. Dioecesis Guadalaxarensis in America Septentrionali S. R. C. expositum fuit. Tertiarios, seu confratres saeculares tertii Ordinis S.Francisci dicti loci, quamvis a Rmo Or-

dinario admonitos tam occasione funerum, et associationis cadaverum, quam in Processionibus Ssmi Sacramenti, et aliis, quibus invitati intersunt, Rituali Romano, et S.R.C. decretis obedire renuere. Quapropter ad eamdem S.C. idem Parochus orator recursum habuit, ut, ad observantiam praedictorum Decretorum, et Ritualis Romani, eosdem refractarios confratres omnino compellat.

Et S.eadem C, ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondendum censuit: *Dentur Decreta prout infra, nempe Nepesina die* 10. *Maii* 1608. (230) *Mediolanen* 19. *Junii* 1655. (1609). Et ita decrevit, et in Ecclesia Pagi ad aquas calientes nuncup. Dioecesis Guadalaxarensis in America Septentrionali servari, quoad praedictos confratres tertii Ordinis S.Francisci, mandavit. *Die* 12. *Julii* 1777.

4234. VASIONEN. PRAEEMINENTIARUM.

Exortis inter Archidiaconum, Praepositum, Sacristam, et Praecentorem Ecclesiae Cathedralis Vasionensis ex una, et Canonicos dictae Ecclesiae Cathedralis, et litis ex altera partibus, controversiis super praeeminentiis, et juribus, quae sunt in praedicta Ecclesia pro Sacris, Divinisque peragendis, nec non Ecclesiasticis muneribus obeundis, illisque ad S.R.C. delatis, infrascripta Dubia coram Emo, et Rmo Cardinali Marefusco Ponente concordata, proposita fuerunt, nempe.

1. An, et in quibus Festivitatibus, ac Ecclesiasticis functionibus assumi debeant nobiliora sacra Celebrantium indumenta, et Altaris respective pretiosora ornamenta in casu etc?

2. An, et qui numerus candelarum apponendus sit in Altari, et quae respective candelae accen li debeant, dum Divina Officia, et Missae solemnes celebrantur tam in festivitatibus primae, et secundae classis, quam in diebus Dominicis, et aliis Festis in casu etc?

3. An in Festivitatibus primae classis assumere liceat quatuor pluvialia, et respective in Festivitatibus secundae classis duo, dum Officia Divina solemniter celebrantur in casu etc?

4. An liceat Archidiacono, Praeposito, Sacristae, et Praecentori solemniter celebrantibus, majora assumere pluvialia, quam in solemnitatibus celebrari solitis a Canonicis in casu etc?

5. An distributio cinerum, palmarum, et candelarum peragenda sit a Rmo Episcopo juxta praerogativam, et antianitatem Capitularium, seu potius in dicto actu distributionis praeferendi sint duo illi Canonici, qui assistunt in cappa eidem Rmo Episcopo in casu etc?

6. An liceat Canonicis celebrare solemniter Divina Officia in festivitatibus secundae classis in casu etc?

Et S.C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Indumenta sacra nobiliora Celebrantium, et Altaris pretiosiora ornamenta esse assumenda in Festivitatibus primae classis, et functionibus solemnioribus ad formam Caeremonialis, exclusis tamen a so-*

temuloribus diebus expositione Sanctissimi occasione orationis quadraginta horarum , et Octava SSmi Corporis Christi .

Ad 2. *Respondendum , juxta votum Episcopi .*

Ad 3. *Licere , servata proportione in Festis secundae classis , ad formam Caeremonialis , et quoad executionem , arbitrio , et prudentiae Episcopi , attentis peculiaribus circumstantiis .*

Ad 4. *Provisum in tertio .*

Ad 5. *Affirmative ad primam partem , Negative ad secundam .*

Ad 6. *Servetur distributio Festorum juxta statuta Ecclesiae . In reliquis provisum in tertio , et quarto .* Et ita Emi Patres unanimi suffragio censuerunt , declararunt , et servari mandarunt . *Die 12. Julii 1777.*

4235. VASIONEN.

Praeeminentiarum super exequutione resolutionum datarum sub die 12. Julii 1777. inter Dignitates , seu Personatus , et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Vasionen . Ponente Emo , et Rmo Dno Cardinali Marefusco S. R. C. Praefecto : *Ad mentem* : et mens est, ut exequantur resolutiones, juxta instructionem dandam ab Emo Praefecto, audito aliquo ex Magistris caeremoniarum, transmittendam ad Episcopum pro omnimoda executione , etiam quoad praetensam exclusionem Canonicorum ab assistentia Ministrorum cum paramentis , seu pluvialibus , et amplius . *Die 3. Julii 1779.*

In executionem hujus Rescripti rogatus fuit alter ex apostolicarum caeremoniarum Magistris , qui suum votum confecit . Partes tamen non acquieverunt , sed novam audientiam postularunt in Congregatione ordinaria die 23. Junii 1781. , in qua remissum fuit negotium Emo , et Rmo Dno Cardinali Praefecto , qui unacum R.P.D. Promotore Fidei , auditis partibus , rem componerent, veluti patet ex sequenti Epistola transmissa ab eodem Emo , et Rmo Dno Cardinali Praefecto ad Episcopum Vasionen .

Rmo Domino Episcopo Vasionen.

Rme. etc. Curandum sedulo est, ut quam citius fieri possit, tollantur dissidia , quae inter Sanctuarii Ministros quandoque exoriuntur : hinc S. M. Pontifex Benedictus XIV. sapienter anno 1745. demandavit , ut Cavallicensis Antistes tamquam Commissarius Apostolicus dirimeret controversias omnes, quae inter Cathedralis Vasionensis Personatus , et Canonicos fervebant . Pontificis mandatis paruit Antistes , et confecta res videbatur ; sed quoniam temporis successu , novis gliscentibus jurgiis , extincta iterum revixit quaestio , ad S.C. delata res fuit , quae , auditis partibus, ac serio discussis articulis sub die 12. Junii 1777., finem imponendum voluit simultatibus resolutione *sex Dubiorum* , quae fuerant concordata . Sed iterum instaurato certamine, S. eadem C. sub die 3. Junii 1779. praecedens confirmavit judicium,respondens *ad mentem* , quae erat, *ut omnino executioni mandarentur resolutiones* , *juxta instructionem* dandam ab Emo Praefecto,audito aliquo ex Magistris caeremoniarum, transmittendam ad Episcopum, pro omnimoda exequutione . E re sua duxit cl. mem. *Card. Marefuscus* , qui illam Praefecturam gerebat : alterum ex Apostolicae Sedis caeremoniarum Magistris seligere , cui conficiendi Instructionem pro faciliori Rescriptorum exequutione munus demandavit . Is

morem ei gessit, sed quia in nonnullis articulis subobscura locutione usus fuit, et ab uno, alterove Rescripto tantisper deflexit, transmissa ad Amplitudinem tuam instructione, votis eventum minime respondisse non ignoras. Nam secus ac sperabatur, dum provida S.C. Decreta erant adimplenda, novae Personatus inter, atque Canonicos excitatae fuerunt turbae, contendentibus illis, instructionem a Rescriptis differre, et Magistrum caeremoniarum muneris sibi commissi fines fuisse praetergressum. Quamobrem iterum S. C. sensum exquirere opus fuit. Proposita igitur causa ex Sacratissimi Principis venia *in Congregatione habita die* 23. *Junii labentis anni*, Emi, et Rmi Domini mei Sacris Ritibus praepositi valde admirati sunt satis adhuc non fuisse ea omnia, quae semel, iterum, et tertio acta fuerant; et quum nollent contentiones hasce in aevum durare, rescripserunt: *Ad Emum Ponentem, et ad mentem*: mens autem erat, ut ego, qui in *cl. mem. Card. Marefuschi* locum suffectus fueram, accitis partibus, declarationes ederem, quae Rescriptis essent apprime conformes, et componi simul possent cum facti circumstantiis, quae in specie concurrunt, ac insuper idoneae ad pacem procurandam atque fuvendam, ne amplius in posterum disputationibus locus superesset. Itaque S.C., ut par erat, implevi mandata, semel iterumque tam Personatuum, quam Canonicorum defensores una cum R. P. Philippo Campanelli S. Fidei Promotore, et Magistro caeremoniarum, qui aliam instructionem ediderat, audivi; rationes, quae hinc inde afferebantur, expendi; ac tandem, juxta facultates mihi tributas, quae forte satis clara non erant, et illustratione indigebant, vel Ecclesiae Vasionensis consuetudini, habita ratione circumstantiarum, erant aptanda, cohaerenter ad Sacrae Congregationis Decreta, et mentem mihi panditam, declaranda, et explicanda duxi: Quae declarationes scripto traditae, et in Acta S.R.C. relatae communi placito exceptae sunt, ita, ut Archidiaconus, qui Personatuum jura tuetur, et Procurator a Canonicis deputatus nedum acceptaverint, sed propria insuper subscriptione firmaverint.

Igitur *primum*, quod propositum fuerat Dubium, versabatur circa Festivitates atque Functiones, in quibus assumi debent nobiliora sacra Celebrantium indumenta, et Altaris respective pretiosiora ornamenta: id fieri oportere edixerat S. C. in Festivitatibus primae classis, et functionibus solemnioribus, ad formam Caeremonialis etc. Sed ne in posterum ulla supersit dissidii occasio, juxta ejusdem S.C. mentem duximus, declarandum, utraque consentiente parte: *Solemnioribus Festivitatibus ad hunc effectum adnumerari Nativitatem S. Joannis Baptistae, et Festos dies, qui Paschatem, et Pentecosten subsequuntur; solemnioribus vero functionibus Missam Feriae V. in Coena Domini, Missam, et Vesperas tam Sabbati Sancti, quam alterius, qui Pentecosten praecedit.* Hoc tamen habito discrimine, quod in solemnioribus Festivitatibus, indumenta et ornamenta aeque pretiosa assumantur; in praefatis vero functionibus etiam minus pretiosa assumi possint, quoties in Cathedrali Vasionensi sacra suppellectilia magis, vel minus pretiosa non desint. Inter solemniores vero Festivitates non est recensenda illa, qua memoria recolitur S. Ceciliae Virginis, et Martyris.

Nil occurrit addendum, vel declarandum quoad alterum Dubium de numero candelabrorum, cui satis provide consultum fuit; idcirco S. C. respondit: juxta votum Rmi Episcopi, quod inviolabiliter servandum est; partes autem erunt solicitudinis, et vigilantiae tuae sedulo prospicere, ne quid fiat, quod a recto ordine absit, et scandalum pariat.

Rescripserat S. C. Dubio, quod tertio loco propositum fuerat, licere, attentis peculiaribus Ecclesiae circumstantiis, quatuor assumere pluvialia in Festivitatibus primae classis, duo in aliis secundae classis, observata proportione ad formam Caeremonialis. Quum autem proportio haec omnino servanda sit, decernimus, et declaramus juxta dispositionem Caeremonialis (quatenus Cathedralis Vasionensis Ecclesia sufficienti numero Ministrorum instructa sit, sacra indumenta habeantur, unius ejusdemque coloris, prout rubricae exigunt, in diversitate Festorum) quatuor a Ministris assumenda esse pluvialia in Festis solemnioribus scilicet, Natali D.N.J.C., et Epiphania, Paschate Resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, in Festo Corporis Christi, SSrum Apost. Petri, et Pauli, Assumptione B. M. V., et omnium Sanctorum, S. Titularis Ecclesiae, et Patroni Civitatis, et Ecclesiae Dedicationis: duo vero pluvialia adhibenda esse in aliis Festis immediate sequentibus diem Nativitatis Dñi, Paschae, et Pentecostes, item in Festis Circumcisionis Dñi, Purificationis, Annunciationis, et Nativitatis B. M. V., SSmae Trinitatis, et S. Joannis Baptistae: tandem in Dominicis, aliisque Festis unum tantum pluviale erit adhibendum a Celebrante aut Dignitas sit, aut Canonicus, aut Hebdomadarius. Ita decernimus, et declaramus, ut ea servetur proportio, quam requirit Caeremoniale Episcoporum, quae sane proportio tenenda est, nullo habito discrimine inter celebrantium personas, cum eadem numero pluvialia, eadem pretiosa, aut pretiosiora indumenta assumenda sint, prout exigunt Festi dies, qui recurrunt, vel Dignitas, vel Canonicus, juxta Ecclesiae Vasionensis ordinem, consuetudinem, atque statuta sacra peragere debeat. Qua declaratione etiam quarto Dubio satis, superque provisum est.

Et quamvis clara sit resolutio relate ad alia, quae supersunt Dubia, quintum scilicet, et sextum, ita ut omnino servanda sint ea Decreta, quae prodierunt die 12. Junii 1779., majoris tamen claritatis ergo, juxta S. C. mentem, decernimus in distributione Festorum servanda esse statuta Vasionensis Ecclesiae, habita ratione consuetudinis, quae usque modo obtinuit, ita ut a consuetudine ratio explicandi hac in parte statuta petenda sit.

Tandem quoad quaestionem alteram, cujus ne mentio quidem fiebat, cum primum sex Dubia fuerunt concordata, et S. C. proposita; num scilicet Festa, quae juxta Rubricas trasferenda sunt, debeant cum eadem solemnitate celebrari, quae in statutis, praescriptisque diebus fuisset adhibita, consuetudinem pariter, quae hactenus servata fuit, in posterum tenendam esse declaramus.

Hae sunt resolutiones, et declarationes juxta S. C. mentem inviolabiliter servandae. Reliquum modo est, ut Amplitudinem Tuam, cui easdem exequendas comittimus; moneamus, ut in spiritu lenitatis, quemadmodum Episcopum decet, Dignitates, atque Canonicos ad concordiam, et pacem

revocare studeas, et ad omnimodam exequutionem Decretorum S.C., juxta praefatas explanationes adhorteris, atque compellas, prout Te in Domino facturum confidimus, et diu felix, et incolumis vivas. *Romae 6. Septembris* 1781.

4236. BRIXIEN.

Proposito per me infrascriptum Secretarium, loco Emi, et Rmi Dni Cardinalis Calini Ponentis, in S.R.C., ad istantiam Canonici Cantoris Ecclesiae Cathedralis Brixien. infrascripto Dubio, nempe: An quando dies 30. Decembris occurrit in Sabbato, omitti possit officium de die infra Octavam Nativitatis, et in eo recitari Officium de duplici translato?

Et S. C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, rescribendum censuit: *Affirmative*, *non exclusis commemorationibus quatuor Octavarum*. *Die* 27. *Januarii* 1778.

4237. CIVITATIS CASTELLANAE PRAEEMINENTIARUM.

Relata in S. R. C. per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Corsini Episcopum Sabinensem Ponentem, causa Civitatis Castellanae praeeminentiarum inter Joannem Antonium Rossetti Archipresbyterum Ecclesiae S. Andreae Terrae Vallerani, Dioecesis Civitatis Castellanae ex una, et Victorem Parchiaroni Parochum Ecclesiae S. Victoris, ac Sacerdotem Hieronymum Janni Sacristam Ecclesiae B. M. V. de Ruscello ejusdem Terrae ex altera partibus, infrascripta Dubia inter easdem partes concordata, idem Emus Ponens decidenda proposuit, nempe,

1. An, et de qua matricitate constet Ven. Ecclesiae sub titulo S. Andreae Vallerani?

2. An illius Parocho, sive Archipresbytero jus competat faciendi Processiones tam de praecepto, quam votivas in honorem Sanctorum, quorum celebratur Festum in dicta Terra Vallerani?

3. An consimiliter eidem Parocho S. Andreae competat jus praeeminentiarum in omnibus functionibus tam publicis, quam privatis super Clerum, et Sacerdotes dictae Terrae?

4. An liceat eidem ingredi alteram Ecclesiam Parochialem S. Victoris et alias quascumque sitas extra districtum suae Pareciae cum stola, et cruce elevata?

5. An pariter eidem Parocho liceat tam in associatione cadaverum, quam etiam in aliis functionibus ingredi cum stola, et cruce elevata Ven. Ecclesiam B. M. V. de Ruscello ejusdem Terrae?

6. An dicto Parocho S. Andreae, et Clero sint assignanda alia signa praeeminentialia, et signanter receptio cum honore facienda a Presbyteris ejusdem Ecclesiae B. Virginis de Ruscello inservientibus, primi accubitus in Choro, celebrationis Divinorum Officiorum, ac etiam Missae canendae pro defunctis, occasione asportationis cadaverum?

7. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda?

Et S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis,

rescribendum censuit. Ad 1. *Constare de matricitate impropria tantum, et amplius.*

Ad 2. *Quoad Processiones generales, et alias, in quibus convenit totus Clerus, Affirmative juxta solitum: Quoad Processionem Corporis Christi, servetur transactio. In reliquis Processionibus particularibus Ecclesiae S. Victoris, Negative, et amplius.*

Ad 3. *Affirmative in illis functionibus, in quibus intervenit totus Clerus, et amplius.*

Ad 4. *Affirmative in Processionibus, et functionibus publicis duci, et celebrari solitis cum interventu totius Cleri: in reliquis Negative, et amplius.*

Ad 5. *Provisum in antecedenti, et amplius.*

Ad 6. *Quoad receptionem in Processionibus publicis, de quibus supra, servetur Caeremoniale: in reliquis Negative.*

Ad 7. *Affirmative per viam nullitatis.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 27. Januarii 1778.*

4238. COMPOSTELLANA.

Cum Sacerdotibus saecularibus Portionariis nuncupatis Collegii S. Spiritus Civitatis Compostellanae nonnulla occurrerint Dubia; humillime S.R.C. supplicaruut, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. An, ubi primae Dominicae singulorum mensium, in quibus facienda est solemnis expositio SSmi Sacramenti, fuerint privilegiatae primae, et secundae classis, cantanda sit Missa de SSmo Sacramento, seu potius de iisdem Dominicis privilegiatis primae, vel secundae classis cum oratione sub unica conclusione de laudato SSmo Sacramento?

2. Et quatenus negative ad primam partem, affirmative quoad secundam; quibus vestibus, et paramentis uti debeant Ministri Sacri?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad mei infrascripti Secretarii relationem, loco Emi, et Rmi Domini Cardinalis Calini Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative quoad primam partem, Affirmative qaoad secandam.*

Ad 2. *Provisum in primo.* Et ita declaravit. *Die 27. Januarii 1778.*

4239. ASSISIEN.

In Ecclesia Archipresbyterali Terrae Bictonensis Dioecesis Assisien. religiose colitur quaedam Imago S. Annae Matris B. M. V., cujus Icon non exiguae magnitudinis inhaeret Altari erecto in angulo illius Ecclesiae, ad sacras inibi functiones peragendas nimis incommodo; propterea modernus Archipresbyter dictae Ecclesiae cupiens non modo suae, sed totius populi devotioni obsequi, S. R. C. humillime supplicavit pro facultate erigendi in medio ejusdem Ecclesiae Altare ligneum cum ara lapidea, ibique praefatam Iconem aptare, et Sacrum inibi facere per quoscumque Sacerdotes tam in die Festo ejusdem S.Annae, quam per praecedens novemdiale, aliisque tem-

porum circumstantiis ad auxilium dictae Sanctae publice implorandum, etiam per triduum aliquod celebrandum.

Et S. eadem C., habita prius Rmi Episcopi informatione, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit: *Arbitrio Ordinarii pro diebus, et occasionibus ab eo indicatis dumtaxat, dummodo, perpensis omnibus, absit periculum cujuscumque scandali, aut irreverentiae, alias collocari mandet in Altari majori, sive alio stabili ejusdem Ecclesiae*. *Die* 23. *Maii* 1778.

4240. BONONIEN.

Exortis controversiis super praecedentia in Processione SSmi Corporis Christi, quae fieri solet in Civitate Bononiae infra Octavam ejusdem inter Clerum saecularem dictae Civitatis ex una, et Monachos Cassinenses S. Proculi praedictae Civitatis ex altera partibus, illisque ad S. R. C. delatis, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Archintus Ponens infrascriptum Dubium decidendum proposuit: An, et cui competat praecedentia in casu etc?

Et S. eadem C., habita prius Emi, et Rmi Domini Cardinalis Archiepiscopi informatione, auditoque Cleri saecularis Procuratore, ejusque juribus scripto et voce tantum visis, cum pars non comparuerit, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Praecedentiam competere Clero saeculari*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 23. *Maii* 1778.

4241. ASCULANA.

Exortis inter Parochos saeculares Civitatis Asculi ex una, et Monasterium, seu P. Vicarium S. Angeli Magni Congregationis Olivetanae dictae Civitatis ex altera partibus, controversiis super delatione Caputii in functionibus Ecclesiasticis peragendis, illisque ad S. R. C. delatis, infrascriptum Dubium coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Marefusco Ponente concordatum, decidendum propositum fuit.

An liceat Parocho Ven. Monasterii S. Angeli Magni Congregationis Olivetanae Asculi deferre in sua Paroecia, et in aliis functionibus, super amictu vulgo Cotta, signum nuncupatum Capuccio in casu etc?

S. eadem C., utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem Emi, et Rmi Cardinalis Ponentis, respondendum censuit. *Negative, et amplius*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 12. *Septembris* 1778.

4242. BRIXIEN.

Porrecto S. R. C., nomine Canonici Cantoris Ecclesiae Cathedralis Brixien., supplici libello pro resolutione sequentis Dubii.

An Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae reponendum sit in Festis celebribus, itaut in eo non possit cantari Missa unica solemnis de Requiem cadavere praesente?

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad relationem Emi, et

Rmi D.Card.Calini, rescribendum censuit: *Affirmative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 12. *Septembris* 1778.

4243. NUCERINA PAGANORUM.

Cum in Ecclesia Collegiata S.Joannis Baptistae Terrae Angriae, Dioecesis Nucerinae Paganorum, inducta fuerit consuetudo, qua prima die lunae cujuslibet mensis in suffragium defunctorum confratrum, et sororum Congregationis sub titulo S.Cajetani erectae, celebratur funerale, cui additur expositio SSmi Sacramenti, coram quo ante suppedaneum Altaris erigitur tumulus mortuorum accensis luminibus circumdatus. Durante interim dicta Augustissimi Sacramenti expositione, a Canonicis in Choro Officium defunctorum cantatur, pulsantur campanae ad moestitiam excitandam; absolutis inde Laudibus in Choro, statim in praedicta Cappella, exposito pariter SSmo Sacramento, canitur Missa propria illius diei in paramentis albis, eaque absoluta, Celebrans dat populo solemnem SSmi Sacramenti benedictionem; Joannes Adinolfi memoratae Ecclesiae Canonicus S. R. C. humillime supplicavit, ut dignaretur resolvere: An talis consuetudo sustineri deberet?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, et typis, evulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit: *Assertam consuetudinem, tamquam Rubricis, et Ecclesiae ritibus contrariam, sustineri non debere, mandavitque, ut Episcopus eamdem omnino aboleri curet*. Et ita declaravit. *Die* 27.*Martii* 1779.

4244. ORDINIS MINORUM OBSERV. REFORM. S. FRANCISCI.

Cum Patri Bonifacio a Brixia Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci Reformatorum editori Calendarii dicti sui universi Ordinis nonnulla occurrerint dubia in Calendarii constructione, S. R. C. humillime supplicavit, quatenus ea benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe.

1. An in Officio defunctorum, quod ex consuetudine recitatur in quolibet Conventu alicujus Provinciae ritu duplici, post habitam notitiam de obitu alicujus Religiosi ejusdem Provinciae, dicendi sint Psalmi *Lauda etc.* ad Vesperas, et *De profundis etc.* ad Laudes?

2. An Missa de Requiem, quae cantatur cum primum accipitur nuntium de obitu Religiosi in loco dissito differri possit ad triduum?

3. An dicta Missa cantari possit in Vigilia Epiphaniae, et infra Octavas privilegiatas?

4. An in Festo S. Clarae, quae apud Franciscanos celebratur sub rit. dupl.1.class., cantari possit Missa de Requiem, praesente corpore?

5. An in Monasterio Clarissarum Eugubii, in quo Feria secunda post Festum SSmae Trinitatis quotannis fit Officium solemne pro Monialibus defunctis ejusdem Monasterii cum magno concursu Sacerdotum ad celebrandum pro ipsis; si occurrat illo die Officium ritus dupl. min., vel maj. non festivum, Missae privatae dici possint de Requiem, vel saltem cantari possit una Missa solemnis de Requiem pro eisdem defunctis?

6. An Religiosi Conventus vulgo *la Romita di Cesi*, siti in districtu tem-

porali Cesiorum, qui tamen remanet intra limites Parochiae Terrae Portariae, teneantur ad Officium de Patrono principali Terrae Cesiorum, vel Portariae, vel neutrius, cum ab utraque distent tria Milliaria?

7. An quando habentur tria Officia translata, unum classicum, alterum dup. maj, et tertium dup. min.: quodnam ex iis reponi debeat in die commemorationis omnium defunctorum, vel potius faciendum sit de die octava omnium Sanctorum?

8. Assisii Dominica quarta post Pascha occurrit Dedicatio Ecclesiae Cathedralis apud Regulares dupl. secundae class., et eadem die saepe occurrit Festum S. Petri Regalati, vel S. Paschalis Baylon, aut S. Bernardini Senensis, quae apud Franciscanos celebrantur sub ritu pariter dupl. secundae class., quaeritur: quodnam ex dictis Officiis celebrare debeant Patres S. Francisci?

9. Item quaeritur: quomodo apud eosdem Franciscanos regulandae sint Vesperae, si eadem Dedicatio concurrat in primis, aut secundis Vesperis cum praedictis Sanctis?

10. Eugubii concurrunt secundae Vesperae S. Matthaei Apostoli cum primis Vesperis Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quae a Regularibus celebratur sub ritu dupl. secundae class., quaeritur: An praefatae Vesperae apud eosdem Regulares debeant esse integrae de S. Matthaeo, cum commemoratione Dedicationis, vel integrae de dicta Dedicatione?

11. An Sacerdos cantaturus Martyrologium in vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi indutus Stola, et Pluviali, accedere debeat ad Superiorem gestantem habitum quotidianum, eique naviculam ministrare pro impositione incensi, et genuflexus ab eo benedictionem petere pro annuntianda eadem Nativitate; seu potius idem Sacerdos imponere debeat incensum, et annuntiare praefatam Nativitatem ejusdem Domini Nostri Jesu Christi absque ulla petitione benedictionis facienda Sacerdoti?

12. Aliquando transfertur Patrocinium B. M. V. ad 17. vel 19. Decembris, quo casu concurrit in primis, aut secundis Vesperis cum Officio Expectationis Partus ejusdem B. M. V. quaeritur; quomodo in his casibus disponendae sint Vesperae?

13. In pluribus locis hebdomada quinta Novembris ob multitudinem Officiorum habentium lectiones primi Nocturni proprias, vel de communi, saepe non remanent dies pro recitandis omnibus initiis Prophetarum minorum, quamvis tria initia uno die recitentur. Quaeritur: an in casu omittenda sint initia, quae locum habere non possunt, vel dicenda sint in Officio semiduplici, et duplici majori, vel minori, licet habeant Lectiones primi Nocturni proprias, vel de communi?

14. An Sacerdos pergens ad celebrandum, et Calicem manu sinistra portans, possit ad januam Sacristiae accipere aquam benedictam, eaque se signare?

15. An quando Rubricae mandant, ut dicantur duo Missae conventuales, nempe de Officio post Tertiam, et de Feria post Nonam, Regulares, qui ad Missam de Feria non tenentur, possint eamdem celebrare privatim, et

Ad 18. *Affirmative*.

Ad 19. *Affirmative*.

Ad 20. *Negative in duplicibus primae classis, Dominicis primae classis, Feriis Cinerum, et majoris hebdomadae, vigiliis Pentecostes, et Nativitatis Domini; in reliquis Affirmative. Die 27. Martii* 1779.

4245. ORDINIS CLERIC. REGULAR. MARIANORUM CONCEPTIONIS IMMACULATAE.

Ad instantiam P. Candidi Spourny Procuratoris generalis Ordinis B. M. V. animarum suffragatricis, proposito in Congregatione Sac. Rit. Dubio.

An praefati Religiosi uti valeant Breviario Ordinis Minorum S.Francisci, ratione participationis Privilegiorum eidem Ordini in genere concessorum; an potius teneantur servare ritum Breviarii, et Missalis Romani juxta eorum regulas, et institutum?

S. R. C., ad relationem Emi, et Rmi Dni Cardinalis Boschi Ponentis, respondit: *Communicationem privilegiorum non suffragari ad effectum, de quo agitur, sed teneri uti Breviario, et Missali Romano juxta constitutiones*.

Ulterius, relatis in eadem S. R. C. per eumdem Emum Ponentem humillimis precibus praedicti Patris Procuratoris generalis Ordinis B. M. V. animarum, suffragatricis supplicantis, quatenus universo suo Ordini indultum recitandi singulis feriis V. minime impeditis, Officium de SSmo Altaris Sacramento benigne indulgere dignaretur.

S. eadem C. *praefatum Officium, et Missam juxta petita a Religiosis praed. Ordinis sub ritu semidup. in posterum recitari, ac respective celebrari posse concessit, exceptis tamen temporibus Adventus, Quadragesimae, Vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, atque illis feriis, in quibus secundum rubricas sit reponendum Officium de Festo duplici, aut semiduplici translato, contrariis non obstantibus. Die* 18. *Decembris* 1779.

4246. ORD. MIN. S. FRANCISCI DE OBSER. PROVINCIAE CONCEPTIONIS B. M. V. IN REGNO PORTUGALLIAE.

Ex parte editoris Calendarii Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciae Conceptionis B. M. V. in Regno Portugalliae S. R. C. humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentium Dubiorum, quae sunt.

1. Sancti, qui in fine anni supersunt, vel sunt ritus duplicis, vel semiduplicis, diebus eorum propriis considerandi sunt tamquam simplices ex Decreto 26. Novembris 1735. (3889. *ad* 5.) In Rituali autem P. Cavalieri Tom. 1. cap. 6. decret. 5. (*in ordine* 73.) legitur: hujusmodi Officia tractari debere ad normam Rubricarum de Festis simplicibus, addita tamen commemoratione in secundis Vesperis. Sed cum per Decretum 23. Januarii 1745. (in Lunen Sarzanen. 4017.) facienda sit commemoratio S. Silvestri in die Dedicationis propriae Ecclesiae, dubitatur nunc: An, si Officia hujusmodi Sanctorum vel sint ex se ritus dup., vel semiduplicis, inciderint in

Festis solemnioribus primae classis, fieri de illis debeat commemoratio maxime in Dominica Paschae, et Pentecostes, et duobus sequentibus diebus (ubi etiam cessant octavae) ac in Festo Corporis Christi, et Ascensionis ?

2. Ambigitur, an talium Sanctorum (vel sint ex se ritus duplicis, vel semiduplicis) commemoratio recitanda sit in primis Vesperis, primae, vel secundae classis ?

3. Quaeritur: utrum hujusmodi Sanctorum commemoratio praeponenda, vel postponenda sit commemorationi Dominicae, vel Octavae, seu infra Octavam, si cum illis concurrat ?

4. Fratres provinciae Conceptionis ex Indulto Apostolico possunt celebrare in singulis Sabbatis Festo secundae classis non impeditis Missam de Conceptione B. M. V.; et cum aliquando contingat, ipsa die recitari de Sancto Martyre, quaeritur in casu: quo colore utendum est pro Missis votivis de B. M. V. in illis Ecclesiis, ubi fit de Martyre ritus duplicis ?

5. An, occurrente Octava SSmi Apostolorum cum alio duplici minori, dimidiandae sint Vesperae, vel integrae persolvendae de Octava Apostolorum ?

6. Quando recitatur de S. Confessore, et in Laudibus fieri debet commemoratio de infra octavam alterius Confessoris propriam non habentis; quaeritur: unde desumenda est Antiphona, ex primis Vesperis, an potius ex secundis, cum infra Octavam primas non habeat Vesperas ?

7. An Regulares in Festis principalibus suorum Ordinum, et maxime in Festo Fundatoris, seu Patriarchae possint addere Symbolum in Missa celebranda extra proprias sui Ordinis Ecclesias ?

8. An commemoratio SSmi Sacramenti ob ejus expositionem in duplici primae, et secundae classis debeat uniri cum oratione Missae sub unica conclusione, quando insimul concurrunt aliae commemorationes de praecepto, aut de Feria majore ?

9. An quando defunctus tumulatus fuit vespere ob aliquam causam, possit sequenti mane fieri Officium, et Missa cantari de Requiem, etiamsi recitetur de Festo duplici ?

10. Festum Patrocinii S. Joseph celebratur in Ordine Seraphico Dominica tertia post Pascha sub ritu dup. secundae classis; postea vero pro omnibus Ecclesiis Regni Portugalliae exiit recentior concessio moderniori, et correctiori Officio decorata sub eodem ritu pro Dominica secunda Octobris. Quaeritur: An Provinciae Seraphici Ordinis in Lusitania existentes debeant se conformare cum Clero, et aliis Ordinibus tam in Officio novo, quam in die pro Regno assignata ? Et quatenus negative; dubitatur: An Provincia, quae a primo anno Regni Indultum recepit, possit deinceps sic permanere, et ipsi Regno se conformare ?

11. Ex Decreto 11. Martii 1743.(3994) praeferri debet Festum Patrocinii S. Joseph Festis Apostolorum, et Evangelistarum tam in concurrentia, quam in occurrentia: An Vesperae dimidiandae sint, vel integrae persolvendae de Festis Apostolorum.

12. In Rituali P. Cavalieri tom. 3. cap. 15. decret. 39. legitur; Regulares

pluviali indutos indubie uti debere bireto sacerdotali in funeribus, et Processionibus: Quaeritur: An talis doctrina tuto practicari valeat? Similiter inquiritur: An Regulares memorato bireto uti queant, quando induti procedunt de Sacristia ad Altare? Et quatenus negative: quomodo adimplenda est Rubrica praecipiens Sacerdoti celebraturo incedere cooperto capite, et ex alia parte in aliquibus Ordinibus propter caputiorum formam, amictu cooperiri nequeat absque magna incompositione Sacerdos?

13. In Ordine Seraphico juxta Ordinis Rubricam celebratur Festum translationis S. Didaci sub ritu dup. Feria secunda Rogationum, dummodo talis dies aliquo Festo novem lectionum impedita non sit, quia tunc transfertur translatio, sed cum aliquando ipsa dies impediatur Festo S. Antonini ritus semiduplicis, et non sit locus pro transferenda translatione S. Didaci, dubitatur: quale ex praedictis Festis considerandum sit tamquam simplex: Festum S. Antonini, an translationis S. Didaci?

14. Dedicatio Ecclesiae Cathedralis celebratur a Regularibus in Civitate degentibus sub ritu secundae classis, et aliquando concurrit cum aliqua festivitate nostri Ordinis ejusdem ritus, et Indulgentia plenaria decorata; ac insuper cum Vesperis cantatis celebrata: dubitatur nunc; An Vesperae sint dimidiandae, vel cuinam eorum integrae sint tribuendae?

15. An inter Regulares tam Celebrans, quam Assistentes in celebrandis matutinis solemnibus possint uti pluviali a principio Officii?

16 An in Oratione, et Versiculis B. Francisci, possit addi a Franciscanis = Beati Patris nostri?

17. An in adoratione Crucis Feria sexta in Parasceve debeant Praelati regulares Pontificalibus non utentes praecedere suo subdito celebranti, vel Celebrans primo loco adorationem peragere?

18. An Thuriferario, et Acolythis minoribus permittenda sit sedes in Missa solemni, quando Celebrans sedet cum Diaconis? Et quatenus affirmative; An tolerari possit illos sedere in gradibus Presbyterii, versis renibus ad Altare?

19. An in Dominicis Quadragesimalibus, et Paschalibus debeat recitari Praelatio de tempore respectivo, vel Praefatio Trinitatis?

20. An Diaconi, quando Celebrans facit reverentiam Cruci in Sacristia debeant genuflectere, sicuti in Altari genuflectunt, quando Celebrans Crucem salutat transeundo ante illam, et in accessu, et recessu?

21. An in Missa conventuali absque Diaconis cantata, adsistentibus tantum Thuriferario, et Ceroferariis, et praesente Clero, seu Communitate, adhiberi possit thus tam in principio Missae, quam in Evangelio, et Offertorio?

22. An in Missa solemni, quando Chorus existit in loco superiori, et ab Altari remoto, debeat incensari a Thuriferario postquam Diaconus Subdiaconum thurificavit?

23 An in impositione thuris debeant proferri verba; *ab illo benedicaris*, quando imponitur incensum in thuribulo, ut videtur insinuari in Rubrica generali, vel dum efformatur signum Crucis, ut exequitur in Rubri-

N 2

ca particulari, in qua Crucis effigies invenitur inserta in verbo Bene✠dicaris, ubi etiam similiter fit in omnibus aliis benedictionibus, ubi Crux manu describitur illo in verbo, ubi Crucis schema extat depictum?

24. An Pulpitum, ubi sermo recitatur in functione lotionis pedum in Feria quinta majori, debeat esse ornatum, vel denudatum?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem Emi, et Rmi Dñi Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. 2., et 3. *Commemoratio Sanctorum novem Lectionum, qui in fine anni supersunt, nec sunt transferendi ad annum sequentem, ut alias decretum; aut sint ritus semiduplicis, aut duplicis etiam majoris, diebus eorum propriis (etiamsi occurrant in Festis primae, et secundae classis) facienda est ad instar diei Octavae, et Dominicae tam in occurrentia, quam in concurrentia, habita ratione ad ritum, quo descripti sunt in propriis Calendariis; exceptis tantum ultimo triduo majoris hebdomadae, Festis Paschae, et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, in quibus nulla SSrum̃ commemoratio omnino tolerari debet. Quoad ordinem vero, si die eorum propria aliae commemorationes occurrant, servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur Officium, aut Vesperae integrae, aut Capitulum, aut dimidiae.*

Ad 4. *Adhiberi debet color albus.*

Ad 5. *Scribat alter ex DD. Magistris caeremoniarum.*

Ad 6. *Negative quoad primam partem, et Affirmative quoad secundam, scilicet pro Laudibus sumendam esse Antiphonam de secundis Vesperis et pro secundis Vesperis de Laudibus: in utroque tamen casu cum ℣. de primis Vesperis.*

Ad 7. *Affirmative.*

Ad 8. *Uniendam esse in fine aliarum Commemorationum de praecepto.*

Ad 9. *Affirmative, exceptis tamen diebus, in quibus Missae cantatae de Requiem prohibentur, absente cadavere.*

Ad 10. *Affirmative in omnibus.*

Ad 11. *Vesperae integrae debentur Apostolis, et Evangelistis.*

Ad 12. *Servetur solitum.*

Ad 13. *Officium fieri debere de S. Antonino, omissa translatione S. Didaci, de qua tamen facienda est commemoratio, quando sit ex officiis mobilibus de praecepto.*

Ad 14. *Vesperae integrae persolvendae sunt de Dedicatione Ecclesiae Cathedralis, cum commemoratione Sancti Ordinis regularis.*

Ad 15. et 16. *Negative.*

Ad 17. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.*

Ad 18. *In Missa solemni quando Celebrans, et Ministri sacri sedent, possunt etiam in gradibus Presbyterii sedere Acolythi, et etiam Thuriferarius, quando non gerit vicem Caeremoniarii.*

Ad 19. *In Dominicis Quadragesimalibus, et Paschalibus debet recitari Praefatio de tempore, non vero de SSma Trinitate.*

Ad 20. *Non teneri ad genuflectendum.*

Ad 21. *Negative.*

Ad 22. *Si Chorus existat intra ambitum, et aream Ecclesiae, Affirmative: Si autem in loco, ad quem accedere nequeant, nisi exeundo ab Ecclesia, Negative.*

Ad 23. *Serventur Rubricae generales Missalis Romani cap. 4. de Introitu n. 4, et Caeremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 23. §. 1. et 2.*

Ad 24. *Affirmative quoad primam partem; Negative quoad secundam.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 18. *Decembris* 1779.

4247. ORDINIS S. BENEDICTI CONGREGATIONIS VALLISOLETANAE IN HISPANIIS.

Porrecto S.R.C., nomine hodierni P. Generalis Ordinis S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae in Hispaniis, supplici libello pro resolutione sequentis Dubii.

An Ecclesiarum praefatae Congregationis certo non consecratarum, vel de quarum Consecratione dubitatur, Officium Dedicationis earum ab immemorabili recitari, et celebrari consuetum, continuari possit? Et quatenus negative: supplicatur pro gratia, ne fiat notabilis alteratio in celebratione Divinorum Officiorum.

Sac. eadem Congregatio, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit: *Quoad Ecclesias certo non consecratas Negative, et ad mentem.* Mens autem est, *ut quatenus constet de Consecratione Ecclesiae Monasterii primarii Congregationis Vallisoletanae, Officium de illius Dedicatione recitari possit in aliis Ecclesiis ejusdem Congregationis, quae non habent, seu habere nequeunt diem assignatam pro Officio propriae Dedicationis. Quoad Ecclesias vero, de quarum Consecratione dubitatur, stante asserta immemorabili consuetudine, nihil innovandum.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 22. *Aprilis* 1780.

4248. ORDINIS S. PAULI PRIMI EREMITAE CONGREGATIONIS MONTIS OSSAE IN LUSITANIA.

Proposita fuerunt in S. R. C. ad instantiam P. Rectoris generalis supradictae Congregationis infrascripta Dubia, scilicet.

1. An licite continuari possit recitatio Officii, et celebratio Missae Dedicatiois Ecclesiarum praedictae Congregationis Montis Ossae in prima die Septembris per Capitulum generale assignata? Et quatenus negative

2. An locus sit novae concessioni ejusdem Officii, et Missae pro dicta die prima Septembris?

Et Sac. eadem Congregatio sub infrascripta die habita, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi Ponente, re mature perpensa, respondit.

Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Quatenus constet de Consecratione, saltem Ecclesiae Monasterii primarii totius Congregationis: Pro gratia. Die 22. Aprilis* 1780.

4249. SANCTI SEVERINI.

Exortis inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Sancti Severini ex una, et Sacerdotes saeculares dictae Civitatis ex altera partibus, controversiis super praecedentia in Processionibus, quae fieri solent in dicta Civitate, illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Corsino Episcopo Sabinensi Ponente concordata, proposita fuerunt, nempe.

1. An in publicis Processionibus competat praecedentia Sacerdotibus saecularibus, seu potius cantoribus in casu etc.? Et quatenus affirmative ad primam partem.

2. An, et in quo loco incedere debeant cantores in publicis Processionibus in casu etc.?

3. An sit locus purgationi attentatorum, ita ut sit circumscriptum Edictum anni 1779. in casu etc.?

Et S. C., utraque parte scripto, et voce prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*.

Ad 2. *In loco ab Episcopo designando*.

Ad 3. *Negative in omnibus*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 22. *Aprilis* 1780.

4250. FIRMANA.

Porrectis per Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini, Civitatis Firmanae, humillimis precibus pro declaratione sequentis Dubii.

An consuetudo exponendi Feria IV. in Parasceve Sacratissimam Spinam Domini Nostri Jesu Christi ante Missam Praesanctificatorum, et consummationem SSmi Sacramenti, sit retinenda; seu potius eadem Sacra Reliquia sit proponenda venerationi Fidelium, post peractam dictam Missam, et consummatum SSmum Sacramentum in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, habita prius Rmi Archiepiscopi informatione, auditoque prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Marefuschi Ponentis, et Praefecti, rescribendum censuit.

Negative ad primam partem, *Affirmative ad secundam*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 29. *Julii* 1780.

4151. MECHLINIEN.

Cum Emo, et Rmo Domino Cardinali Archiepiscopo Mechliniensi nonnulla occurrerint Dubia circa sacros ritus, servandos in Consecrationibus Ecclesiarum, enixe Sac. Rit. Congregationi supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe.

1. An jejunium in Pontificali Romano praescriptum iis, a quibus

consecratur Ecclesia, sitne strictae obligationis, seu potius tantum de consilio?

2. An sit locale tantum, an personale; seu potius locale, et personale simul?

3. An, si Ecclesia consecretur die feriali, sitne Festum observandum in populo tali die cum obligatione in hujusmodi loco abstinendi ab operibus servilibus, et audiendi Sacrum?

4. An in loco consecrandae Ecclesiae Officium de communi Dedicationis Ecclesiae sit celebrandum a primis Vesperis die praecedenti recitandis inclusive, seu potius dumtaxat inchoandum, finita Consecratione, scilicet in Vesperis subsequentibus?

5. An eo casu de Feria, vel de Festo occurrentis Vesperae, Matutinum, ac aliae horae praecedentes Consecrationem Ecclesiae recitandae sint?

6. Si Officium a primis Vesperis die praecedente Consecrationem celebrandum sit de communi Dedicationis Ecclesiae; quaeritur: An Pastor, aut alius Sacerdos ruri, deficientibus aliis Ecclesiis, in ipsa Ecclesia consecranda summo mane Celebrans pro populi commoditate die Consecrationis peragendae Missam de Consecratione Ecclesiae celebrare valeat, et teneatur?

7. Si nec valeat, nec teneatur; quaeritur: An Missam de Festo alias occurrente, aut de Dominica, et quo ritu celebrare debeat?

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque evulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Archinto Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Jejunium in Pontificali Romano praescriptum esse strictae obligationis pro Episcopo consecrante, et pro iis tantum, qui petunt sibi Ecclesiam consecrari; idemque jejunium indicendum esse die praecedente Consecrationi ad formam Rubricae Pontificalis.*

Ad 2. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.*

Ad 3. *Negative.*

Ad 4. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.*

Ad 5. *Vesperas, Matutinum, Laudes, et Horas Consecrationem praecedentes, recitandas esse vel de Feria, vel de Sancto, prout descriptum fuerit in Ordinario.*

Ad 6. *Negative, juxta modum.* Et modus est, *ut ubi nulla alia sit Ecclesia, vel Cappella, Parochus, aut Sacerdos celebret post peractam Consecrationem; sin minus ea die se abstineat a Missae celebratione, et populus audiat Sacrum ab Episcopo decantandum.*

Ad 7. *Missam non esse celebrandam de Dedicatione Ecclesiae, sed de Feria, vel de Sancto, prout descriptum fuerit in Calendario.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 19. Julii 1780.*

4252. ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM CONGREGATIONIS HISPANIAE.

Propositis S.R.C. per P. Antonium a S. Joseph Procuratorem generalem Ordinis Carmelitarum excalceatorum Congregationis Hispaniae sequentibus Dubiis, nempe.

1. An in die S. Marci, ac in tribus Feriis Rogationum teneantur Regulares cantare Missam conventualem de Rogationibus, seu potius de Festo currente cum commemoratione Rogationum, cum Regulares non teneantur ad duas Missas eadem die? Et quatenus affirmative ad primam partem, et negative ad secundam.

2. An, et quae Orationes dici debeant in Missa Rogationum?

3. An Rubrica posita in Missa S. Joannis Apostoli, assignans Praefationem de Nativitate, accipienda sit generaliter, itaut talis Praefatio debeat dici in omnibus Missis festivis occurrentibus infra Octavam Nativitatis, etiam habentibus Praefationem propriam; seu potius dicta Rubrica sit exceptio Rubricae generalis, itaut in sola Missa S. Joannis Apostoli debeat dici Praefatio Nativitatis, non vero in alis Missis sive festivis sive votivis propriam Praefationem habentibus?

4. De Vigilia, qua occurrit in Adventu nihil fit in Officio; quaeritur: Utrum in Missa, in qua de Vigilia fit commemoratio, legendum sit ejus Evangelium in fine?

5. Utrum; quando non prohibentur Missae defunctorum, possit celebrari Missa de Requiem pro defunctis vage sumptis, idest pro quibus communitas debet applicare aliquam, vel aliquas Missas, quin Celebrans sciat determinate, sitne pro Sacerdote, pro laico, pro viro, pro foemina etc.? Et quatenus affirmative.

6. Quaeritur; quae prima Oratio erit dicenda in tali Missa?

7. Utrum sub prohibitione celebrandi Missas privatas post solemnem decantatam, et administrandi Fidelibus sacram Eucharistiam in nocte Nativitatis, comprehendantur Carmelitae utriusque sexus, maxime cum apud illos cantetur Missa solemnis non in media nocte (hoc enim tempore incipit Matutinum) sed circiter horam tertiam? Et quatenus affirmative.

8. An consuetudo contraria immemorabilis valeat sustentari saltem quoad Moniales, Religiosos choristas, et laicos?

9. Cum inter Patres Carmelitas discalceatos Hispaniae antiqua vigeat consuetudo se in Choro prosternendi super terram in Missa conventuali post elevationem Calicis, et cantato *Benedictus*, *qui venit etc.* usque ad Orationem Dominicam exclusive, queritur: utrum haec consuetudo contrarietur Rubricae XVII. Missalis num. 5.? Et quatenus affirmative.

10. An nihilominus retineri possit in posterum? Et quatenus negative.

11. Quaeritur: Quem statum servare debent? standi, vel genuflectendi? Et quem ab *Agnus Dei* usque ad sumptionem?

12. S. R. C. 28. Januarii 1668. concessit Ordini Carmelitarum facultatem recitandi Officium votivum, sine ulla temporis exceptione semel in heb-

domada die non impedita Festo novem lectionum, et non obstante posteriori Decreto 20. Martii 1706. posito in initio Breviarii Romani (in hac collectione sub num. 3592. *ad* 1.) prohibente hujusmodi Officia votiva in Quadragesima; nihilominus Patres Carmelitae discalceati recta quidem fide perseveraverunt huc husque recitando hujusmodi Officium votivum etiam in Quadragesima. Quaeritur modo; utrum praedicti Patres continuare queant in Quadragesima talem recitationem? Et quatenus negative.

13. Supplicant P. Generalis, ejusque Definitorium generale pro gratia, ut ad praefatum tempus extendatur concessio, attenta devotione, quam praelaudatus Ordo habet erga SSñum Sacramentum, ob quam olim eadem S. R. C. illi concessit Octavam privilegiatam pro solemnitate Corporis Christi, et ulterius, nisi hujusmodi Officium recitetur in Quadragesima, non datur locus in toto anno, in quo possit recitari.

14. Eadem S. R. C. 18. Septembris 1666. concessit praefato Ordini, ut quater in anno posset recitare ritu duplici Officium votivum SSñi Nominis B. M. V. die non impedita Festo novem lectionum; vi hujus concessionis praelaudatus Ordo hactenus illud recitavit, etiam tempore Quadragesimae, fortasse quia, utpote concessum quater in anno, videtur non comprehendi in Decreto prohibitivo 20. Martii 1706., quod tantum loquitur de Officiis votivis semel, vel pluries in singulis hebdomadis, seu mensibus. Quaeritur ergo: Utrum hujusmodi praxis possit continuari? Et quatenus negative.

15. Supplicatur pro gratia, ut supradictum Officium votivum extendatur etiam ad tempus quadragesimale pro die non impedita Festo novem lectionum, cum in toto anno non remaneant dies vacui, in quibus recitetur, nisi in tempore Quadragesimae?

16. Eadem S. C. 9. Julii 1668. concessit praefato Ordini, ut semel in mense, die non impedita Festo novem lectionum, celebretur Officium votivum S. Theresiae Virginis ejusdem Ordinis Fundatricis, supplicatur pro modo extensionis ad tempus Quadragesimae.

17. Ob impedimentum perpetuum Quadragesimae Festum principale S. Joseph Protectoris Congregationis Hispaniae Carmelitarum discalceatorum celebratur sine octava; et ideo provisum est a S. R. C., ut Octava adjudicaretur secundario ejus Festo Patrocinii; sed cum hoc Festum, licet ritum secundae classis non excedat, pompa tamen extrinseca, maximaque interna animi commotione Religiosorum celebretur, immo et pluries in statutis Provinciis concursus Populi conveniat; quaeritur: Num in occursu, et concursu cum Festis Apostolorum, et Evangelistarum praeferentiam obtineat? Et quatenus negative.

18. Supplicatur pro gratia, ut praeferatur Festum Patrocinii Festis Apostolorum, et Evangelistarum, attenta solemnitate maxima, quam sortitur inter Carmelitas discalceatos, et maxime, attenta dignitate personae S. Joseph supra Apostolos.

19. Officium S. Laurentii Martyris celebratur cum cantu a Patribus Carmelitis excalceatis ex praescripto constitutionum, hebdomadario cum

Pluviali ad Vesperas, acolythis, et Thuriferario, etiam respective paratis, et ejus Missa cantatur cum Ceroferariis, et incenso; Festum vero Sanctorum Justi, et Pastoris, licet ejusdem ritus apud Hispanos, nihil solemnitatis sortitur apud Patres Carmelitas. Quaeritur ergo: Utrum in concursu dictorum Festorum debeantur integrae Vesperae S. Laurentio Martyri ex Rubrica XI. Breviarii Romani num. 2.?

20. Utrum dignitas, qua gaudent Festa Apostolorum, et Angelorum extenditur ad horum diem octavum, quando cum Octava celebrantur, ita ut, concurrente die octavo in primis, vel secundis Vesperis cum Festo dupl. min. inferioris dignitatis, integras sortiatur Vesperas dies octavus cum sola commemoratione praecedentis, vel subsequentis?

21. Bm̃a Virgo Maria est Patrona principalis totius Ordinis Carmelitarum. Quaeritur ergo: Utrum Patres Carmelitae discalceati, quando recitatur Officium de Feria simul cum Officio parvo B.M.V., possint, et debeant inter suffragia Sanctorum facere commemorationem de eadem non solum in Conventibus, quorum Ecclesiae sint eidem Virgini dicatae quocumque titulo, sed etiam in omnibus Conventibus Ordinis ratione praedicti specialissimi Patronatus?

22. Utrum inter suffragia Sanctorum fieri debeat a Regularibus commemoratio Titularis suae Ecclesiae, non obstante, quod etiam fiat de Patrono principali Religionis?

23. Utrum in Hispania teneantur Regulares facere commemorationem S. Jacobi Apostoli Patroni principalioris Regni, quando in Officio Divino dicuntur suffragia Sanctorum, et apud Regulares fit commemoratio Patroni principalis Religionis?

24. Utrum in pronunciatione Lectionis Martyrologii Romani Elogium S. Cypriani; Oppidi Fontis Tiberii principalis Patroni, sit separandum ab Elogio S. Cornelii ex eo, quod Officium unius separatur ab alio?

25. An S. Cyprianus nominandus sit in primo loco?

Sacra eadem Congreg., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque evulgato, ad relationem Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis Corsini Ponentis, rescribendum esse censuit.

Ad 1. *In duplicibus primae, et secundae classis canendas esse duas Missas; in reliquis dilata.*

Ad 2. *Dicendas esse Orationes a Rubrica praescriptas, scilicet primam de Rogationibus, secundam* Concede *de B. M. V., tertiam pro Papa, vel Ecclesia.*

Ad 3. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 4. *Affirmative, exceptis Feriis quatuor Temporum.*

Ad 5. *Affirmative.*

Ad 6. *Dicendam esse primam Orationem* : Deus: qui inter Apostolicos etc., *ut habetur in eodem Missali.*

Ad 7. *Affirmative.*

Ad 8. *Negative.*

Ad 9. et 10. *Servari posse.*

Ad 11. *Dilata*.

Ad 12. *Negative*.

Ad 13. *Negative*.

Ad 14. 15., et 16. *Negative, et servetur Decretum anni* 1706. (3592.).

Ad 17. *Negative, cum agatur de Festo secundario*.

Ad 18. *Negative*.

Ad 19. *Integras Vesperas de digniori cum commemoratione de sequenti*.

Ad 20. *Negative*.

Ad 21. *Affirmative in omnibus*.

Ad 22. et 23. *Affirmative*.

Ad 24. et 25. *Ad me Ponentem cum D. Promotore Fidei*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 16. *Februarii* 1781.

4253. FLORENTINA.

Cum Serenissimus Etruriae Magnus Dux, et Austriae Archidux pro eximia animi sui erga Sanctam Sedem Apostolicam religione, et observantia cum in rebus omnibus, tum maxime in sacris ritibus, SSmo Domino Nostro Pio PP. VI. humillime supplicaverit, ut in cunctis suis Dominiis celebrari possit una solemnis Missa de Requiem diebus etiam festivis de praecepto, et duplicibus secundae class. una cum absolutionibus, et precibus, quae in die obitus fieri, et recitari solent, etiamsi cadaver in Ecclesia praesens non sit.

Eadem Sanctitas Sua, ad relationem Emi Archinto S. R. C. Praefecti, audito prius consilio Congregationis particularis ab Ea deputatae: *Petitam facultatem in casu, de quo agitur benigne concessit, etsi cadaver tumulatum non fuerit, sed ea, qua decet, religione, servetur in loco decenti proximiori Ecclesiae, apposito tamen in Ecclesia, lodicis, seu nigri panni signo ab eo diverso, quod in Anniversario adhibetur, ut Fideles intelligant, Missam hisce diebus offerri in expiationem animae illius defuncti, cujus corpus traditum terrae adhuc non fuit, et Ecclesiae precibus etiam proprias adjungant. Quibuscumque in contrarium minime obstantibus*. *Die* 25. *Aprilis* 1781.

4254. ASCULANA.

Exortis inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae Terrae Ophidae, Dioecesis Asculanae ex una, et Magistratum dictae Terrae, et litis, partibus ex altera, controversiis super juribus, et praeeminentiis pro sacris functionibus in supradicta Collegiata Ecclesia peragendis, illisque ad S. R. C. delatis, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Vicecomite Ponente concordata, proposita fuerunt.

1. An, et in quibus functionibus Ecclesiasticis Collegiatae Ecclesiae Terrae Ophidae intervenire debeat Magistratus ejusdem Terrae in casu etc.?

2. An pro functionibus, in quibus intervenire debet Magistratus, prae-

dictus, fieri debeat eidem intimatio diei, et horae, in qua functiones incipiunt, seu potius servanda sit tabella horaria Capituli in casu etc.?

3. An, et a quo ex Capitulo, seu Presbyteris addictis servitio Ecclesiae Collegiatae praestanda sit aqua benedicta Magistratui ingredienti Ecclesiam in casu etc.?

4. An, et a quo sit comitandus idem Magistratus interveniens supradictis functionibus, dum ab Ecclesia discedit in casu etc.?

5. An Magistratui accedenti ad Ecclesiam interveniendi causa sacris functionibus assignari debeat Sacrarium, seu aliud cubiculum eidem adnexum, in quo persistat usquedum sacrae functiones incipiunt in casu etc.?

6. An sit servanda consuetudo faciendi in Festo Purificationis B̃mae Virginis, praeter distributionem Candelarum in Altari, etiam alteram mulieribus, et populo in janua Ecclesiae, ante discessum Magistratus ab Ecclesia, seu potius sit facienda post discessum ejusdem Magistratus in casu etc.?

7. An eidem Magistratui intervenienti publicis Concionibus, praeter solitam generalem reverentiam ante initium Concionis, fieri debeat a sacris Concionatoribus specialis reverentia post incoeptum exordium Concionis in casu etc.?

Et Sac. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Em̃i Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Servetur solitum*.

Ad 2. *Affirmative ad primam partem*.

Ad 3. 4., et 5. *Negative*.

Ad 6. *Faciendam esse post discessum Magistratus*.

Ad 7. *Faciendam esse unicam reverentiam ante initium Concionis, primam Capitulo, alteram Magistratui, et amplius in omnibus*. Et ita Em̃i Patres censuerunt, declararunt, et servari mandarunt. *Die* 23. *Julii* 1781.

4255. ARETINA.

Porrecto S. R. C., nomine Archipresbyteri Ecclesiae Collegiatae loci Trajani, Dioecesis Aretinae supplici libello pro resolutione sequentium Dubiorum.

1. An in nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi liceat cuicumque Sacerdoti ante auroram celebrare Missam privatam, absque indulto Sedis Apostolicae in casu etc.? Et quatenus negative.

2. An contraria praxis ubi introduci vellet, vel jam esset introducta, declaranda sit abusus, et directe opposita legibus Ecclesiae, ita ut per Episcopum sit abscindenda?

Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque evulgato, ad relationem Em̃i, et R̃mi Domini Cardinalis Vicecomitis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Non licere*.

Ad 2. *Contrariam consuetudinem declarandam esse abusum, et Episcopus curet abscindi*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 18. *Septembris* 1781.

4256. ASCULANA.

Jurium honorificorum inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae Terrae Ophidae, Dioecesis Asculanae ex una, et Magistratum dictae Terrae ex altera partibus, Ponente Emo Vicecomite = *Specialem reverentiam Capitulo tributam in resolutione capta die* 23. *Junii* 1781. *intelligendam esse, ubi singuli Canonici intersint in habitu talari*. *Die* 19. *Februarii* 1782. (vide supra num. 4154.)

4257. ARETINA.

Proposito per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Corsini Episcopum Sabinen. Ponentem in Congregatione Sac. Rit., ad instantiam Rmi Episcopi Aretini, infrascripto Dubio: An consuetudo immemorabilis celebrandi Missas, occasione solemnium Processionum, ritu superius exposito, substinenda sit, vel rejicienda?

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typis evulgato, rescribendum censuit: *Negative juxta votum*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 19. *Februarii* 1782. (Ad hujus Decreti intelligentiam prae oculis habendus est casus ab Aretino Episcopo expositus, qui est, ut sequitur.

Accedit Sacerdos celebraturus ad Altare, dum Processio regreditur ad Ecclesiam, procedit usque ad Offertorium Sacerdos, ut in Missa privata; sistit vero usque adeo omnes de Choro ad proprium stallum pervenerint; tunc accedunt ad Altare Diaconus, et Subdiaconus, ut in Missa solemni; incensantur Oblata, et Clerus more solito: dein canitur Praefatio: post Consecrationem, et Elevationem Calicis Diaconus, et Subdiaconus, omnesque de Clero recedunt, et Celebrans, ut in Missa privata, prosequitur. Ex qua improbanda consuetudine oriebatur Dubium Sac. Congregationi discutiendum, judicandumque propositum. An consuetudo etc.? Quoniam vero S. C. simpliciter respondit. *Negative juxta votum*. Idem est, ac si rescripsisset: *Negative in omnibus, consuetudinem non sustineri, et Episcopus curet quam primum eam abscindi*; (quemadmodum caeremoniarum Magister insinuabat).

4258. CIVITATIS CASTELLANAE PRAEEMINENTIARUM.

Inter Capitulum insignis Collegiatae Ecclesiae Matricis S. Andreae Terrae Vallerani, et Rndum Dnum Victorem Parchiaroni Curatum Ven. Ecclesiae S. Victoris, et Rndum Dnum Hieronymum Janni Sacristam alterius Ven. Ecclesiae B. M. V. de Ruscello dictae Terrae Vallerani super Dubiis.

1. An sit locus observationi concordiae anni 1754. initae inter Archipresbyterum S. Andreae, et Curatum S. Victoris super Processione Corporis Christi, seu potius Capitulo insignis Collegiatae, et Parochialis Ecclesiae competat privative jus faciendi dictam Processionem tam in dicto die festo, quam in ejus Octava? Et quatenus affirmative ad secundam partem.

2. An dicto Capitulo competat jus faciendi expositionem SSmi Sacramenti cum interessentia Confraternitatis hujus Nominis, et subministratione cerae ab ea facienda quolibet die infra Octavam supradicti Festi Corporis Christi?

3. An sit locus observationi alterius concordiae anno 1731. initae inter easdem partes super alternativa celebratione Ecclesiasticarum functionum intra annum?

4. An Capitulo insignis Collegiatae, et Parochialis S. Andreae competat privative jus faciendi Processionem SSmi Sacramenti tertia Dominica cujuslibet Mensis? Et quatenus affirmative.

5. An Confraternitas SSmi Sacramenti teneatur interesse dictae Processioni cum baldachino, et intortitiis pro Clero?

6. An exercitium bonae mortis, fieri solitum Dominicis diebus ex Instituto Confraternitatis Agonizantium erectae in dicta Collegiata Ecclesia S. Andreae, ibidem privative peragi debeat?

7. An Curatus, et Coadjutor S. Victoris debeant abstinere a celebratione, seu cantu choralium Officiorum, et Missae Conventualis? Et quatenus negative.

8. An dicto Curato, et Coadiutori sint assignandae horae distinctae ab horario dictae Ecclesiae Collegiatae?

9. An totus Clerus Terrae Vallerani, et signanter supradictus Curatus, et Coadiutor S. Victoris, et Cappellani Ecclesiae B.M.V. de Ruscello, cogendi sint ad interessendum omnibus Processionibus publicis, quae privative fiunt ab Archipresbytero, et Capitulo Ecclesiae Collegiatae?

10. An post Archipresbyterum spectent privative ad Praepositum, iisque absentibus, vel impeditis, ad Canonicos dictae Collegiatae, omnia jura praeeminentialia tum in Processionibus, tum in aliis publicis functionibus, quae privative fiunt a dicto Archipresbytero, et Capitulo?

11. An in Processionibus, quibus interveniunt Capitulum Collegiatae, Curatus, et Coadiutor S. Victoris, nec non Sacrista, et Cappellani B.M.V. de Ruscello, debeant omnes incedere, et in quo loco, sub Cruce Capituli?

12. An, et qui locus sit assignandus in aliis functionibus praedicto Curato, Sacristae, et Cappellanis?

13. An immediate post Processiones, quae ducuntur ad Ecclesiam S. Victoris tam in die festo S. Antonii Patavini, quam die 5. Septembris, celebranda sit, et a quo, Missa solemnis?

14. An diebus festis Sanctorum, et votivis celebrari solitis in Ecclesia S. Victoris, quibus intervenit Archipresbyter, et Capitulum S. Andreae ad celebrandum Divina Officia choralia, et Missam solemnem, liceat Curato dictae Ecclesiae S. Victoris aliam Missam solemnem, et alia Officia choralia vel ante, vel post interventum praedicti Capituli celebrare?

15. An, invitato Capitulo ad associationem cadaveris alterius Paroeciae S. Victoris, debeat illius Curatus incedere, quo loco, et cum stola sub Cruce Capituli?

16. An electa a Parochiano S. Victoris sepultura in Ecclesia Collegia-

ta, et recusante illius Curato levare, atque associare cadaver, liceat Capitulo levare, et deferre illud ad propriam Ecclesiam?

17. An, electa a Parochiano S. Andreae sepultura in Ecclesia S. Victoris, liceat Capitulo ingredi dictam Ecclesiam cum Stola, et Cruce elevata, et aliquas functiones facere circa cadaver?

18. An liceat idem Archipresbytero, et eo absente, Praeposito, et Capitulo in associatione funerum ad alias quascumque Ecclesias, etiam extra districtum Paroeciae S. Andreae?

19. An Dignitatibus, vel iis impeditis, Canonicis Missas, et Vesperas solemniter ubicumque extra propriam Ecclesiam celebrantibus, competat jus habendi assistentes in officio Diaconi, et Subdiaconi de gremio Capituli?

20. An Curato S. Victoris Terrae Vallerani liceat ducere Processiones particulares ejusdem Ecclesiae, extra portam dictae Ecclesiae?

21. An Archipresbytero S. Andreae Terrae Vallerani liceat ducere Processiones particulares ejusdem Ecclesiae, extra ambitum suae Parochiae?

22. An Concio quadragesimalis, et tempore Adventus tam diebus feriatis, quam festivis privative fieri debeat in dicta Ecclesia Collegiata?

23. An constet de attentatis, et quomodo, et a quo sint purganda?

A Sacra Congregatione responsum fuit, ut sequitur. Ad 1. *Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam quoad diem Festum tantum.*

Ad 2. *Affirmative quoad expositionem SSmi Sacramenti, non tamen privative, et quoad Confraternitatem, utatur jure suo coram judice competenti.*

Ad 3. *Negative, et Ecclesiam S. Victoris reintegrandam esse ad primaeva jura.*

Ad 4. *Negative, et ad mentem.*

Ad 5. *Utantur jure suo coram Judice competenti.*

Ad 6. 7., et 8. *Negative.*

Ad 9. *Affirmative quoad Processiones publicas, et generales tantum.*

Ad 10. *Affirmative quoad functiones spectantes ad Archipresbyterum, tamquam primam Dignitatem.*

Ad 11. *Affirmative in omnibus ante Capitulum, et Clerum sub ipsius Cruce.*

Ad 12. *Provisum in antecedenti.*

Ad 13. *Celebrandam esse per digniorem de Capitulo.*

Ad 14. *Negative.*

Ad 15. *Dilata, et ad Emum Ponentem, juxta mentem.*

Ad 16. *Perquisito, expectato per congruum tempus, et renuente Parocho: Affirmative.*

Ad 17., et 18. *Dilata, et ad Emum Ponentem, juxta mentem.*

Ad 19. *Affirmative, quando totum Capitulum convenire debet.*

Ad 20. *Affirmative, dummodo sit intra ambitum Paroeciae et interveniat licentia Ordinarii.*

Ad 21. *Negative.*

Ad 22. *Ad Emum Ponentem, juxta mentem.*

Ad 23. *Nihil de attentatis; et in omnibus Dubiis amplius.*

Spiegazione della mente della Sacra Congregatione.

Ad Dubium 4. *La mente è, che la Processione da farsi la terza Domenica di ciascun mese, non sia privativa della Chiesa di S. Vittore, ma che l'Ordinario concordi il giorno, in cui si debba fare dall'una, e dall'altra Chiesa.* Ad Dubia 15. 17., et 18. = *La mente è, che scriva un Maestro di ceremonie, da destinarsi dall' Eñio Ponente.* Ad Dubium 22. *La mente è, che l' Ordinario osservate ambedue le Chiese, ed avuto riflesso alle ragioni, che possono competere all'una, ed all'altra, destini il luogo, o i luoghi, dove si debba fare la Predica nella Quaresima, e nell' Avvento.* Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 10. *Septembris* 1782.

4259. GNESNEN.

Rñus Archiepiscopus Gnesnensis Poloniae Primas, ad praecidendas controversias, quae exortae fuerant inter Canonicos suae Ecclesiae Metropolitanae, et Primatialis Episcopali charactere insignitos, et eos, qui Episcopali Dignitate carent, super praecedentia tam in Choro, quam in aliis Ecclesiasticis functionibus, mandavit rem proponi in Capitulo, eaque per dictum Capitulum generale remissa ad ejusdem Rñi Archiepiscopi reditum in Patriam; etsi certo ipsi non innotuerit; an Capitulum praedictum totum arbitrium ipsi conferre voluerit, vel non; cum tamen dilatio ulterior jurgia, et controversias magis excitasset, infrascripta Decreta in posterum observanda pro bono, et quiete Ecclesiae suae, et dignitate Episcopali, edidit, videlicet.

Universis, et singulis, quorum interest, intererit, aut quomodolibet interesse in futurum poterit, significamus, et ad notitiam indubitatam deducimus, relatum nobis fuisse, et esse, qualiter in Capitulo generali Illñorum, Perillustrium Rñorum Praelatorum, et Canonicorum almae Ecclesiae nostrae Metropolitanae Gnesnensis, pro Festo translationis S. Adalberti Episcopi, et Martyris die martis 29. mensis Octobris, anno elapso celebrato, propositum fuerit de, et super stallo, et loco in Choro dictae Ecclesiae Nostrae Metropolitanae Episcopis titularibus Praelaturas, et Canonicatus in eadem Ecclesia possidentibus assignando, idemque negotium ad nos uti, et tamquam loci Ordinarium Gnesnensem, sit remissum, mediante Decreto ejusdem Capituli generalis die, ut supra, lato, tenoris sequentis.

Illationem hanc Illñi, et Rñi Domini Gasperis Izaiowski Episcopi Lerandensis Canonici Metropolitani, ac Administratoris generalis Archidioecesis Gnesnensis de stallo Episcopis titularibus Praelaturas, et Canonicatus in hac Ecclesia possidentibus in Choro designando factam praesens Rñum Capitulum generale, ad felicem Celsissimi Principis loci Ordinarii in patriam adventum remittit. Nos itaque illationem hujusmodi decreto capitulari ad nos remissam, totumque hinc inde emergens negotium cum omnibus suis adnexis, et connexis, auctoritate nostra ordinaria resolventes, unaque simul quibusvis Dubiis, et controversiis de stallo, et praecedentia ad praesens exortis, sive in posterum quomodolibet exoriundis, provise, et indilate occurrere volentes, inhaerendo tum laudabili consuetudini aliarum Ecclesiarum Cathedra-

lium in praemissis observari solitae, tum attento eo, quod in hoc potissimum Regno Dignitas Episcopalis plurimum honoretur, eoque intuitu Episcopi Poloni tam in Senatu, quam in publicis consessibus priori loco distinguuntur, eo magis, ut in facie Ecclesiae nostrae Metropolitanae, primariae Regni Basilicae idem Episcopalis Ordo conformi praecedentia dignoscatur, statuendum, ac ordinandum esse duximus. Et quidem.

I. Episcopi, et simul Regni Senatores, quoties ad aliquam Praelaturam, vel Canonicatum in Ecclesia nostra Metropolitana Gnesnensi possidere contigerit, omnes alios praecedant, primumque locum in Choro, ac Processionibus dictae nostrae Ecclesiae Metropolitanae obtineant.

II. Post eosdem autem Episcopos Senatores, Suffraganei nostri locales Archidioecesani, et quidem primo loco Gnesnensis, dein Loviciensis in Choro, stallo, et Processionibus in eadem Ecclesia aliis Episcopis titularibus praecedant.

III. Post Suffraganeos nostros locales Episcopi in partibus titulares, et Canonicatus in praefata Ecclesia nostra Metropolitana possidentes pro dignitate suarum Praelaturarum, sive juxta senium suorum canonicatuum locum habeant.

IV. Post Episcopos titulares Administrator generalis Archidioecesis praesentis pro tempore existens sedeat, et praecedat. Quod si autem idem Administrator generalis sit Episcopus Senator, ex tunc aliis Episcopis Senatoribus praeferendus; si vero fuerit Episcopus tantum titularis, tunc immediate post Suffraganeum nostrum Loviciensem aliis Episcopis titularibus praeeat. Subsequenter reliqui Praelati, et Canonici dictae nostrae Metropolitanae, Ordine pontificali non insigniti. juxta distinctionem Praelaturarum, sive senium canonicale, stallum in Choro, et locum in Processionibus obtineant. Et ita resolvimus, decernimus, statuimus, atque ordinamus, hujusmodi nostram resolutionem, decisionem, atque ordinationem abhinc, et imposterum per Rmum Capitulum Ecclesiae nostrae Metropolitanae Gnesnensis inviolabiliter observari, teneri, et effectuari volumus, disponimus, atque obtringimus. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro muniri jussimus. Dabantur Francofurti ad Moenum. *Die* 18. *Mensis Januarii anno Domini* 1783.

Quae quidem Decreta probata SSmo fuerunt sequenti Rescripto. *Die* 12. *Martii* 1783. Ex audientia SSmi. Sanctissimus benigne adprobavit Decreta edita a Rmo Archiepiscopo, de quibus in precibus.

C. Airoldi Sac. Rit Congregationis Secretarius.

4260. NULLIUS S. LAURENTII SCURIALENSIS PROVINCIAE TOLETANAE.

Cum Patri Priori, et Fratribus regalis Monasterii Nullius S. Laurentii Scurialensis Provinciae Toletanae, nonnulla occurrerint dubia super Officiorum, et Missarum celebratione: S. R C. humillime supplicarunt, quatenus ea benigne declarare dignaretur. Dubia sunt sequentia, nempe.

1. An Priori, et Fratribus Monasterii S. Laurentii Scurialensis Officium duplex cum Octava singulis annis in honorem Sanctorum, quorum Reli-

quiae habent, ex indulto recitantibus, liceat, simul Festa particularia die propria celebrare de Sanctis, quorum corpora, vel notabiles reliquias custodiunt?

2. An id ipsis liceat saltem, quia huc usque ad haec novissima tempora recitare consueverunt?

3. An insuper celebrare possint Festa particularia cum ritu duplici de Sanctis, quorum Reliquias notabiles servant?

4. An juxta Rubricas Breviarii Romani sub ritu semiduplici tantum, vel simplici, celebrare deberent Sanctorum Officia, si illorum Reliquia in Ecclesia insignis non extaret?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, ad mei infrascripti Secretarii relationem, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative, si Reliquiae Sanctorum sunt insignes, aut notabiles, seu illa pars Corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, et non parva, ac legitime ab Ordinario approbata, et dummodo habeatur specialis concessio a S.Sede Apostolica, quando iidemmet Sancti descripti non sunt in Martyrologio Romano.*

Ad 2. *Affirmative de Sanctis, ut in primo: de aliis etiam Affirmative, si eorum celebratio invecta sit ante Bullam S. Pii PP. V. editam 7. Idus Julii* 1568.

Ad 3. *De Sanctis, quorum habentur Reliquiae insignes sub ritu dup. min., si vero notabiles, ritu semiduplici, et etiam superiori, si a S. Sede Apostolica, aut a S. R. C. concessum sit.*

Ad 4. *Negative.* Et ita declaravit ac servari mandavit. *Die* 29. *Martii* 1783.

4261. LUCANA.

Cum in constitutionibus Ordinis S. Benedicti cap. 31. praecipiatur, ut quoties aliqua ex Religiosis decesserit, toties diebus 3. 7., et 30., et anniversaria celebretur una Missa cantata de Requiem, ut in die obitus in suffragium cujuscumque Religiosae; Abbatissa, et Religiosae Monasterii S. Justinae Ordinis praedicti S. Benedicti. Civitatis Lucanae, S.R.C. humillime supplicaverunt, quatenus declarare dignaretur: An liceat praedictam Missam celebrare quoties dictis diebus 3. 7. et 30., ac anniversaria occurrat Festum rit. dup..

Et eadem S. C., referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Archinto Praefecto, et Ponente; audito etiam voto R. P. D. Josephi Dini Apostolicis caeremoniis Praefecti, re mature perpensa, respondit: *Licere, exceptis duplicibus primae, et secundae classis, ac diebus festivis de praecepto, Die* 2. *Augusti* 1783.

4262. SENOGALLIEN.

Porrectis per Aloysium Fabri, et Vincentium Trusiani Canonicos deputatos a Capitulo insignis Ecclesiae Collegiatae Terrae Montis Martiani, Dioecesis Senogalliensis, S.R.C. humillimis precibus pro declaratione sequentium Dubiorum.

1. Utrum circa praeeminentiam faciendi chorales functiones solemnio-

res non Parochiales, servari debeat Decretum hujus Sacri Tribunalis in Andrien 3.Decembris 1672? (2451). An vero aliud valde differens in Compsana pro Collegiata Terrae Colliani 23. Martii 1709.. (3653.), an tandem illud in Lucana 15. Martii 1721. (3794) contra primam Dignitatem insignis illius Collegiatae, per quod videtur, quamcumque praeeminentiam dictas functiones privative faciendi Collegiatarum Dignitatibus denegari, juxta Decretum Emi, et Rmi Episcopi?

2. Num in hoc casu liceat cuilibet hebdomadario absque singulorum Capitularium consensu favore Dignitatis, renuntiare juri suo, et sic turbare possessionem Capituli in dictis actibus per hebdomadarium indiscriminatim exercendis?

3. An in casu, quo Decretum in Andrien. erga primam Dignitatem debeat observari, eadem praeeminentia in secundis Feriis Nativitatis D.N.J.C., Resurrectionis, Pentecostes, aliorumque Festorum, pertineat ad Priorem, et quorum?

4. Num liceat aliquibus Canonicis renunciare Capitulari juri, per dictum Emum, et Rmum Dominum Episcopum asserto, celebrandi Missas decantandas pro anniversariis benefactorum, Festivitatibus etc., ac novemdiales, aliasque similes functiones? An illud vicibus sibi fungentibus, sive aliud ad hebdomadarium spectans, celebrandi Missas solemnes, ac Vesperas, quae habent Processiones, vel alias functiones quasi adnexas, transferre in primam, vel alteram Dignitatem, sibi haec privative deberi contendentes, et sic incertum reddere jus Capituli?

5. Utrum, cum dictae Missae, vel aliae extra chorales functiones ad alios pertinent Collegas, juxta institutum, de mandato ejusdem Episcopi liceat illis Canonicis a Choro, et cantu per Capitulares de necessitate praestando (quoniam Mansionarii Curae animarum addicti sunt, et alii decentes cantores non habentur) se subtrahere, relinquere insufficientem ad id Canonicorum numerum; et ita non tantum exercitium juris Capitularis, sed etiam fidelium devotionem in derisum vertere, vel impedire?

6. An duo saltem adesse debeant inservientes Clerici in funeribus; alter Crucem deferens, ac tenens, alter vero Parocho ministrans; An vero sufficiat unus?

7. Num stipendia a defunctorum haeredibus pro Cruce, et dicto Clerico ministrante solvi solita, sint de juribus parochialibus, an potius capitularibus; spectent ad deferentem Crucem, et respective dictum Clericum ministrantem, sive ad Sacristam Collegiatae salarium dictis Clericis solventem, juxta illud Decretum ejusdem Emi, et Rmi Episcopi?

S. eadem Congregatio, habita prius Emi, et Rmi Episcopi informatione, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Viceconitis Ponentis, rescribendum censuit: Ad 1. *Affirmative ad primam partem: in reliquis provisum, et arbitrio Emi Episcopi*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 2. Augusti* 1783.

1263. SENOGALLIEN.

Proposito in S. R. C. inter Fratres Ordinis Minorum Conventualium

S. Francisci Terrae Montis Novi, Dioecesis Senogalliensis, ex una, et Abbatem Franciscum Festarini Parochum Ecclesiae S. Mariae de platea dictae Terrae ex altera partibus, infrascripto Dubio coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Archinto Praefecto, et Ponente concordato.

An in funeribus explendis in Ecclesia PP. Minorum Conventualium S. Francisci Montis Novi, in digniori loco consistere debeat Crux Ecclesiae tumulantis; seu potius illa Ecclesiae Abbatialis, et Parochialis in casu etc?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante prius audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 2. Augusti* 1783.

4264. VOLTURARIEN.

Proposito per Emum Dominum Cardinalem Archinto S. R. C. Praefectum, et Ponentem in eadem sacra Congregatione, ad instantiam Cleri S. Marci Dioecesis Volturariensis infrascripto Dubio.

An a Clero S. Marci Dioecesis Volturariensis recitari debeant duo Officia pro duabus translationibus Corporis S. Januarii Martyris, unum nempe Dominica prima, vel secunda Maii, alterum die vigesimatertia Octobris, juxta concessiones factas per hanc S. R. C., seu potius alterum ex illis?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Teneri Clerum S. Marci ad recitationem utriusque Officii pro duplici distincta translatione Corporis S. Januarii Martyris, juxta concessiones factas per hanc S. R. C., neque ullo pacto posse sive ab uno, sive ab altero abstinere*. Et ita declaravit. *Die 2. Augusti* 1783.

4265. LUSITANA.

Ex parte Antonii de Padua Correa Canonici Canonicorum saecularium S. Joannis Evangelistae in Lusitania S. R. C. supplicatum fuit pro declaratione sequentium Dubiorum, quae sunt.

1. Num in Ecclesiis Choro adstrictis diebus illis, in quibus Officium, aut Nocturnum defunctorum recitatur die duplici majori, vel minori, vel semiduplici, praeter Missam de Requiem, debeat necne Missa alia celebrari Officii illius diei?

2. Inquiritur qualis in die Commemorationis defunctorum, cum pro uno tantum Missa applicatur, dici debeat nimirum si prima propria diei, aut vero Missa communis sub ritu semiduplici?

3. Utrum in Ecclesiis Regni Lusitani, ubi Feria quinta Ascensionis Domini Nona cantatur solemnis post meridiem usque ad primam horam, absque Officii interpolatione, debeat Cereus Paschalis extingui statim post Evangelium Missae solemnis, aut vero conservari usque ad finem Nonae, et tunc extingui, finita Antiphona praed. horae?

4. Inquiritur, numquid Feria V. in Coena Domini, dum solemnis Missa

cantatur, Crux cooperta esse debeat velo albo, ratione solemnitatis diei, seu violaceo propter Passionis tempus?

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Vicecomitis Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative, quia Missa conventualis de Officio currenti omitti non potest.*

Ad 2. *Cum Lusitani gaudeant privilegio tres Missas celebrandi in die Commemorationis Defunctorum, qualecumque trium a Benedicto XIV. ipsis praescriptarum possunt dicere, licet pro uno tantum Missa applicetur.*

Ad 3. *Affirmative quoad primam partem Dubii, et Negative quoad secundum, quia Rubrica Missalis adamussim servari debet.*

Ad 4. *Albi coloris debet esse velum Crucis Altaris, in quo Missa celebratur: violacei vero Crucis Processionis, et Altaris lotionis.* Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 20. *Decembris* 1783.

4266. URBIS, ET ORBIS.

Quum ex peculiaribus Dubiis ex parte nonnullorum Parochorum, seu aliorum, ad praescriptarum in Rubricis regularum observantiam deputatorum, S.R.C. propositis compertum fuerit, non levem alicubi subortam esse dubitationem, et controversiam super intelligentia generalis illius Rubricae, quae in Missali Romano adscripta legitur ante Missam pro Sponso, et Sponsa, videlicet: *Quod si benedictio nuptiarum facienda sit pro Sponso, et Sponsa die Dominico, vel alio die festo, dicatur Missa de Dominica, vel festo etc. cum commemoratione sequentis Missae pro Sponso, et Sponsa*: Dum aliqui censent Rubricam illam locum habere in omnibus diebus, quibus celebretur Officium, et Missa de Festo duplici sive majoris, sive minoris ritus, quibus proinde minime licet praemissas inibi Missas votivas pro Sacerdotum devotione celebrare: Alii vero putant, praefata verba, *vel alio die festo* intelligenda tantum esse de Festis solemnioribus, et festivis de praecepto.

Hinc Sac. eadem Congregatio, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Corsino Episcopo Sabinensi, ad dirimendas in posterum controversias, et dubitationes de medio tollendas, praesenti generali Decreto statuit: *In celebratione Nuptiarum, quae fit extra diem Dominicum, vel alium diem festum de praecepto, seu in quo occurrat duplex primae, vel secundae classis, etiamsi fiat Officium, et Missa de Festo duplici per annum sive majori, sive minori, dicendam esse Missam pro Sponso, et Sponsa in fine Missalis post alias Missas votivas specialiter assignatam: in diebus vero Dominicis, aliisque diebus festis de praecepto, ac duplicibus primae, et secundae classis, dicendam esse Missam de Festo cum commemoratione Missae pro Sponso, et Sponsa.* Atque ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 20. *Decembris* 1783.

Factaque deinde per me Secretarium de praedictis Ssmo Domino Nostro Pio PP VI. relatione, Sanctitas Sua *praefatum Sac. Cong. generale Decretum confirmavit, et ubique exequutioni dandum esse praecepit. Die* 7. *Januarii* 1784.

4267. CIVITATIS CASTELLI.

Exortis inter Parochos, Priores, caeterosque Rectores Ecclesiarum Sae-

cularium Civitatis Castelli controversiis, ex una, et Capitulum, nec non Praepositum, Archidiaconum, aliosque Canonicos Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera partibus, super jure porrigendi aspersorium Episcopo in Processionibus, illisque ad S. R. C. delatis, infrascriptum Dubium, coram Emo, et Rmo Domino Card. Vicecomite Ponente concordatum, decidendum propositum fuit:

An, et a quo in actu ingressus ad Ecclesias Priorales, et Parochiales Civitatis Castelli sit porrigendum aspersorium aquae benedictae Episcopo incedenti processionaliter in diebus Rogationum, seu alia quavis occasione insimul cum Canonicis Cathedralis vestibus canonicalibus indutis, et capitulariter procedentibus in casu etc?

Et Sac. eadem Congregatio, visis tantum juribus Parochorum, Priorum, caeterorumque Rectorum Ecclesiarum saecularium dictae Civitatis, eorumque Procuratore, scripto et voce informante audito, cum pars adversa pro dilatione insteterit, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Dilata, et per modum provisionis servetur Constitutio Synodalis*. Et ita declaravit. *Die 27. Aprilis* 1784.

4268. PISAUREN.

Exorta controversia inter Hieronymum Angeli, aliosque Presbyteros saeculares Civitatis Pisauri ex una, et Promotorem fiscalem Curiae Episcopalis dictae Civitatis ex altera partibus, super jure interessendi Processioni SSmi Corporis Christi, illaque ad S. R. C. delata, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi Ponente concordata, decidenda proposita fuerunt.

1. An Presbyteri nullum Beneficium habentes in Cathedrali Ecclesia Pisauri, teneantur accedere ad Processionem SSmi Corporis Christi in casu etc.?

2. An teneantur deferre cereum propriis sumptibus coemptum in casu etc.?

3. An sit locus poenae aureorum scutorum 13. in casu etc.?

Et Sac. eadem Congregatio, scripto, et voce informante Procuratore Presbyterorum saecularium tantum, Promotore Fiscali non comparente, visisque juribus deductis, ad relationem praefati Emi Ponentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Ex hactenus deductis*, *Negative*.

Ad 2., et 3. *Provisum in primo*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 27. Aprilis* 1784.

4269. AMERINA.

Porrectis per Canonicos Collegiatae Ecclesiae Assumptionis B. M. V. Oppidi Luniani, Dioecesis Amerinae, humillimis precibus pro declaratione sequentium Dubiorum.

1. An extra casum necessitatis possit permitti a Superioribus, ut Canonicus constitutus in minoribus Ordinibus cantet Epistolam in Missis solemnibus paratus absque manipulo? Et quatenus negative.

2. An pro eo supplere debeat, qui immediate illi praecedit, et illo legitime impedito, an debeant supplere alii Canonici subsequentes, sive in

Diaconali, sive in Subdiaconali Ordine sint constituti, juxta ordinem antianitatis, in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, habita prius Rmi Episcopi informatione, auditoque etiam unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris voto scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis, Archinto S. R. C. Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Negative, et Episcopus curet abscindere consuetudinem tam in Cathedrali, quam in Collegiata: videlicet extra casum absolutae, et praecisae necessitatis, non posse a Superiore permitti, ut Clericus in minoribus pro Subdiacono suppleat in Missis solemnibus paratus sine manipulo, et pro hujusmodi effectu per Episcopum abscindendam esse consuetudinem tam in Cathedrali, ubi Clerico etiam extra casum necessitatis permittitur, se parare pro Subdiacono sine manipulo, quam in Collegiata, in qua induci vellet, ut Canonicus Clericus ministret pro Subdiacono sine manipulo, existentibus aliis Canonicis Diaconis, et Presbyteris, ad quos de jure spectat supplere vices Canonici Clerici in officio Subdiaconi.*

Ad 2. *Dilata, et ad mentem.* Mens vero est, *quod ab eo Canonico hujusmodi officium praestetur, ad quem spectat per constitutiones, et consuetudines capitulares dictae Ecclesiae respicientes servitium Chori, supplere vices Canonici ultimi, qui absens forte sit, vel infirmus, vel quovis alio modo legitime impeditus. Istius siquidem servitii ordo adamussim retinendus est constantissime ad praescriptum ab ecclesiasticis legibus, atque a notissimis Decretis hujusmet Sac. Congreg., ad quam, si quando aliquid vel novae difficultatis, vel controversiae emerserit, semper patebit aditus.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 18. *Decembris* 1784.

4270. SALUTIARUM.

Cum Rmo Episcopo Salutiarum nonnulla occurrerint Dubia, humillime S. R. C. supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia autem sunt sequentia.

1. An Canonicus deferens SSmum Sacramentum in Processione, quae fieri solet cum magno concursu populi qualibet tertia Dominica cujuslibet mensis, debeat incedere indutus pluviali, et an sufficiat simplex stola super cappam?

2. An Episcopo dictam Processionem peragente, et deferente SSmum Sacramentum pluviali induto, duo ex Dignitatibus, vel, illis deficientibus, duo ex senioribus Capituli debeant eidem assistere simul hinc inde procedendo indutis dalmaticis? Et quatenus affirmative.

3. Utrum ad id cogi possint, si renuant?

Et Sac. eadem Congregatio, audito prius voto unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarato, typisque vulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Boschi Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 2. *Affirmative, juxta modum, videlicet, Episcopo SSmum Sa-*

cramentum processionaliter deferenti assistere debere duo Canonicos dalmaticis indutos.

Ad 3. *Affirmative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 18. *Decembris* 1784.

4271. SETINA.

Inter Franciscum Cima Canonicum Ecclesiae Cathedralis Civitatis Setinae anteriorem in possessione Canonicatus, et Angelum Tirletti ejusdem Ecclesiae Cathedralis Canonicum anteriorem in Ordine Sacerdotali, posteriorem vero in possessione Canonicatus, orta controversia super jure praecedendi in Choro, aliisque functionibus Ecclesiasticis, illaque ad Sac. Rit. Congregationem delata, infrascriptum Dubium, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Archinto Praefecto, et Ponente concordatum, propositum fuit nempe.

An Canonicus Tirletti in assumptione Canonicatus posterior, in Presbyteratus vero Ordine anterior, locum digniorem cedere debeat Canonico Cima antea inter Canonicos cooptato, licet in Ordine Presbyteratus posteriori, in casu etc?

Et Sac. eadem Congr., utraque parte scripto, et voce informante, expensisque juribus hinc inde deductis, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Archinto Ponentis, rescribendum censuit: *Affirmative*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 30. *Aprilis* 1785.

4272. PORTUGALLEN.

Relatis in Sac. Rit. Congregatione per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Boschi Ponentem, ad instantiam Magistri caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Portugallensis, infrascriptis Dubiis, nempe.

1. An recipienda sit in praxi doctrina cujusdam anonimi Auctoris asserentis, quod, ad deponendum SSmum Sacramentum a suo eminentiori throno, parentur in Sacristia Sacerdotes tres, unus scilicet amictu, alba, stola, et pluviali; alii vero duo assistentes pluvialibus tantum super cottas, quorum dignior assistens deponat Ostensorium (notetur) quin utatur stola, quia (ait ipse Auctor) est pluviali indutus?

2. Utrum retineri debeat, ut duo Diaconi assistentes a lateribus Episcopi in solemnissima Processione Corporis Christi, et Feria V. in Coena Domini, parentur amictu, alba, et dalmatica? Ratio est dubitandi, quia Caeremoniale Episcoporum cap. 23., et 33. lib. 2. non meminit stolarum?

3. Quomodo celebranda est dies anniversaria Consecrationis Episcopi, si occurrat in die duplici minori? Ratio est dubitandi, quia duplex minor non est de solemnioribus memoratis in decreto S.R.C. 4. Aprilis 1705. (3569. dub. 2) nec de feriatis, juxta Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 35.

4. An incongruum sit, quod ad augendam fidelium devotionem publice exponatur in nocte Nativitatis Domini SSmum Sacramentum, eo quod incongruum est, ipsa nocte fideles communicari, ex Decreto S. R. C. 20. Aprilis 1641. (1172).

5. Sac. Rit. Congregatio die 6. Decembris 1653. (1545) decrevit, quod Missa de Dominica cujuslibet mensis, seu festo duplici, cum fit particula-

ris Processsio cum SSmo Sacramento, dici debeat cum commemoratione ejusdem; at quaeritur, si Processio absoluta fuerit, Sanctissimumque reconditum, antequam cantetur Missa conventualis, utrum debeat fieri in dicta conventuali eadem commemoratio?

6. Utrum tolerari possit, ut in Collegiata, cum in Choro adsunt Beneficiati Sacerdotes, unus in minoribus constitutus impleat onus suae hebdomadae in decantandis tantummodo horis canonicis, vertendo versum *Dominus vobiscum*, in, *Domine exaudi Orationem meam?*

Eadem Sac. Congregatio sub infrascripta die habita, audito prius voto unius ex Magistris caeremoniarum Apostolicarum typis cuso, reque mature perpensa, rescripsit, ut infra, videlicet.

Ad 1. *Negative, et ad mentem, juxta votum Magistri caeremoniarum, nempe vel duos assistentes sumere debere dalmaticam, et tunicellam, vel alium Sacerdotem cum cotta, et stola ponere, et deponere debere Ostensorium cum SSmo Sacramento.*

Ad 2. *Affirmative saltem quoad primum Diaconum assistentem in omnibus functionibus, in quibus ponendum sit, vel deponendum SSmum Sacramentum.*

Ad 3. *Juxta votum D. Magistri caeremoniarum, nempe: in die consecrationis Episcopi occurrente Officio dup., Officium recitandum esse de dicto dup. in Missis privatis post alias, si occurrant, faciendam commemorationem consecrationis cum collecta* : Deus omnium fidelium etc.: *post Nonam celebrandam Missam solemnem pro electione, vel consecratione Episcopi cum* Gloria, Credo, *et* Praefatione *de communi.*

Ad 4. *Non probari, utpote extra communem Ecclesiarum consuetudinem.*

Ad 5. *Negative.*

Ad 6. *Negative*. Atque ita servari mandavit. *Die 17. Septembris* 1785.

4273. PLACENTINA.

Relato in S. R. C. per Emum Dominum Cardinalem Archinto, loco Emi, et Rmi D. Cardinalis Vicecomitis Ponentis, ad instantiam Canonicorum Ecclesiae Collegiatae S. Petri Oppidi Brone, Dioecesis Placentinae, infrascripto Dubio, nempe.

An attenta consuetudine per centum annos servata, sed postea interrupta, et reassumpta, ut in casu, debeatur praecedentia in Choro, et Processionibus Canonicis Diacono, et Subdiacono Collegiatae Oppidi Brone Ordine Sacerdotali insignitis, et possessione anterioribus supra Canonicos Sacerdotes possessione posteriores; an vero haec debeatur Canonicis Sacerdotibus, etsi possessione recentioribus?

Eadem S. C., sub infrascripta die habita, re mature perpensa, respondit: *Negative ad primam partem, et Affirmative ad secundam*. Atque ita servari mandavit. *Die 27. Maii 1786.*

4274. SETINA.

Exortis inter Archidiaconum Pilorci, et Praepositum Fosci. Dignita-

tes Ecclesiae Cathedralis Civitatis Setinae ex una parte, et Canonicos ejusdem Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera, controversiis super praeeminentia, et juribus pro Sacris, Divinisque peragendis, nec non Ecclesiasticis muneribus obeundis in praedicta Ecclesia Cathedrali, cum eae ad S. R. C. delatae fuissent, infrascriptum Dubium, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Vicecomite Ponente concordatum, propositum fuit, nempe.

An, et cui competat jus exercendi functiones sacras in solemnioribus anni festivitatibus, absentibus, vel impeditis Episcopo, et Archipresbytero Cathedralis Setinae in casu etc?

Et S. eadem Congregatio, utraque parte scripto, et voce informante, expensisque juribus hinc inde deductis, ad relationem Emi, et Rmi D. Card Archinto S.R.C. Praefecti, loco ejusdem Emi Ponentis, rescribendum censuit: *Competere Canonico digniori juxta solitum, non autem Archidiacono, vel Praeposito, et amplius*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 27. *Maii* 1786.

4175. ARIMINEN.

Archidiaconus, et Canonici Ecclesiae Cathedralis Ariminensis humillime S R.C. supplicarunt, ut infrascriptis in Dubiis, quid servandum esset decernere dignaretur, nempe.

1. An in illis Ecclesiis, in quibus non ex fundatione, aut obligatione, sed ex mera devotione singulis Sabbatis cantari solet Missa votiva B M.V., hujusmodi Missa cantari etiam debeat, ubi in eisdem Sabbatis occurrant Festa ritus duplicis primae, vel secundae classis, vel cadant Feriae privilegiatae? Et quatenus negative.

2. An idem servari debeat, quoties in enunciatis Sabbatis contingant Festa Dedicationis Ecclesiae, Sancti Titularis, aut Patroni principalis Civitatis?

3. An dicta Missa votiva B.M.V. celebrari debeat, ubi in Sabbatis occurrat aliud Festum praefatae B. M. V., sive illud sit altioris, seu minoris ritus?

S. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Provisum in primo*.

Ad 3. *Negative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 10. *Martii* 1787.

4176. LUSITANA.

Supplicante Sac. Rit. Congregationi P. D. Laurentio a S. Maria Superiore generali Canonicorum regularium Regni Lusitaniae, nomine etiam Patrum in Definitorio congregatorum suae Congregationis, pro resolutione sequentis Dubii.

An Congregatio Canonicorum regularium Lusitaniae permanere debeat in antiqua possessione recitandi ex Apostolico Indulto sub ritu duplicis majoris Officium S. Archangeli Gabrielis Dominica prima non impedita cu-

juslibet mensis a Pascha usque ad Adventum, seu potius, firmo remanente eodem ritu duplicis majoris, teneantur se conformare universo Portugalliae Regno, ubi dictum Officium praefati S. Archangeli recitatur die 18. Martii sub ritu duplicis minoris?

Sac. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi Ponente, rescribendum censuit: *Affirmative ad primam partem, etiam quoad ritum*, *Negative ad secundam*. Et ita declaravit. *Die* 10. *Martii* 1787.

4277. ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM PROVINCIAE S. ANTONII PATAVINI.

Super resolutione Dubiorum. Instante Calendarista Patrum Conventualium Coenobii S. Antonii Patavini, Ponente Emo Salviati: Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. 3., *et* 4. *Provisum in primo*. *Die* 10. *Martii* 1787.

Dubia autem, ad quae Sacra Congregatio respondit, sunt quae sequuntur.

1. An sub die 27. Martii 1779. in una Ordinis Minorum Observantium ab hac S. R. C. emanaverit Decretum: quod si concurrant secundae Vesperae S. Matthaei Apostoli cum primis Vesperis Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quae a Regularibus celebratur sub ritu secundae classis, Vesperae debeant esse integrae de Dedicatione Ecclesiae cum commemoratione S. Matthaei Apostoli; ex quo Dedicatio Ecclesiae declarata fuit Festum Domini? (4244. ad 10). Et quatenus affirmative.

2. An hujusmodi Decretum afficiat Ecclesiam universalem, idest, an omnes utentes Breviario Romano teneantur sese illi conformare?

3. An occurrens Festum Dedicationis Ecclesiae, etiam sub ritu duplici minori, qualia sunt Festa Basilicae Salvatoris, et Basilicae Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli cum duobus Festis ejusdem ritus dup. min., vel dup. maj., Festum Dedicationis Ecclesiae, utpote Festum Domini, debeat habere integras easdem Vesperas cum commemoratione concurrentis dup. maj. vel min.? Et quatenus affirmative.

4. An idem servari debeat in die octava Dedicationis Ecclesiae ita, ut ex quo est Festum Domini, in paritate ritus habere debeat integras utrasque Vesperas?

4278. ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI REFORMATORUM PROVINCIAE S. MARIAE DE ARRABIDA IN LUSITANIA.

Porrectis a P. Ministro Provinciali, et Patribus Definitorii Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum S. Mariae de Arrabida in Lusitania S.R.C. humillimis precibus pro declaratione infrascriptorum Dubiorum, nempe.

1. Provincia Arrabidensis ducentis ab hinc annis initium habuit supra Montana Arrabidae, ubi adest Conventus sub titulo B. Mariae Virginis de Arrabida, cujus titulo memorata Provincia a suo exordio condecoratur. Usque nunc B. M. V. non celebratur ut Titularis praefatae Provinciae con-

tra Decreta, et Rubricam. Populus tum Lusitanus, tum externus magnam devotionem profitetur erga eamdem B. M. V.; quapropter, ut impleatur praeceptum de recitando Officio Titularis Provinciae, juxta Rubricas Breviarii Seraphici tit. VII. de Oct. num. 76. 77. 78., et etiam, ut satisfiat devotioni populorum, petit, ut in tota Provincia recitetur imposterum de Beata Maria Virgine Titulari ejusdem Provinciae cum Officio, prout in Festo ad Nives 5. Augusti, assigneturque praefata dies 5. Augusti pro Festo B. M. V. de Arrabida Titularis Provinciae; lectiones vero secundi nocturni desumantur ex Festo Nativitatis ejusdem B. M. V. 8. Septembris, mutato *Nativitatem* in *Festivitatem*, sicut in Festo S. Mariae Angelorum ex Decreto S. R. C. 20. Junii 1690.

2. In Conventibus Dominae nostrae da Boaviage, Dominae nostrae a pietate em Caprarica, et em Salvatierra; Dominae nostrae de Jesu em val de figueira, quasi ex eodem tempore non recitatur usque nunc de suis Titularibus: ideo humillime petitur, ut imposterum recitetur in memoratis Conventibus de Titularibus eorum, nempe in primo Conventu celebretur B. M. V. da Boaviage sub die secunda Februarii cum Officio proprio ejusdem diei secundae: in hac quippe die ad praefatum Coenobium concurrit magna populi multitudo devotionis causa erga B. M. V. da Boaviage jam ex fundatione dicti Coenobii: in tribus aliis Conventibus recitetur de suis respectivis Titularibus in Feria secunda post Dominicam in Albis cum eodem Officio Gaudiorum B. M. V., de quibus in ipsa Feria fit in toto Regno Lusitano, salvo semper Decreto S. R. C. 3. Augusti 1755. de omissione Festi Gaudiorum, quando in ipsum diem transfertur Festum Annunciationis B. M. V.

3. In omnibus Conventibus praefatae Provinciae, exceptis Coenobiis cujus titulus est S. Petri Alcantarensis, recitatur de eodem S. Petro sub ritu secundae classis. Idem S. Petrus fuit coadjutor fundationis Provinciae, in illa vixit per multos annos, fuitque Praesul, idcirco postulatur, ut imposterum recitetur pro tota Provincia de eodem S. Petro Alcantarensi sub ritu primae classis cum Octava.

4. In aliquibus Coenobiis dictae Provinciae recitabatur usque nunc de Sanctis illis, quorum insignes, specialesque Reliquiae ibi asservantur: Calendarium vero Seraphicum approbatum a S. R. C. 9. Julii 178 . praecipit, quod in universo Ordine fiat die 15. Martii commemoratio illorum Sanctorum, quorum Corpora, et Reliquiae asservantur in Ecclesiis trium Ordinum S. Francisci: Idem Calendarium editum Romae typis Reverendae Cam. Apostolicae jubet, die 5. Julii fieri anniversarium Dedicationis Ecclesiarum consecratarum trium Ordinum S. Francisci sub ritu duplici primae classis cum Octava, exindeque monet, quod in praedictis Ecclesiis consecratis non poterit recitari aliud Officium consecrationis respectivae Ecclesiae juxta Rubricas particulares nostri Breviarii num. 83. Quapropter idem Postulator omni cum humilitate petit, ut illi declaretur a S. R. C., debeatne in posterum fieri particularis memoria Sanctorum, quorum Reliquiae asservantur in Conventibus, et de quibus jam fit Officium, non obstante memoria universali praescripta in novo Calendario?

5. Translatio S. Antonii Lisbonensis fuit abrogata a dicto novo Calendario. Omnes Conventus, tribus exceptis Provinciae Arrabidae, sunt intra limites Patriarchatus Lisbonensis, cujus Clerus saecularis, et regularis facit Officium de praefata translatione; ideoque idem Postulator devotionis causa erga Sanctum, et conformitatis cum Clero, petit, ut illi concedatur, quod in tota sua Provincia recitetur de dicta translatione sub ritu dup.min., salva semper resolutione S. R. C. 11. Januarii 1755. pro eadem Provincia, citra Festa Dioecesana.

Sacra eadem Congregatio, audita prius sententia P. Ministri generalis Ordinis, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi, rescribendum censuit. Ad 1. et 2. *Nihil innovari, et Festum Assumptionis B. M. V. habendum esse pro titulari provinciae, ejusque conventuum qui titulo gaudent ejusdem B. M. V. absque adjuncta denominatione alicujus Mysterii, de quo Festum speciale celebratur.*

Ad 3. *Negative.*

Ad 4. *Satis provisum in Rubricis nuperrime approbatis pro Breviario Romano Seraphico.*

Ad 5. *Pro gratia. juxta petita.* Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 10. *Martii* 1787.

4279. URBIS.

Proposito ab Emo, et Rmo Domino Cardinali Corsini Episcopo Sabinen. Ponente, in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria, instante Collegio Parochorum Urbis, infrascripto Dubio.

An in Festis solemnioribus anni, aut occasione particularis Jubilaei, aut Indulgentiae, quibus temporibus a Parochis maximo apparatu, et pompa defertur SSmum Eucharistiae Sacramentum Infirmis, omnes Ecclesiae sive Saecularium, sive Regularium, sive Monialium, non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili in contrarium, teneantur, ac debeant solemniter pulsare campanas, dum praefatum SSmum Sacramentum tam in eundo, quam in redeundo transit non solum ante portas majores, et laterales earumdem Ecclesiarum, verum etiam quando transit ante januam domus, conventus, monasterii, aedis parochialis, et capitularis, quae respectivis Ecclesiis sit adnexa?

Sac. eadem Congregatio, audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, rescribendum censuit: *Affirmative, et Decretum typis imprimatur.* Et ita servari mandavit. *Die* 10. *Martii* 1787.

4280. URBIS, ET ORBIS.

Annuam illius diei memoriam, quo Sancto Joanni Baptistae Praecursori Domini propter justitiam caput abscissum est, non nisi ritu duplici minori colere hactenus consuevit Ecclesia, quippe Natalem ejus singulari privilegio praeter illum D. N. J. C., ac Bmae Virginis Deiparae quotannis solemniter agens, eum diem ejus cultui praecipuum dedicavit. Cum autem Emi Patres S. R. C. praepositi animadvertissent, secundaria SSrum Apostolorum Festa, uti commemorationes utriusque Cathedrae Romanae, et Antiochenae, ac Vinculorum Sancti Petri Principis Apostolorum, nec non Conversionis Sancti

Pauli Doctoris Gentium, ac Martyrii Sancti Joannis Apostoli, et Evangelistae ritu duplici majori ab universa Ecclesia celebrari; pari etiam ritu anniversarium diem gloriosi obitus Sancti illius, quo, ex Christi testimonio *inter natos mulierum non surrexit major*, decorandum esse unanimes censuerunt.

Itaque Sac. eadem Congregatio, proponente Emo, et Rmo Domino Cardinali Corsinio Episcopo Sabinensi, hoc generali Decreto statuit: *Festum decollationis S. Joannis Baptistae, quod die 29. Augusti ab universa Ecclesia ritu duplici minori agitur, in posterum celebrandum esse ritu duplici majori*. Atque ita decrevit, et servari mandavit. *Die 10. Martii* 1787.

Quibus deinde a me infrascripto Secretario relatis SSmo Dno Nostro Pio Papae VI., Sanctitas Sua *suprascriptum Sac. Congregationis Decretum confirmavit, et ubique exequutioni mandandum esse praecepit. Die 14. Martii* 1787.

4281. ALBANEN. FUNERUM.

Inter Capitulum Cathedralis Civitatis Albani, et Patres Minores Conventuales S. Francisci Coenobii S. Mariae Gratiarum praefatae Civitatis, Ponente Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi. Ad 1. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*.

Ad 2. *Negative*.

Ad 3. *Negative. Die* 18. *Septembris* 1787.

Dubia autem, quibus praefata rescripta respondent, sunt quae sequuntur.

1. An in associatione cadaverum sepeliendorum in Ecclesia Fatrum Conventualium, intervenientibus Canonicis in forma Capituli, jus competat dictis Patribus erigendi propriam Crucem, seu potius hujusmodi jus privative spectet ad Capitulum in casu etc.? Et quatenus affirmative ad secundam partem.

2. An Patres Minores Conventuales, in associatione cadaverum tam in propriis, quam in aliis Ecclesiis tumulandis, possint erigere vexillum, seu stemma Religionis vulgo *stendardino* in casu etc?

3. An Capitulo in eisdem associationibus jus competat ingrediendi cum Cruce erecta, et stola Ecclesiam dictorum PP. Conventualium, ac funebria absolvere circa cadavera in casu etc?

4282. BONONIEN.

Exorta controversia inter Parochum, et Monachos Ordinis S. Benedicti Ecclesiae Parochialis S. Proculi Civitatis Bononiae ex una, et Clerum saecularem dictae Civitatis ex altera partibus, super jure interessendi sacris functionibus, infrascriptum Dubium, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi Ponente, seu relatore, concordatum, ad S. R. C. judicium delatum est nempe.

An in publicis functionibus, et Processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis fieri solitis, vel in posterum faciendis, non tamen ex regulari Instituto, ab Ecclesia parochiali S.Proculi, etiam de licentia, vel mandato Emi Archiepiscopi Bononiae, et signanter in Processione SSmi Corporis Christi fieri solita in dicta Parochia quolibet decennio, possint Presbyteri,

et Clerici saeculares ejusdem Paraeciae intervenire induti superpelliceo, et intortitiis, etiam non invitati in casu etc?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, et eodem Emo, et Rmo Dno Cardinali Boschi referente, respondit: *Affirmative, et quoad executionem Emo Archiepiscopo ad mentem*. Et mens est, *quod ipse provideat, ne oriantur scandala*. *Die* 27. *Maii* 1788.

4283. TOLENTINA.

Proposito ab Emo, et Rmo Domino Cardinali Archinto Praefecto, in S. R. C. habita infrascripta die, Dubio.

An in Processionibus, quae a Patribus Augustinianis conventus S. Nicolai Civitatis Tolentini fiunt, duo Religiosi pluvialibus induti incedere possint immediate ante sacras Reliquias, quae circumferuntur, et post Capitulum Cathedralis?

S. eadem C., audita sententia Rmi Episcopi, et Capitulo Cathedralis, licet legitime citato, intra praefixum terminum non comparente, rescripsit: *Servetur solitum*. *Die* 27. *Maii* 1788.

4284. BONONIEN.

Iterum proposita causa in Congregatione ordinaria diei 24. Septembris 1788. sub Dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis in Congregatione diei 27. Maii currentis anni in casu etc?.

S. eadem Congregatio, Procuratore Cleri saecularis informante, et parte adversa instante pro dilatione, rescripsit: *Dilata, et interim servetur Decretum Sac. Congr. editum die* 27. *Maii proxime praeteriti* (4282.)

4285. ASCULANA.

Exortis controversiis inter Promotorem Fiscalem Curiae Episcopalis Civitatis Asculi ex una, et Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis ex altera partibus, super jure assistendi Sacris functionibus Episcopo in Missis privatis tam intra, quam extra Ecclesiam Cathedralem, infrascripta Dubia, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Boschi Ponente concordata, ad Sac. Rit. Cong. judicium delata sunt.

1. An liceat Canonicis in Missis privatis tam intra, quam extra Cathedralem uti opera inservientis Missae tam pro delatione Calicis ad Altare, et illius reportatione ad Sacristiam, quam pro sustinendo Missale, indicando Orationes, aperiendo, et porrigendo Patenam cum Hostia, tergendo Calicem, eumque postea cum velo instruendo in casu etc?.

2. An liceat Canonicis in sacris functionibus celebrandis in Ecclesiis extra Cathedralem, uti pulvinari ad genuflectendum?

3. Utrum permittendum sit tradi Ostensorium a Magistro caeremoniarum in manus Canonici impertituri benedictionem cum SSmo Sacramento?

4. An Dignitates, et Canonici dictae Ecclesiae Cathedralis teneantur Episcopum accedentem ad Ecclesiam cappa indutum, ut solemniter celebret, vel alia pontificalia munia exerceat, comitari, et ex quo loco?

5. An etiam in reditu debeant eum reducere, et ad quem usque locum? Et quatenus affirmative ad utrumque.

6. An, et qua poena possint inobedientes puniri ab Episcopo?

7. An sacer Concionator tempore Quadragesimae, et Adventus, peracta generali reverentia, et incoepta concione, alteram reverentiam, seu veniam exhibere tantum debeat Episcopo, an etiam Capitulo, absente Episcopo?

Sac. eadem Congregatio, Procuratore tantum Promotoris Fiscalis Curiae Episcopalis informante, respondit. Ad 1. 2. 3. et 7. *Negative in omnibus*,

Ad 4. et 5. *Dignitates, et Canonicos teneri ducere Episcopum a cubiculo, et comitari ad Ecclesiam Cathedralem, ipsumque reducere ad cubiculum*.

Ad 6. *Affirmative, prudenti arbitrio Episcopi*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die 27. Maii 1788.*

Deinde iterum reproposita causa, proponente Emo, et Rmo Cardinali Antonio ab Auria, loco cl. mem. Cardinalis Boschi interim defuncti, infrascripto Dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis quoad 1. 5. et 7. Dubium, in casu etc?

Sac. eadem Cong., utraque parte informante, respondit. Quoad 7. *In decisis juxta modum*, nempe, *absente Episcopo deberi reverentiam, sed non veniam*.

In reliquis in decisis, et amplius. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die 24. Septembris 1788.*

4286. GADITANA.

Rmus hodiernus Episcopus Civitatis Gaditanae enixe Sac. Rit. Congregationi supplicavit, ut infrascriptis Dubiis, quid servandum esset decernere dignaretur, nempe.

1. An Feria VI. in Parasceve, Episcopo non celebraturo, procedendo ad Crucis adorationem, et osculum, Canonici assistentes debeant ipsum comitari usque ad initium tapetis, ibique sistere, donec solus Crucis ac adorationem, osculumque procedat; seu potius tum in genuflexionibus, tum etiam in ipso osculi actu eumdem associare teneantur, ibique expectare quousque idem Crucis adorationem, et osculum compleverit?

2. An Episcopus, absoluta adoratione et osculo, debeat ibidem permanere, donec a Canonicis assistentibus par Cruci obsequium exhibitum fuerit; seu potius immediate Canonici assistentes debeant Episcopum ad Cathedram pontificalem associare, ac subinde idem officium adorationis Crucis et osculi cum aliis Canonicis in ordine suo complere teneantur?

3. An Canonici assistentes valeant se induere, et exuere sacris paramentis super solio in loco proprii scamni, seu potius, interim aliis Canonicis eorum munere fungentibus, descendere debeant de solio ad propria stalla canonicalia, ibique sacras vestes assumere, et post completum Officium deponere?

S. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris scriptis exarata, typisque vulgata, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Corsino Episcopo Sabiuensi Ponente, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam*.

Ad 2. *Negative quoad primam partem*, *Affirmative quoad secundam*.

Ad 3. *Negative quoad primam partem*, *Affirmative quoad secundam*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 24. *Septembris* 1788.

4287. MELEVITANA.

Exorta controversia inter Rñum Episcopum Melevitanum ex una, et Capitulum, et Canonicos Collegiatae Ecclesiae S. Pauli Civitatis Vallettae ex altera partibus, de honoribus Episcopo deferendis in Ecclesiasticis functionibus, infrascriptum Dubium, coram Eñio, et Rñio Domino Cardinali Antonio ab Auria Ponente concordatum, ad Sac. Rit. Congregationis judicium delatum est.

An Dignitates, et Canonici insignis Collegiatae S. Pauli in omnibus indistincte functionibus Ecclesiasticis debeant, ut alii de Clero, genuflectere Episcopo, etsi non pontificalibus vestibus, sed cappa dumtaxat, vel mozzetta induto, seu potius caput tantummodo, et humeros eidem profunde inclinare, in casu etc.?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, et eodem Eñio, et Rñio Domino Cardinali Antonio ab Auria referente, respondit. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*. *Die* 24. *Septembris* 1788.

Iterum proposita causa, referente eodem Eñio, et Rñio Domino Cardinali Antonio ab Auria Ponente sub infrascripto Dubio: An sit standum vel recedendum a decisis in Congregatione 24. Semptembris 1788. in casu etc?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, respondit: *In decisis*. *Die* 28. *Julii* 1789.

Reproposita tandem tertiò in Congregatione Ordinaria sub infrascripta die supradicta causa pro nova audientia, referente eodem Eñio, et Rñio Domino Cardinali Antonio ab Auria relatore.

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, respondit; *Nihil*, *et amplius*. *Die* 29. *Maii* 1790.

4288. CANARIENSIS.

Cum in Insula Canariensi occasione alicujus publicae calamitatis Imago quaedam Bñae Deiparae *a Pinu* dicta, a templo existen. in oppido Ferror vulgo nuncupato, in quo apparuisse fertur, ad Cathedralem Ecclesiam supplicationis causa transferri soleat; Rñus Episcopus Sac. Rit. Congregationi supplicavit, ut, ad tollendas controversias inter capitulares ejusdem Cathedralis exortas, definiret = Utrum eadem Imago in iis circumstantiis thurificanda sit triplici, aut duplici ductu?

Sac. eadem Rit. Congregatio, audita etiam sententia unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Eñio, et Rñio D. Card. Archinto Praefecto, rescribendum censuit = *Thurificandam esse duplici ductu tantum*. *Die* 28. *Julii* 1789.

4289. URBIS S. JOANNIS IN AYNO.

Sac. Rit. Congregatio ad humillimas preces Sacerdotis Gabrielis Maria Gasparri moderni Rectoris Ecclesiae Parochialis S. Joannis in Ayno de Urbe, audita prius sententia Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Urbis Vicarii, ad relationem Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Archinto Praefecti, declaravit;

Non licuisse, neque in posterum licere camerario, et confratribus piae Societatis sub titulo S. Annae Matris B. M. V. in eadem Parochiali coadunatae quacumque veste indutis, etiam de consensu Parochi assistere Vesperis, et Missae solemni intra Presbyterium in Festivitate ejusdem S. Annae, ibique thurificationem, aliosque obsequii actus excipere. Et ita declaravit, et omnino servari mandavit. *Die 28. Julii* 1789.

4290. MELEVITANA PRAEEMINENTIARUM.

Dubia, quae proposita fuerunt ex parte Rmi Capituli, et Rmorum Dominorum Dignitatum, et Canonicorum insignis Ecclesiae Collegiatae S. Pauli civitatis Vallettae in Sac. Rit. Congregatione particulari habita die 19. Maii 1786. cum respectivis resulutionibus ejusdem Sac. Congregationis, haec sunt, videlicet.

1. An Dignitates, et Canonici Cathedralis Civitatis Notabilis, qui invitati ab Episcopo se conferunt ad Ecclesiam Collegiatam Civitatis Vallettae, occasione festivitatis naufragii S. Pauli, aut alterius cujusque solemnitatis, et Ecclesiasticae functionis interveniunt, uti corpus Capituli, seu potius uti singuli, in casu etc?

2. An iisdem jus competat incedendi processionaliter a dicta Collegiata ad Oratorium Charitatis pro associando Episcopo; seu potius jus hujusmodi competat ad Capitulum Collegiatae; ita ut illi a dicto Oratorio tantum una cum Episcopo pergere debeant ad Ecclesiam Collegiatam, et ab eadem Ecclesia reducere Episcopum ad Oratorium in casu etc?

3. An, et quae assistentia a praedictis Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis sit praestanda Episcopo, aut pontificaliter celebranti, aut praesentiam tantum praestandi in casu etc?

4. An Episcopo, seu Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis ab eo invitatis, jus competat ducendi ad Collegiatam cappellanos, mansionarios, aliosque clericos, nec non seminaristas Cathedralis, invito Capitulo ejusdem Collegiatae in casu etc.?

5. An Cantor Cathedralis, qui cum aliis Dignitatibus, et Canonicis ab Episcopo invitatis ad Collegiatam se confert, valeat virgam gestare, qua utitur in Cathedrali in casu etc.?

6. An eadem virga uti valeat Cantor Collegiatae praesentibus Canonicis Cathedralis? in casu etc.

7. An, quaeque functiones sint ab eo peragendae, quique illi assignandus locus tam in associatione Episcopi, quam in Processiunibus in casu etc.?

8. An, et a quo occupandum sit stallum aliis magis elevatum in Choro existens, quo alias utitur Episcopus, quando accedit ad Collegiatam in casu etc.?

9. An, et a quo sit praestandum thus, et osculum Evangelii Episcopo solemniis simpliciter assistenti, nec non ejusdem peragenda thurificatio in casu etc.?

10. An Canonicis Collegiatae jus competat in Processione utendi clava capitulari in casu etc.?

11. An, et quo ordine incedere debeat in dicta Processione clavicularius aut Cathedralis, aut Collegiatae in casu etc.?

12. An in dictis Processionibus Dignitates, et Canonici Collegiatae iisdem, uti valeant cereis, quibus utuntur Dignitates, et Canonici Cathedralis in casu etc.?

13. An, et ubi incedere debeat in Processionibus praedictis Acolythus cum pluviali baculum deferens Episcopalem in casu etc.?

14. An Dignitates, et Canonici Cathedralis, occasione praedictarum functionum, uti valeant mitra, necnon planetis, ac respective pluvialibus tam in Choro, quam in Processionibus? Et quatenus affirmative quoad planetas, et pluviales.

15. An iisdem uti valeant Dignitates, et Canonici Collegiatae in casu etc.?

Dubia, quae proposita fuerunt ex parte Rmorum Dnrum Canonicorum Ven. Ecclesiae Cathedralis Civitatis Notabilis, pariter cum respectivis resolutionibus, nempe.

16. An sit servanda, et exequenda transactio in casu etc.? Et quatenus negative.

17. An Capitulo Collegiatae S. Pauli, praesentibus Dignitatibus, et Canonicis Capituli Cathedralis in die Festivitatis naufragii S. Pauli, competat jus utendi cappa magna cum pellibus armellinis in casu etc.?

18. An praedictibus Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis competat jus elevandi propriam Crucem in Processione peragenda in eadem Festivitate, in casu etc., seu potius incedere debeant sub Cruce Capituli Collegiatae?

19. An, quomodo, et a quo sit facienda thurificatio tam Dignitatibus, et Canonicis Capituli Cathedralis, quam Capitulo Collegiatae in eadem Festivitate in casu etc.?

20. An, quomodo, et a quo sit accipiendum, et communicandum osculum pacis in casu etc.?

21. An Dignitatibus, et Canonicis Capituli Cathedralis in Processione praecedere possit proprius scutifer, seu clavicularius in casu etc.?

22. An praedictis Dignitatibus, et Canonicis invitatis ab Episcopo competat jus accedendi ad Ecclesiam S. Pauli, et adsistendi, quacumque alia occasione, et die, qua placuerit Episcopo, peragere ibi Pontificalia, vel adsistere in casu etc.?

23. An iisdem Dignitatibus, et Canonicis adsistentibus, ut supra, tam in dicta die Festivitatis S. Pauli, quam in quacumque alia die, liceat uti ornatu strati viridis damasceni in casu etc.? Et quatenus affirmative: An Capitulo Collegiatae tunc liceat uti ornatu panni lanei coloris praedicti?

24. Quomodo, et quo ordine incedere debeant Canonici Collegiatae in associatione Episcopi ab Oratorio Charitatis ad Ecclesiam Collegiatam, et a janua Ecclesiae ad Chorum?

Sacra eadem Congregatio. *Die 19. Maii 1786. respondit.*

Ad 1. *Dignitates, et Canonicos intervenire collegialiter in obsequium Episcopi, et ad effectus expressos in resolutionibus Sac. Rit. Congregationis anni 1741. (3959. 3963.), et in subsequentibus exprimendos.*

Ad 2. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 3. *Affirmative ad formam resolutionum anni 1741., et juxta methodum in Caeremoniali Episcoporum praescriptam.*

Ad 4. *Quoad Episcopum ad mentem.* Mens est; *non denegari Episcopo jus ducendi secum personas sibi benevisas, tamquam de suo honorifico comitatu, sed non expedire, ut, praeter Dignitates, et Canonicos Cathedralis, alios adducat ad hoc, ut sacris functionibus Ecclesiae Collegiatae formiter interveniant, et assistant. In reliquis Negative.*

Ad 5. *Negative.*

Ad 6. *Affirmative.*

Ad 7. *Ad Cantorem Ecclesiae Collegiatae spectare functiones chorales muneris sui proprias, locum autem in associatione Episcopi, et in Processionibus assignandum esse ad formam Caeremonialis.*

Ad 8. *Negative in omnibus.*

Ad 9. *Affirmative in omnibus, ad formam Caeremonialis, et resolutionis superioris Dubii sub numero tertio.*

Ad 10. *Negative in casu*, Mens autem S. R. C. haec fuit: *Si placeat Capitulo Collegiatae Ministrum aliquem deputare, qui tenens baculum quomodocumque ornatum turbas submoveat, Ministrum hujusmodi tantum in casu etc. universae Processioni praeire posse.*

Ad 11. *Negative ad utrumque.*

Ad 12. *Affirmative.*

Ad 13. *Affirmative ad formam Caeremonialis.*

Ad 14. *Affirmative in omnibus.*

Ad 15. *Affirmative.*

Ad 16. *Negative.*

Ad 17. *Negative ad mentem*, quae fuit: *attento quod Dignitates, et Canonici Cathedralis Melitensis, post erectionem Collegiatae D.Pauli, et post resolutiones anno 1741. emanatas, novis, et majoribus insigniis, quibus a reliquo Clero, et a Canonicis dictae Collegiatae distinguuntur, ab Apostolica Sede decorati fuerunt: Quodque iidem in tractatibus cor. Episcopo habitis anno 1781. suum praebuerunt consensum, ut, convenientibus ipsis in Ecclesiam Collegiatam, occasione solemnitatis Naufragii Divi Pauli, ejusdem Collegiatae Canonici cappas magnas cum pellibus armellinis deferre valerent: horum nomine, si placuerit, supplicandum SSmo, ut ad hujusmodi effectum, et in hac parte derogare dignetur literis Apostolicis super eorum Collegiatae erectione a Clemente XII. editis etc.*

Ad 18. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 19. *Affirmative in omnibus ad formam Caeremonialis, et resolutionis anni 1741.*

Ad 20. *Affirmative, ut ad proxime superius*,

Ad 21. *Provisum in numero undecimo*.

Ad 22. *Affirmative, et ad mentem*. Et mens est: *non expedire Dignitates, et Canonicos Cathedralis ab Episcopo invitari, praeter solemnem diem memoriae Naufragii S. Pauli dicatam, ut aliis occasionibus, et diebus in Ecclesiam Collegiatam Civitatis Vallettae conveniant, ibique collegialiter sacris functionibus adstent, seu ipsi Episcopo pontificaliter celebranti, vel simpliciter assistenti ministrent, aut respective assistentiam praestent*.

Ad 23. *Servetur in omnibus resolutio anni* 1741.

Ad 24. *Servetur ordo praescriptus in Caeremoniali Episcoporum, firma remanente praecedentia, et loco digniore prope Episcopum Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis ad formam resolutionis anni* 1741.

Mox autem *die* 15. *Junii* 1789. repropositis iisdem Dubiis prodiit ab eadem Sac. Congregatione responsum.

Ad 1. 2., et 3. *In decisis, et amplius*.

Ad 4. *In decisis, etiam quoad mentem, et amplius*.

Ad 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15., et 16. *In decisis, et amplius*.

Ad 17. *Locum esse arbitrio pro apertione oris, adversus Breve Clementis XII. in hac parte tantum, et ad effectum de quo agitur, adeoque, praevio recessu a decisis, affirmative, et amplius*.

Ad 18. 19. 20. 21. *In decisis, et amplius*,

Ad 22. *In decisis etiam quoad mentem, et amplius*.

Ad 23. *In decisis, itaut liceat Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis uti ornatu strati viridis damasceni, et liceat Capitulo Collegiatae uti panno laneo ejusdem coloris*.

Ad 24. *In decisis, et amplius*.

4291. LUSITANA, SEU CONIMBRICEN.

Canonici Regulares S. Augustini Congregationis Conimbricen. S. R. C. enixe supplicarunt, ut in Dubiis infrascriptis, quid servandum esset? decernere dignaretur, nempe.

1. Cum a Sa. mem. Benedicto XIV. Pont. Max. die 12. Junii 1747. ad preces Visitatoris Apostolici Congregationis S.Crucis Conimbricen. iisdem Canonicis regularibus concessum fuerit Officium S. Michaelis Archangeli in una Dominica post Pascha usque ad Adventum, arbitrio ejusdem Visitatoris assignanda, et eligenda; ipse vero Visitator nullam certam Dominicam elegerit, sed incertam pro Festorum singulis annis in Dominicas occurrentium varietate: quaesitum est: Utrum a S. R. C. aliqua determinata Dominica eidem Festo assignanda sit, an potius Canonici regulares, retento ritu sibi concesso, debeant se conformare universo Regno Lusitaniae in recitatione Officii praedicti die 18. Martii, juxta concessionem factam a Sa. mem. Benedicto XIV.?

2. Ex Apostolica concessione diei 12. Julii 1747. recitatur in eadem Congregatione Canonicorum regularium Lusitaniae Officium Festi comme-

morationis B. Mariae de Columna in prima Dominica mensis Junii non impedita Festo altioris ritus. Quaeritur modo: An, impedita prima Dominica, secunda possit haberi, et reputari tamquam prima non impedita ad dictum Officium recitandum, et sic de aliis Dominicis usque ad finem mensis?

Eadem S. C., audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typis vulgata, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Salviati, rescribendum censuit.

Ad 1. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam, juxta votum Magistri caeremoniarum.*

Ad 2. *Affirmative*, *quatenus constet de concessione ejusdem Officii*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 29. *Maii* 1790.

4292. SIGNINA.

Exorta controversia inter Patres Minores Observantes Reformatos Ordinis S. Francisci, Ecclesiae S. Mariae de Jesu Montis Fortini Dioecesis Signinae ex una, et Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Crucis, et Mariae Laetitiarum dictae Terrae ex altera partibus, super quadam pompa, seu Processione quotannis fieri solita, infrascriptum Dubium, coram Emo, et Rmo Domino Cardinali Salviati Ponente, seu Relatore concordatum, ad Sac. Rit. Congregationis judicium delatum est, nempe: An in supplicatione diei Festi Nativitatis Deiparae in terra Montisfortini sit servandus interventus Cleri saecularis, seu Capituli in casu etc.?

Et Sac. eadem Congr., utraque parte informante, et eodem Emo, et Rmo Domino Cardinali Salviati referente, respondit: *Affirmative, et ad Emum Ponentem, juxta mentem, et amplius*, et mens est: *Ut Episcopus provideat, ne scandala oriantur: mutet etiam, si opus fuerit, arbitrio suo horam Processionis*. *Die* 29. *Maii* 1790.

4293. BARCINONEN.

Rmus Episcopus Barcinonen. S.R.C. enixe supplicavit, ut in infrascriptis Dubiis, quid servandum sit, decernere dignaretur, nempe.

1. Cum in Hispania ex Apostolica concessione celebretur Festum S. Juliani Episcopi Conchensis ritu dupl. secundae classis cum Octava in die ejus emortuali 28. Januarii, et juxta Rubricas Breviarii in eamdem diem transferendum sit tamquam in sedem propriam Officium SSmi Nominis Jesu, quoties occurrit in Dominica Septuagesimae, quaeritur eo casu: utrum ex dictis Festis celebrandum sit in die 28. Januarii, et quomodo alterum sit transferendum?

2. An Clerus Ecclesiae parochialis S. Jacobi Apostoli, ac coeterarum parochialium Civitatis Barcinonen., qui in diebus S. Marci, et Rogationum Processioni Litaniarum Ecclesiae Cathedralis non intersunt, (quia dictis diebus non fit in ea Processio generalis, sed particularis cum assistentia Cleri Cathedralis, et Senatus Civitatis) debeant facere Processionem particularem, an vero satisfaciant praescripto Rubricarum, recitando Litanias publice in Choro immediate post Laudes Officii diei?

3. Cum in Hispania universa ex concessione Apostolica recitentur Officia Patrocinii S. Joseph Dominica tertia post Pascha, et Dolorum B.M.V.

Dominica tertia Septembris ; si aliquo anno impediantur Festo altioris ritus ; quaeritur : Utrum transferri possint in primam diem non impeditam, an potius debeant eo anno omitti ?

4. Et quatenus affirmative ad primam partem ; quaeritur ulterius : An si Festum Patrocini extra tempus Paschale transferri contingat, deficientes Antiphonae Nocturnorum suppleri debeant de communi, vel potius, omissis assignatis pro tempore Paschali, debeant omnes assumi ex alio Festo 19. Martii ?

5. Cum ex Apostolica concessione in omnibus Dominiis Hispaniarum Regi subjectis celebretur ritu dupl. maj Festum Patrocinii B. M. V. in aliqua Dominica Novembris ab Ordinario loci designanda, quae in Dioecesi Barcinonensi, aliisque, est Dominica secunda ejusdem mensis, si in eadem Dominica occurrat dies octava S. Severi Episcopi, et Martyris Patroni principalis ; quaeritur : Utrum recitandum sit Officium Patrocinii B. M. V. cum commemoratione Octavae, an potius Officium de Octava, translato, vel omisso pro anno illo Officio Patrocinii ?

6. Si transferendum sit Officium Patrocinii B. M. V. quaeritur : Utrum simul transferatur plenaria Indulgentia concessa Fidelibus, qui Missae conventuali Festi Patrocinii intersunt : an vero eam lucrari possint qui intersunt in ipsa Dominica secunda Missae conventuali S. Severi ?

Sac. eadem Congregatio, exquisita sententia R. P. D. Dini Apostolicarum caeremoniarum Praefecti, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Salviati, respondit.

Ad 1. *Celebrandum esse Officium S. Juliani, et Officium SSmi Nominis Jesu reponendum esse ab Episcopo in aliam diem infra eamdem Octavam, translato quocumque alio Festo, nisi sit altioris ritus.*

Ad 2. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 3. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 4. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 5. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam ; Officium vero Patrocinii non omittendum, sed transferendum in primam diem non impeditam, juxta Rubricas.*

Ad 6. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.* Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 11. *Septembris* 1790.

4294. FIRMANA.

Resolutionis Dubii : An Benedictio Papalis impertiri possit bis in die ? Pro Priore Conventus S. Augustini Terrae Montis Georgii Dioecesis Firmanae : *Negative. Die* 11. *Septembris* 1790.

4295. GNESNEN.

Cum in Ditione Regis Borussiae a SSmo Domino Nostro Pio VI P. M. Apostolicis Literis in forma Brevis incipien., *Potentissimus*. Festorum numerus imminutus sit, et aliqua Festa in proximos dies Dominicos cum Officio, Missa, et praecepto translata sint, in interpretatione earumdem Literarum Apostolicarum infrascripta Dubia exorta sunt, quae a Presbyte-

ro saeculari Archidioecesis Gnesnen. Archidiaconatus Camenen. ad S.R.C. delata sunt nempe.

1. Quoniam praefatum Breve Apostolicum Festivitates Patronorum cujusque loci in Dominicos dies proxime sequentes cum Officio, et Missa transferri, nec non et praeceptum intelligi demandat; si igitur S. Joannes Baptista sit principalior cujusdam Ecclesiae Patronus, et aliquo anno Festum SS. Petri, et Pauli incidat in diem Sabbati, vel Dominicam; quaeritur I. Utrum is S. Patronus in diem Dominicam proxime antecedentem transferri debeat, prout S. Laurentius Martyr in eodem Brevi specificatur? II. Utrum in ea antecedenti Dominica debeat in perpetuum suam habere Festivitatem: an vero, si Festum SS. Petri, et Pauli incidat in Feriam secundam, aut ultra, debeat transferri in Dominicam proxime sequentem?

2. Utrum Festivitas S. Laurentii Mart. principalis pro loco Patroni (cui Breve Apostolicum, ob Festum Assumptionis B. M. V. in sequentem Dominicam celebrandum, jam statuit Dominicam diem 10. Augusti proxime antecedentem) in perpetuum hac Dominica celebrari debeant; an vero etiam transferri in Dominicam sequentem, si praedictum Festum Assumptionis in altera Dominica post diem 15., vel 16. Augusti caden. celebretur?

3. Si Festivitas Exaltationis S. Crucis occurrat in Dominica, sitque titulus Ecclesiae, et celebretur in ea solemniter hoc anno Festum Nativitatis B. M. V. cadens in Feria II., juxta praedictum Breve Apostolicum in Dominicam proxime sequentem transferendum: Utrum, etiam non obstante hoc Brevi, a Parocho loci in Dominica proxime antecedenti celebrari possit, et debeat?

4. Si Festum S. Adalberti Episcopi, et Martyris cadat in Dominicam in Albis, aut etiam ante, sitque Patronus Ecclesiae: Utrum usque in Dominicam secundam post Pascha, in qua cadit Festum S. Sepulcri secundae classis, transferri, ibidemque, translato Festo S. Sepulcri, in aliam diem non impeditam celebrari debeat?

5. Ratione Festivitatis SS. Simonis, et Judae Apostolorum, ubi sunt Patroni Ecclesiae, si occurrat eadem hebdomada, in qua celebratur Festum omnium Sanctorum proxime sequen., transferri possit?

6. Translata Festivitate Sanctorum Simonis, et Judae Apostolorum, pro loco Patronorum in diem Dominicam proxime sequen., ut in anno currenti 1790., in quo occurrit Festum omnium Sanctorum Feria secunda, datur quoque concursus Vigiliae SS. Simonis, et Judae in Sabbatum translatae cum Vigilia omnium Sanctorum in eodem Sabbato occurrente, quaeritur I.: de quanam Vigilia Officium recitari? II. Occurrente Festo 9. lectionum: de qua Vigilia 9. lectio et commemoratio haberi debeat? III. Sequentibus diebus infra Octavas concurrentibus: An Parochus loci Officium de Octava SS. Simonis, et Judae, tamquam Patronorum Ecclesiae suae cum commemoratione Octavae omnium Sanctorum, an potius de Octava omnium Sanctorum cum commemoratione SS. Simonis, et Judae recitare teneatur?

7. Si Patronus cujusdam loci occurrat ante Dominicam 1. class. ex. gr. S. Catharinae V. et M. ante Dominicam 1. Adventus, aut etiam inter Dominicas primae, vel secundae classis uti S. Josephi inter Dominicam 4. Quadragesimae, et Passionis: An uterque in Dominica proxime antecedenti celebrari debeat?

8. Si Patronus loci occurrat ante Dominicam in qua Festum 1. class. ad populum non celebre habet suam fixam sedem (prout S. Hyacinthi, S. Joachim), quaeritur I.; utrum translato Festo 1. class. non celebri S. Patronus in eadem Dominica proxime subsequenti celebrari debeat? II.; an idem Festum 1. class. non celebre in subsequenti altera Dominica transferri possit, an etiam in diem non impeditam potius transferri debeat?

9. Utrum praedictum Breve Apostolicum statuens decerni Festivitatem unius tantum principalis Patroni in loco, ubi duos Patronos haberi contigerit; sit intelligendum loqui etiam de altero Patrono Titulari? An Titularem pariter a Festivitate excludat? An etiam excludat Festum Titulare, ex. gr. S. Crucis a sua Ecclesia Titulum, seu Denominationem habens?

10. An praedictum Breve Apostolicum sit etiam intelligendum de translatione Festorum Confraternitatibus adnexorum, videlicet: utrum ea Festa pariter in dies Dominicos cum Officio, et Missa transferri; an vero, manentibus Festis in die cadenti, sola celebritas Confraternitatis in die Dominico proxime sequenti celebrari debeat?

11. An ob cadentiam principalis Patroni Ecclesiae filialis in Dominica, Festum Patroni Ecclesiae Parochialis, juxta dictum Breve, pariter in eadem Dominica celebrandam occurrens (uti S. Jacobi Apostoli majoris in Ecclesia Parochiali, et S. Annae in Ecclesia filiali Patronorum), et vicissim: Utrum in Dominica proxime antecedenti celebrari possit, et debeat? II. Utrum Vicarii tam provisi, quam manuales circa Ecclesiam Parochialem residentes quoad celebritatem Patronorum Ecclesiae filialis Dominicis diebus in Officio, et Missa, eidem Ecclesiae filiali sese conformare teneantur?

12. Cum soepe dictum Breve Apostolicum Festivitates Sanctorum Patronorum cujusque loci in Dominicas cum Officio, et Missa transferri praecipiat, in iisque fixam eorum sedem assignet; quaeritur: Utrum intelligi debeat de translatione eorum etiam cum Indulgentiis ante aliquot solum annos a Sede Apostolica ad decennium pro die cadenti obtentis: an vero nova Indulgentiarum indulta procuranda sint?

13. Quoniam ad limites Territori Borussici aliquae reperiuntur Ecclesiae, quarum reliqui Parochiani degunt in Villis Poloniae Regno subjectis, et vicissim aliquae sunt Ecclesiae Parochiales in Territorio Polonico existentes, reliqui vero earum Parochiani sceptro Borussico obediunt; quaeritur: Utrum primi eximantur ab obligatione audiendi Missam, et abstinendi ab operibus servilibus Festis ibidem celebribus, jam vero in Territorio Borussico in Dominicas translatis? Et secundi: utrum teneantur praecepto respectu audiendi Missam, et vacandi ab operibus in Festis, quae in eorum Ecclesia extra limites Borussicos die cadenti observantur?

S. eadem Congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Archinto Praefecto, respondit: *Detur votum Magistri Caeremoniarum, juxta mentem*, nempe.

Ad 1. *Si S. Joannes Baptista sit Patronus principalis Civitatis, Oppidi, Pagi, ad me infrascriptum Secretarium cum SSmo, juxta mentem: si vero sit tantum Patronus alicujus particularis Ecclesiae, providebitur in responsione ad Dubium 11.*

Ad 2. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 3. *Ad me infrascriptum Secretarium cum SSmo, juxta mentem.*

Ad 4. *Affirmative, dummodo S. Adalbertus sit Patronus principalis loci; si vero sit tantum Patronus principalis Ecclesiae, providebitur in responsione ad Dubium 11.*

Ad 5. *Ad me infrascriptum Secretarium cum SSmo, juxta mentem.*

Ad 6. *Pendet a resolutione Dubii praecedentis.*

Ad 7. *Negative, juxta votum Magistri caeremoniarum.*

Ad 8. *Quoad primum quaesitum Affirmative, quoad secundum quaesitum, Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 9. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, et tertiam, juxta votum Magistri caeremoniarum.*

Ad 10. *Negative in omnibus.*

Ad 11. *Perperam hoc Dubium proponi, cum in praedictis literis Apostolicis relinquatur dumtaxat Festum Patroni principalis Civitatis, Oppidi, vel Pagi, non vero Patronorum particularium Ecclesiarum, qui proprie Titulares vocantur, nec non eorum Festa sunt in Dominicas transferenda.*

Ad 12. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 13. *Ad me Secretarium cum SSmo juxta mentem, juxta votum Magistri caeremoniarum.*

Relatis a me infrascripto Secretario, juxta mentem S. Rituum Congregationis *SSmo D. N. Pio PP. VI. Dubiis* 1. 3. 5., *et* 13., Sanctitas Sua benigne respondit.

Ad 1. *Si Festum Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli occurrat vel in Sabbato, vel in Dominica, vel in Feria II. post Festum S. Joannis Baptistae, eo casu tantum in iis locis, ubi S. Joannes Baptista est Principalis Patronus Civitatis, Oppidi, vel Pagi, ejus Festum transferendum esse cum Officio, et Missa ad Dominicam praecedentem cum Vigilia in Sabbato, etiam praecedenti.*

Ad 3. *Festum Nativitatis B. M. V. transferendum esse ad Dominicam praecedentem.*

Ad 5. *Si Festum omnium Sanctorum occurrat vel in Sabbato, vel in Dominica, vel in Feria secunda post Festum Sanctorum Apostolorum Simonis, et Judae, eo tantum casu in iis locis, in quibus iidem Sancti Apostoli sunt Patroni Principales Civitatis, Oppidi, vel Pagi, eorum*

Festum transferendum esse cum Officio , et Missa ad Dominicam praecedentem , cum Vigilia in Sabbato , etiam praecedenti .

Ad 13. *Sanctitas Sua benigne annuit , ut sive Ecclesiae Parochiales sint in Ditione Borussica , sive non , dummodo pars Parochianorum sit in Ditione Borussica, servari possit in omnibus , et quoad totam Parochiam praedictum Breve incipien.*, Potentissimus Borussice Rex etc. *Die 11. Septembris 1790.*

4296. WRATISLAVIEN.

Cum in Ditione Regis Borrusiae a SSmo D. N. Pio VI. Pont. Max. Apostol. Literis in forma Brevis incipien., *Potentissimus*, Festorum numerus imminutus sit, et aliqua Festa in proximos dies Dominicos cum Officio , Missa , et praecepto translata sint , in interpretatione earumdem Literarum Apostolicarum infrascripta Dubia exorta sunt , quae a Capitulo , et Canonicis Ecclesiae Collegiatae SS.Jacobi , et Nicolai Civitatis Nissae in Silesia Dioecesis Wratislavien. ad S. R. C. decidenda , delata sunt , nempe.

1. In nostra Collegiata Ecclesia celebratur Festum S. Agnetis V. et M. cum Octava sub ritu duplicis primae Classis quotannis, proinde dubitatur 1. An, quando Festum SSmi Nominis Jesu ob Dominicam Septuagesimae ad 28. Januarii transferendum est , transferri possit una cum Com. Orationis octavae diei S. Agnetis , vel transferendum sit ad 3. Februarii ? = Quod si ad primum negative , et ad secundum affirmative , quaeritur 2. = An Festum S. Blasii Episcopi, et Martyris , quod in Calendario Dioecesano celebratur sub ritu semiduplici, transferendum sit in aliam diem Festo 9. Lectionum non impeditam ?

2. Quum ex Indulto Apostolico Dominica 3. post Pascha celebretur in hac Ecclesia Collegiata Festum Sanctorum Martyrum Aurelii , Maccarii , Jucundae , et Clarae , ob eorum sacras Reliquias hic conditas sub ritu duplici secundae classis solemniter ; et si in eadem Dominica occurrat in Calendario Dioecesano celebrari Festum Patrocinii S. Josephi Sponsi B. M. V. sub rit. dup.min., exoritur dubium = An Officium de Patrocinio S.Josephi, ob conformitatem cum Dioecesi Romana , transferri perpetuo possit in Dominicam quartam proxime sequentem post Pascha: vel plane quotannis a nobis omitti debeat , aut in aliam diem stabilem transferri , et in quam , cum sit respective Festum mobile sicut Dominica Resurrectionis ? Dubitatur 2. quando Festum Sanctorum Martyrum Aurelii , Maccarii , Jucundae , et Clarae incidit in diem 25. Aprilis 3. 6., vel 8. Maii tamquam Festa altioris gradus , et dignitatis : an transferri , vel omitti debeat , cum tantum , sicut Officium de patrocinio S. Josephi , ex Indulto Apostolico , et non ex mandato celebretur ?

3. Die 10. Maii celebratur Festum translationis S. Nicolai Episcopi , et Confessoris Compatroni Ecclesiae nostrae , et principalioris Capituli sub rit. dup. maj., et in Calendario Dioecesano eodem occurrit Festum S. Antonini Episcopi , et Confessoris , quod huc usque nullam stabilem diem assignatam habuit , supplicatur proinde pro figenda stabili die in 14. Maii , tam-

quam non impedita ab alio Festo 9. Lectionum, cum haec sit proximior impeditis jam aliis diebus proximioribus?

4. Propter Octavam diem S. Jacobi majoris, utpote Patrocinium primarium nostrae Ecclesiae, huc usque Festum S. Petri ad Vincula perpetuo translatum fuit in diem 2. Augusti, tamquam diem stabilem. Ast cum per Bullam Pontificiam Festa Patrocinii Ecclesiarum de praecepto translata sunt in Dominicam proxime sequentem una cum Octava per Dioecesin Ditionis Regis Borussiae, Dubium exortum est: An festum S. Petri ad Vincula, cum non sit amplius dies 1. Augusti impedita, reponendum sit ad ordinem Kalendarii Romani; vel possit apud Ecclesiam nostram manere translatum in diem 2. Augusti?

5. Denique Officium S. Anacleti P. et M. celebratur stabiliter in Dioecesi nostra 2. Augusti, cum vero huc usque apud nostram Collegiatam Festum S. Petri ad Vincula celebratur, diem fixam non accepit, sed quotannis transferebatur: dies 9. Augusti autem non est impedita Festo 9. Lectionum, proinde quaeritur: An dictum Officium perpetuo et stabiliter in diem 9. Augusti, transferri possit pro nostra Collegiata tantum? Quod si Festum S. Petri ad Vincula deberet imposterum iterum in 1. Augusti reponi, debebit tunc Officium S. Anacleti 2. Augusti stabiliter celebrari pro conformitate Calendarii Dioecesani?

6. Ex mandato SSmi dato Romae 29. Aprilis 1788., et publicato 9. Augusti 1789. celebrari debet in statibus Regi Borussiae subjectis quarta Feria post Dominicam 3. post Pascha cum obligatione audiendi Missam, et abstinendi ab operibus servilibus: hac Feria occurrit hoc anno Festum simplex S. Vitalis, dubitatur: An possit transferri Officium 9. Lectionum, quod alia die celebrari impeditum fuit, et an vetentur propter Festum fori Missae privatae votivae, et de Requiem privatae, etiam praesente corpore?

S. eadem Rituum Congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emo, et Rmo D. Card. Archinto Praefecto, respondit: *Detur votum Magistri caeremoniarum, juxta mentem*, nempe.

Ad 1. *Quoad primum quaesitum Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, et patet responsio ad secundum quaesitum.*

Ad 2. *Festum Sanctorum Martyrum Aurelii, et Sociorum esse celebrandum in Dominica 3. post Pascha, et pro Festo Patrocinii S. Josephi esse assignandam perpetuo Dominicam 4. post Pascha, et quoties haec sit impedita, transferendum esse Festum Patrocinii ad primam diem non impeditam, juxta Rubricas.*

Ad 3. *Affirmative, juxta petita.*

Ad 4. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, si tamen S. Jacobus sit Patronus principalis Civitatis, Oppidi, vel Pagi, de quo tantum Patrono transferendum est Festum in Dominicam, juxta Breve Apostolicum; si vero sit Patronus, vel Titularis Ecclesiae Collegiatae tantum, servandas esse Rubricas.*

Ad 5. *Festum S. Anacleti reponendum esse in die 2. Augusti, si Fe-*

stum S. Petri ad Vincula celebretur in die 1., juxta responsionem ad Dubium 4.

Ad 6. *Affirmative ad utrumque. Die* 11. *Septembris* 1790.

4297. LAURETANA.

Praecedentiarum. Inter Dominicum Matteucci, et Dominicum Cingulani Mansionarios Ecclesiae Collegiatae Montis Luponum, Ponente Emo Flangini. *Affirmative*. Die 13. Martii 1792.

Dubium erat, ut sequitur: An in collegiata Ecclesia Montis Luponis, Mansionario coadjutori primae erectionis competat jus sedendi in Choro supra Mansionarium titularem secundae erectionis, et huic praecedendi in omnibus functionibus Ecclesiae in casu etc? Iterum proposita causa. *Die* 26. *Januarii* 1793.

S. C. respondit: *In decisis*.

Verum ad novum examen revocata, in aliam abiit sententiam, et *sub die* 31. *Augusti* ejusdem anni rescripsit: *Praevio recessu a decisis, Coadjutori Mansionario nullum jus competere praecedendi in Choro Mansionarios secundae erectionis et amplius*.

4298. BAHIEN., SEU ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA REFORMATORUM S. FRANCISCI PROVINCIAE S. ANTONII BAHIEN IN BRASILIA.

Cum S.R.C. die 20. Junii 1744. Patribus Ordinis Reformatorum S.Francisci Provinciae Bahien. in Brasilia benigne indulserit, ut in eorum Ecclesiis celebrari possit Missa solemnis festiva cum cantu immaculatae Conceptionis B.M.V. singulis sabbatis non impeditis festo duplici, primae, vel secundae Classis, Vigiliis, atque Octavis privilegiatis; iidem Religiosi S.R.C. humillime supplicarunt, ut infrascripta Dubia definire dignaretur, nempe.

1. An in tali Missa votiva solemni tres Orationes, vel una tantum cum *Credo* dici debeat?

2. An in Sabbatis, in quibus occurrit B. Mariae Virginis quaevis Festivitas, aut infra Octavam ejusdem celebrari debeat Missa ejusdemmet Festivitatis, aut votiva, vel non votiva, an vero semper Missa *Egredimini etc.*, ut in Brevi assignatur?

Sac. eadem Congregatio, audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emo, et Rmo Dno Cardinali Antonio ab Auria, rescripsit: *Juxta votum Magistri caeremoniarum*, nempe:

Ad 1. *Affirmative ad primam partem, juxta modum, scilicet, in Feriis simplicibus, et semiduplicibus tres dicendas esse Orationes: in duplicibus duas, semperque* Hymnum Angelicum *ratione Sabbati; ad secundam partem Negative*.

Ad 2. *Affirmative ad primam partem, nempe celebrandam Missam Festivitatis, aut de infra Octavam, tamquam non votivam, si de eadem Octava recitetur Officium; si vero recitetur Officium alterius Festi, celebrandam esse pariter Missam de infra Octavam, sed more votivo; Negative ad secundam partem*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 26. *Januarii* 1793.

4299. SANTANDERIEN.

Rmus Episcopus Santanderien., S.R.C. enixe supplicavit, ut infrascriptis Dubiis de jure respondere dignaretur.

1. Ex Decreto S. R. C. 23. Junii 1756. in Einsidlensi (3895.) statuitur, quod, cum Festum S.Joannis Baptistae venerit in die Corporis Christi, tunc Officium S. Joannis singulari privilegio transferatur in proximum sequentem diem, a quocumque alio Officio licet impeditum: Sed cum jam in Hispania Octava Corporis Christi sit privilegiata ad instar Octavarum Resurrectionis, et Pentecostes, adeo ut excludat Festa S. Joannis, SSrum Petri, et Pauli, ac omnia quaecumque in ea occurrentia, ex Brevi Apostolico SSmi Domini Nostri Pii VI. 5. Martii 1776. ad instantiam Serenissimi Regis Catholici, cujus Indulti exemplar authenticum exhibetur; ideo quaeritur: An quando Festum S.Joannis incidat in solemnitate Corporis Christi, seu alia die infra ejus Octavam, ideoque post eam transferendum, juxta dispositionem memorati Indulti, debeatur S. Joanni in repositione singulare privilegium, quod illi concedit praedictum Decretum, ita ut perpetuo in tali occurrentia debeat transferri in Hispania ad primam diem post Octavam Corporis, hoc est ad feriam VI. ante Dominicam tertiam post Pentecosten, licet sit occupata alio quocumque Officio; vel potius, omisso praecedentiae jure, et privilegio non suffragante, reponi debeat in prima die non impedita, juxta Rubricam de translatione?

2. In casu, quo officium S. Joannis propter altissimam S. Praecursoris dignitatem tale privilegium adhuc retineat, ut de eo fieri debeat prima die post Octavam Corporis, cum exclusione cujuscumque Festi in eo occurrentis; quaeritur: quid faciendum sit quando in hoc die venerit Festum SS. Apostolorum Petri, et Pauli, Dedicationis Ecclesiae, Titularis loci, aut alia e solemnioribus? An e suo proprio die amovenda, ut Officio S.Joannis relinquatur locus; vel potius faciendum Officium de Festis solemnibus ea die occurrentibus, transferendo ulterius Officium S.Joannis ad aliam diem non occupatam?

3. An, attentis terminis supradicti Indulti, nempe, quod Octava Corporis celebratur in Hispania majori cultu, quo fieri possit, et insuper, quod tam Clerus saecularis, quam regularis teneatur in Dominiis Regis Catholici omnino recitare Officium, et celebrare Missam de Octava singulis ejusdem diebus, dum infra Octavam Corporis occurrit aliqua Vigilia, debeat legi in Officio nona lectio Homiliae cum commemoratione Vigiliae in Laudibus, et Missa, vel potius, attenta hujus Octavae celebritate, nihil tunc de Vigilia nec in Officio, nec in Missa, prout servatur in Festis solemnibus ex Rubrica VII. Breviarii Romani de Vigiliis num. 2.?

4. An, omissa nona Lectione, et commemoratione Vigiliae in casu proposito, sit cantanda in Cathedrali, et Collegiatis, ultra Missam de Octava, alia secunda de Vigilia cum paramentis violaceis, vel haec secunda Missa sit omittenda, ut ad mentem Indulti tam Missa, quam Officium sint omnino de Octava?

5. An in Missis tam privatis, quam solemnibus, quae infra hanc Octa-

vam privilegiatam sunt celebrandae (excepto Festo Corporis, Dominica, et die Octavae) debeant dici duae Orationes tantum, scilicet una de die, et altera Ecclesiae, vel pro Papa, sicuti in Octavis Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes pariter privilegiatis, vel hae duae Orationes debeant esse prima de die, secunda de S. Maria, et tertia Ecclesiae, vel pro Papa, quemadmodum pro Octavis communibus praescribit Rubrica Missalis de Orationibus num. 9. ?

6. An Octavae inchoatae ante Festum Corporis Christi, eo adveniente, penitus terminari debeant in Hispania, attento privilegio istius Octavae, sicuti cessant cum supervenerit Festum Pentecostes, et a die 17. Decembris usque ad Epiphaniam ?

7. An iis in locis, ubi una tantum celebratur Missa diebus Dominicis, et festivis per annum (non tamen solemnioribus) dum aliquis mane sepelitur, et Missa dicitur ante sepulturam, corpore praesente, debeat haec Missa dici de Requiem, ut in die obitus, vel potius tamquam Missa conventualis, cui populus assistit, debeat cantari de die, et Missa de Requiem transferri ad primam diem non impeditam?

8. An, quoties aliquis Sanctus Confessor ritus duplicis transfertur a die sui obitus propter occurrentiam Dominicarum Adventus, et Quadragesimae, et dies proxime sequens non sit impedita, debeat in ea reponi ante alia Festa aequalis ritus, et dignitatis, prius translata, ut in hoc casu Sanctus Confessor habeat integras Vesperas in suo proprio die, et non varietur versus Hymni: *Iste confessor*: dicendo: *Meruit beatas*: tam in primis Vesperis, quam in Matutino, et secundis Vesperis sequentis diei, juxta Decretum S.R.C. 13. Junii 1682. (2838.) ?

9. An praeter hunc casum generaliter Festa translata habeant praecedentiam jure vicinitatis ad repositionem in die proxima immediata non impedita, ita ut in ea de ipsis fieri debeat Officium, etiamsi adsint alia ejusdem ritus, et dignitatis prius translata, vel reponenda sint juxta ordinem translationis, scilicet primo de primo translato, et sic successive ?

10. Festum SSmae Trinitatis in occurrentia non cedit alicui Festo Sanctorum, cujuscumque sit ritus, attamen celebratur sub rit. dupl. secundae classis tantum, ideoque, occurrente in Hispania, ut non raro evenit cum Festo S. Ferdinandi, et aliorum Sanctorum, qui sunt primae classis, his tribuuntur Vesperae integrae cum commemoratione SSmae Trinitatis. Sed cum haec Festivitas major omnibus extet sua incomparabili dignitate, nullumque Sanctorum Festum cum illa possit aequiparari, et aliunde suamet natura omnem solemnitatem exposcere videatur: quaeritur; an eodem modo, quo praedicta Festivitas excludit omnia Festa etiam primae classis in ea occurrentia, ita quando cum ipsis concurrit, debeat habere secundas Vesperas, licet Festum sequens sit primae classis ? Et quatenus negative; supplicatur pro gratia saltem quoad Dioecesim Santanderien. ex privilegio elevationis ritus, seu quomodocumque placeat EE. VV., ad confovendam devotionem erga praecipuum Christianae Religionis Mysterium ?

11. In Hispania ex concessione S. R. C. celebrantur plura SSrum Festa

particularia cum Octavis, ut S. Idelphonsi Archiepiscopi Toletani, S. Juliani Episcopi Conchensis, S. Ferdinandi Hispaniarum Regis, S. Elisabeth Viduae, S. Isidori Agricolae etc. Sed cum, multitudine aliorum Officiorum, quae tam ad universalem Ecclesiam, quam ad praefata Regna omnino extenduntur, jam dies liberi pro omnibus in anni decursu deficiant, et ideo opus sit, talia Festa magna ex parte singulis annis penitus supprimere, vel ad leges Festorum simplicium ea redigere: quaeritur ergo: An moderari possint praedictae Octavae minus principales in posterum omissae, ut exinde omnium Officiorum consulatur recitationi, sicut nuper fecit Ordo Minorum S. Francisci quoad majorem partem suarum Octavarum particularium, accedente auctoritate, et aprobatione S. R. C.?

12. In nominatis Regnis adsunt insuper ex concessione aliqua Sanctorum secundaria Festa, nempe conversionis S. Augustini die 5. Maii, Transverberationis S. Theresiae 27. Augusti, commemorationis S. Juliani Episcopi 5. Septembris, et alia similia, quae ritu duplici celebrantur, praeter ipsorum Sanctorum Festivitates principales: quaeritur igitur: An pariter ista secundaria Festa possint comprehendi in enunciata moderatione, recedendo a dictorum Officiorum recitatione, quamquam acceptata, ut Officiis primariis in anno locus non desit, sicut pariter pro secundariis suis Festivitatibus ad praxim adduxit Ordo S. Francisci in sui Breviarii novissima reformatione?

13. An stante hujusmodi suppressione debeat fieri commemoratio de Festis secundariis sic suppressis in illis diebus, in quibus nunc celebrantur tamquam de simplicibus cum nona Lectione ad matutinum, et commemoratiune in Officio, et Missa, vel potius omnia sint omittenda, tamquam si talia officia nullo tempore fuissent admissa, et acceptata?

14. An, concessa Octavarum moderatione, prout convenit, ut diebus inde vacuis aliorum Officiorum provideatur substitutioni, possit Episcopus alia Officia fixe reposita, quae non sunt de praecepto, e sua actuali sede mutare, ipsisque noviter aliam diem ante, vel post perpetuo assignare, prout cungruentius omnium Officiorum celebrationi, quae desideratur, expediat? Et quatenus opus sit, supplicatur pro facultate, ut procedere possit Episcopus ad hanc Sanctorum fixam adsignationem, ut exinde praesertim Calendarii Dioecesani efformatio ad meliorem ordinem redigatur?

15. S. Jacobus est Patronus universalis Regnorum Hispaniae, Sancti vero Martyres Hemeterius, et Caledonius Fratres sunt Patroni particulares Ecclesiae Cathedralis, et totius Dioecesis Santanderiensis rite electi, et novissime approbati a S. R. C. Quaeritur igitur: Quis ex his Patronis debeat nominari tam in confessione post nomina SSrum Apostolorum Petri, et Pauli, quam in Oratione: *A cunctis*, quando in Missis haec Oratio dicitur in Ecclesia matrice, et in coeteris Dioecesis?

16. In casu, quo ob dignitatis praestantiam nominari debeat S. Jacobus; quaeritur: An post Sanctorum Apostolorum, exprimi etiam possint nomina SSrum Hemeterii et Caledonii in praedicta oratione, et confessione, praecipue in Ecclesia matrice, ubi sacra eorum Capita ab antiquissimo tempore maximo admodum cultu, et religione venerantur? Et si negative;

supplicatur pro gratia ad promovendum cultum, qui ipsos decet in Ecclesia Cathedrali, ac tota Dioecesi ratione sui specialissimi Patronatus?

17. Festum S.Laurentii Martyris particulari solemnitate gaudere videtur in universali Ecclesia habens vigiliam, octavam etc.; Festum autem SSrum Justi, et Pastoris, licet apud Hispanos ejusdem ritus nullam solemnitatem habet: Quaeritur: An in concurrentia debeantur Vesperae integrae S. Laurentio tamquam solemniori, cum commemoratione praecedentis ad sensum Rubricae 11. Breviarii Romani de Concurrentia num. 2.?

18. S. Joannis Nepomuceni Martyris celebratur in Cathedrali Santanderiensi cultu maxime solemni, pompa exteriori, concursuque populi propter particulares devotionis causas, asservationem Reliquiae etc.; Festum autem S. Isidori, licet ejusdem ritus, omni solemnitate caret; quaeritur igitur: An in concurrentia debeantur Vesperae integrae in Cathedrali S. Joanni Nepomuceni propter majorem solemnitatem, qua celebratur ad sensum memoratae Rubricae? Et si affirmative; petitur declarari; An idem fieri debeat in casibus similibus, ita ut major solemnitas exterior, qua festa Sanctorum celebrantur in propriis Ecclesiis, sit sufficiens, ut adjudicentur ipsis Vesperae integrae, in concurrentia cum aequalibus quoad ritum, et dignitatem?

19. An, concurrentibus Festis Patrocinii S.Joseph, et apparitionis S.Jacobi, quae pro Hispania sunt duplicia minora, cum aliis festis primariis ejusdem ritus, licet inferioris dignitatis, Vesperae integrae sint persolvendae de Festis secundariis cum commemoratione antecedentis, aut subsequentis Festi, vel potius in hoc casu, cum de Festis secundariis agitur, Vesperae debeant dimidiari, nullo habito respectu ad majorem dignitatem, utpote non attendendam, nisi in Festis primariis?

20. In Breviario Romano (fortasse typographorum causa) in Sanctis Hispaniae inveniuntur plura Officia ritus dupl. min., aut semidupl., quibus assignantur lectiones primi nocturni de communi, cum super hoc in Decretis concessionum nihil constet, quod accidit praecipue in Festis SSrum Cecilii, Secundi, Aloysii Gonzagae, Guillelmi, Justae, et Rufinae, Pantaleonis, Antonini, Fructi, Eugenii, aliisque similibus. Sed cum hoc Rubricis Breviarii Romani adversari videatur, et aliunde detrimentum tum afferat lectioni de sacra Scriptura per annum distributa, ut aliquid quotidie ex ea legatur (sicut inquit Rubrica de Lectionibus num. 5.) dissonatque demum a decisis Sac. Rit. Congnis, quae in Aquensi 2. Septembris 1741. Lectiones primi Nocturni in Festo S. Theresiae Virginis praecipit legi de Scriptura, et non de communi; idcirco quaeritur ultimo: An idem fieri debeat in supradictis Festis, et aliis similibus, servata regula generali, ut scilicet, nulli Festo dup. min., et multo minus semidupl. adjudicentur in primo nocturno lectiones de communi, nisi expresse constet de assignatione, et concessione?

Sac. eadem Congregatio, exquisita sententia unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Archinto Praefecto, respondit. Ad 1. *Officium S. Joannis Baptistae reponendum es-*

se in prima die post Octavam SSmi Corporis Christi, *dummodo non sit impedita festo aequalis ritus*.

Ad 2. *Provisum in primo* : (Advertendum, quod hujusmodi Rescripta innitebantur expressioni Brevis Apostolici, quae postea, perquisitis authographis, inventa est, typorum forte errore, a vero longe abesse, hinc, errore detecto, fuerunt revocata, ut patet ex Epistola jussu Pontificis data ad Nuntium Apostolicum apud Regem Catholicum sub die 16. Decembris 1796. infra suo loco legenda, scilicet sub *num.* 4323).

Ad 3. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*.

Ad 4. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*.

Ad 5. *Dicendas esse tres Orationes a Rubrica praescriptas pro Octavis communibus*.

Ad 6. *Negative*.

Ad 7. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*.

Ad 8. 9. *et* 10. *Servandas esse Rubricas*.

Ad 11. 12. 13. *et* 14, *Sac.Rit. Congregatio facultatem tribuit Rmo Episcopo reformandi Calendarium*, *juxta petita pro suo arbitrio*, *et prudentia*, *ita tamen ut de Festis secundaris*, *quae supprimuntur*, *fiat commemoratio in utrisque Vesperis*, *Laudibus*, *et Missa cum nona Lectione ad Matutinum*, *et quoad omnia serventur Rubricae*.

Ad 15. *In qualibet Ecclesia nominandum esse Patronum*, *seu Titularem proprium ejusdem Ecclesiae*.

Ad 16. *Provisum in praecedenti*.

Ad 17. *Affirmative*.

Ad 18. *Posse recitari Vesperas integras illorum Sanctorum*, *quorum Festa celebrantur cum solemnitate*, *et Populi concursu*, *facta commemoratione tantum alterius Officii concurrentis ejusdem ritus*.

Ad 19. *Quoad Festum Patrocinii S. Joseph Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*. *Quo vero ad Festum Apparitionis S.Jacobi*, *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*.

Ad 20. *Affirmative*. Atque ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 26. *Januarii* 1793.

4300. URBINATEN.

Quum in Civitate Urbinatensi vigeat consuetudo, ut Confessarii Asceteriorum Monialium, postquam easdem communicaverint per cancellos cum sacra Pyxide, in qua asservatur SSmum Sacramentum, eisdem benedicant; Iidem Confessarii S.R.C. enixe supplicarunt, ut in infrascripto Dubio, quid servandum sit decernere dignaretur, nempe: An consuetudo dandi benedictionem cum Sacra Pyxide Sanctimonialibus ritu superius expresso sit sustinenda, vel rejicienda?

Sac. eadem Congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, audito etiam Rmo Archiepiscopo, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Salviati, rescripsit: *Negative in omnibus*. *Die* 16. *Januarii* 1793.

4301. ASCULANA.

Exorta controversia inter Archidiaconum Phillppum Merli Praefectum Choro Cathedralis Asculanae, et Magistratum ejusdem Civitatis super nonnullis reverentiis, seu capitis inclinatioubus fieri solitis coram SSño Sacramento publicae venerationi exposito, cum Rñus Vicarius Capitularis provisionale Decretum interposuisset, ejusque revocationem Archidiaconus a S. R. C. petiisset.

Sac. eadem Congregatio, Magistratu dilationem frustra postulante, referente Eño, et Rño Domino Cardinali Borgia, rescribendum censuit: *Nemini deberi reverentiam, et amplius. Die* 31. *Augusti* 1793.

4302. CAESENATEN.

Exorta controversia inter Sacerdotem Joannem Galeffi Cappellanum Societatis S. Mariae de Populo Terrae Gattei Dioecesis Caesenaten, et Sacerdotem Petrum Coelestinum Galli, de loco et praecedentia in publicis Ecclesiasticis functionibus, eaque delata ad Sac. Rit. Congregationem.

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, ad infrascriptum Dubium per Eñum, et Rñum Dominum Cardinalem Antonium ab Auria relatorem propositum die 26. Januarii labentis anni, scilicet?

An Capellanus S. Mariae de Populo Terrae Gattei invitari, et respective inservire debeat tertio loco in sacris publicis functionibus, ita ut sit danda manutentio in casu etc? respondit: *Negative*: cumque iterum in hodierna Congregatione de eadem causa actum sit sub dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc? Et utraque parte informante, referente Eño, et Rño Domino Cardinali Salviati, loco praefati Eñi, et Rñi Domini Cardinalis Antonii ab Auria ab Urbe absentis, rescriptum edidit. *In decisis et amplius. Die* 31. *Augusti* 1793.

4303. FAVENTINA.

Processionis inter Communitatem Balneacaballi, nec non Societatem S. Annae vulgo *dei battuti neri* contra Patres Conventuales, Ponente Eño, et Rño D. Card. Archinto Praefecto; *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*, *et amplius. Die* 23. *Augusti* 1793.

Dubium autem quod discutiendum, et judicandum proponebatur, sequens est: An in Processionibus B. M. V., quae fiunt interveniente Capitulo Ecclesiae Matricis cum ejus Magistro caeremoniarum, liceat Minoribus Conventualibus superpelliceo indutis vagari, sub praetextu dirigendi Processionem, vel deferendi S. Imaginem, seu potius teneantur sub propriae Religionis vexillo incedere in casu etc?

4304. EADEM.

Contra Tertiarios ejusdem Ordinis; Ponente eodem Eño Praefecto: *Firmo remanente jure gestandi sacram Imaginem favore Confratrum S. Annae*; *in reliquis*, *omnes tam Confratres*, *quam Tertiarii incedant sub propriis vexillis*, *et amplius. Die* 31. *Augusti* 1793.

Dubium autem, quod discutiendum, et judicandum proponebatur, est ut sequitur: An, et quomodo in Processionibus B. M. V., quae fiunt, interve-

niente Capitulo Ecclesiae Matricis, Laici tertii Ordinis S.Francisci, et Confratres S. Aunae teneantur incedere in casu etc ?

4305. RAVENNATEN.

Inter Dominum Archidiaconum Ecclesiae Metropolitanae Andream Pignotti, et Promotorem Fiscalem Curiae Archiepiscopalis Ravennae, Ponente Emo Archinto Praefecto : *Negative in omnibus,et amplius. Die* 31. *Augusti* 1793.

Dubium autem, quod discutiendum proponebatur, sequens est : An, et in qua possessione sit Archidiaconus ducendi secum ad latus proprium Cappellanum in publicis supplicationibus, quae fiunt cum interventu, sive sine interventu Archiepiscopi, ita ut sit danda manutentio in casu etc.?

4306. SANTANDERIEN.

Rmus Episcopus Santanderiensis humillime supplicavit S. R. C. pro sequentibus concessionibus, videlicet.

1. Quod in Cathedrali Ecclesia, nec non insigni Collegiata vulgo *de Santillana* Festum Inventionis S. Crucis die 3. Maii sit primae classis, fiatque additio ad sextam lectionem consueti Officii ejusdem Festi, ut in supplici libello.

2. Quod Officium S.Joannis Nepomuceni habiti a Cathedrali, ut praecipui Patroni a duplici majori elevetur ad dupl. primae classis pro eadem Cathedrali, et ad dup. secundae classis pro tota Dioecesi cum approbatione novi Officii exhibiti.

3. Quod Officium S. Julianae Virg., et Mart. Patronae principalis Oppidi Santillanae sit secundae classis pro tota Dioecesi Santanderiensi, et in ejus Festo recitentur lectiones secundi Nocturni propriae usquehac sumptae ex Codice Ecclesiae Burgensis a Clemente PP. VIII. approbatae cum nova additione ad sextam lectionem.

4. Quod die 16. Augusti recitari possit Officium S. Rochi in Civitate Santanderiensi ritu dup. min., ut Patroni minus principalis ejusdem Civitatis cum facultate utendi oratione, et lectionibus secundi nocturni propriis jam approbatis, quae recitantur in Ecclesiis Burgen. Compostellana, Lucens.

5. Quod in Officio SSrum Martyrum Hemeterii, et Caledonii jam approbato reformentur IV. et VI. lectio, ut in supplici libello.

6. Quod Officium S. Thomae a Villanova a ritu dupl. min. elevetur ad ritu dupl. maj. pro tota Dioecesi Santanderiensi cum concessione Officii proprii jam approbati pro Ordine Eremitarum S. Augustini.

7. Quod in Ecclesia Collegiata de Santillana, et aliis locis Dioecesis Santanderiensis, ubi adsint Capita, aut aliae Reliquiae insignes SSrum Ursulae, et Sociarum, fieri possit Officium ritu duplici cum lectionibus secundi nocturni propriis, prout in recentiori Breviario Romano Seraphico cum nova additione ad sextam lectionem, ut in supplici libello.

8. Quod in novo Officio SSrum Martyrum Servandi, et Germani, quod recitatur in Hispania ritu duplici, recitetur in tota Dioecesi Santanderien. die 23. Octobris, et additio fiat ad sextam lectionem ejusdem Officii, ut in supplici libello.

9. Quod in tota Dioecesi Satanderien. die 30. Octobris celebrari possit Festum Sacrarum Reliquiarum, quae asservantur tam in Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis ejusdem Dioecesis cum Officio, et Missa propriis ritu dup. maj.

Et Sac. eadem Congregatio ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Archinto Praefecti, rescribendum censuit, prout infra.

Ad 1. *Relatum*.

Ad 2. *Quoad primam partem pro gratia, juxta petita; quoad secundam pro extensione Officii jam approbati pro Ditione Veneta*.

Ad 3. *Quoad primam partem pro gratia; quoad secundam, relatum*.

Ad 4. *Quoad primam partem pro gratia juxta petita, quoad secundam pro extentione Officii jam approbati pro Confraternitatibus Urbis, et Civitatis Tusculanae*.

Ad 5. *Relatum*.

Ad 6. *Relatum*.

Ad 7. *Pro gratia ritu dup. min., in reliquis, relatum*.

Ad 8. *Pro gratia Officii, dummodo sit approbatum, demptis additionibus, ritu dup. min.*

Ad 9. *Pro gratia Officii, et Missae jam adprobat. pro Basilica Lateranensi cum Oratione* = Auge etc. = *citra adprobationem omnium supradictarum Reliquiarum. Die* 31. *Augusti* 1793.

4307. LUCANA.

Cum in Ecclesia parochiali S. Michaelis Archangeli vulgo nuncupata di Fibialla Dioecesis Lucanae, ab antiquo tempore invaluerit usus, quod Diaconus, et Subdiaconus in Vesperis solemnibus praestent assistentiam Celebranti non induti Pluvialibus, sed Tunicella, et Dalmatica: modo Sacerdos Aloysius Lignani praefatae Ecclesiae Parochus humillime supplicavit S.R.C., ut, attentis peculiaribus circumstantiis, liceret continuare in eadem consuetudine?

S. R. C., audito Rmo Archiepiscopo, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Archinto Praefecti, et Ponentis, sequens Rescriptum edidit: *Arbitrio Rmi Archiepiscopi. Die* 31. *Augusti* 1793.

4308. SPOLETANA.

Delata ad Sac. Rit. Congregationem controversia inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Petri Civitatis Spoletanae, et Angelum Placidi Coadjutorem Prioris ejusdem Ecclesiae: An eidem Placidi competat jus lucrandi distributiones, dum interest Choro cum habitu Protonotarii, non vero cum vestibus, et insigniis canonicalibus:

Sac. eadem Congregatio, audita sententia Rmi Episcopi, inspectis peculiaribus circumstantiis, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Livizzani rescripsit: *Licere Coadjutori Placidi adhibere vestem praelatitiam in Choro, et quotiescumque tali veste indutus Choro interfuerit, facere fructus suos, et distributiones lucrari. Die* 31. *Augusti* 1793.

4309. SENOGALLIEN.

Cum exorta fuisset controversia inter Canonicos Ecclesiae Cathedralis

Senogallien. ex una parte, et Mansionarios ejusdem Ecclesiae ex altera parte, circa onera eorumdem Mansionariorum, et servitium, seu assistentiam ab iisdem praestandam Canonicis in Officio Diaconi, et Subdiaconi, infrascripta Dubia ad judicium Sac. Rit. Congregationis delata sunt, nempe.

1. An teneantur Mansionarii in diebus ferialibus celebrare, seu canere Missam conventualem in casu etc?

2. An teneantur Mansionarii praestare servitium in qualitate Diaconi, et Subdiaconi Canonico ubique celebranti in casu etc.? Et quatenus affirmative.

3. An cogi possint Mansionarii ad praestaendum servitium Canonico celebranti, eique subministrare sacras vestes, dum eas induit in Sacrario Canonicorum in casu etc?

4. An, et in quacumque benedictione Canonici celebrantis teneatur Diaconus Mansionarius dicere: *Benedicite R̃me Pater*, et non: *Benedicite R̃ñde Pater*, in casu etc?

5. An, et quomodo Mansionarii in Missis, et Vesperis sint thurificandi in casu etc?

Sac. Congregatio. *Die* 26. *Januarii superioris anni* 1793., referente Eĩiõ, et R̃mo D. Cardinali Archinto Praefecto, audita utraque parte, respondit. Ad 1. *Iterum proponatur*.

Ad 2. *Negative*.

Ad 3. *Provisum in secundo*.

Ad 4. *Negative*, *et amplius*.

Ad 5. *Thurificandos unico ductu*, *et amplius*.

Instaurato deinde judicio quoad tria tantum Dubia, iisque in haec verba propositis, nempe.

1. An teneantur Mansionarii in diebus ferialibus celebrare, seu canere Missam conventualem in casu etc?

2. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum in casu etc?

3. An sit standum, vel recedendum a decisis quoad tertium in casu etc?

S. ead. Congr., utraque parte iterum audita, ad relationem ejusdem Emi, et R̃mi Domini Cardinalis Archinto Praefecti, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *In decisis*, *et amplius*.

Ad 3. *In decisis*, *et amplius*. *Die* 18. *Februarii* 1794.

4310. SPOLETANA.

Exorta controversia inter Capitulum Ecclesiae Cathedralis Spoletanae, atque Canonicum Clericum Antonium Martani ex una, atque Canonicum Sacerdotem Philippum Sanzi possessorem Praebendae nuncupatae *de consortio* ex altera partibus, de praecedentia, ac jure sedendi in Choro; eaque delata ad Sac. Rit. Congregationem, infrascripta Dubia proposita fuerunt.

1. An Canonico Presbytero posteriori in possessione Praebendae *de consortio*, competat jus sedendi in Choro supra quemlibet Canonicum non Presbyterum antiquiorem, et huic praecedendi in omnibus functionibus Ecclesiasticis in casu etc? Et quatenus affirmative.

2. An eidem Canonico Presbytero post assumptum Sacerdotium sit danda eadem praecedentia in casu etc?

Sac. eadem Congregatio, utraque parte informante, et Emo, et Rmo Domino Cardinali Livizzani referente, rescribendum censuit.

Ad 1. *Affirmative, et amplius.*

Ad 2. *Affirmative, et amplius. Die* 18. *Februarii* 1794.

4311. CERVIEN.

Exorta controversia inter confratres Societatis nuncupatae *del consorzio* erectae in Ecclesia Collegiata Terrae Massae Fiscajae, et Parochos ejusdem Ecclesiae, de jure Cappellani ejusdem Societatis deferendi stolam in Ecclesiasticis functionibus, in quibus cum eadem Societate tamquam Cappellanus incedit; eaque ad Sac. Rit. Congregationem delata.

Sac. eadem Congregatio, auditis rationibus utriusque partis, et relatione Vicarii Capitularis, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Borgia, declaravit: *Licere Cappellano Societatis* de consortio *deferre stolam in omnibus functionibus solitis, et ad ipsam Societatem specialiter spectantibus, etiam in transitu per Ecclesiam; quo vero ad associationem cadaverum, teneri ipsum Cappellanum incedere cum Societate, adhibita stola extra Ecclesiam tantum. Die* 23 *Augusti* 1794.

4312. FAVENTINA.

Exorta controversia inter confratres Societatis S. Annae nuncupat. *Battuti neri*, et confratres Congregationis tertii Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Balneacaballi Dioecesis Faventinae, de ordine inter eos servando, cum Imago B. M. V. circumfertur; infrascriptum Dubium ad Sac. Rit. Congregationis judicium delatum est, nempe = An, et quomodo in Processionibus B. M. V., quae fiunt, interveniente Capitulo Ecclesiae Matricis, Laici tertii Ordinis S. Francisci, et confratres S. Annae teneantur incedere in casu etc?

Sac. ead. C., visis, et perpensis juribus utriusque partis, referente Emo, et Rmo D. Card. Archinto Praefecto die 31. Augusti 1793., rescripsit = *Firmo remanente jure gestandi sacram Imaginem favore confratrum S. Annae, in reliquis omnes tum tertiarii, quam confratres incedant sub propriis vexillis, et amplius.*

Cum vero eadem causa rursus in S. R. C. proposita fuerit super declaratione praefati Rescripti, Emi Patres Sacrae Congregationi praepositi, iterum audita utraque parte, sequens ediderunt Rescriptum.

Sac. Rit. Congregatio, *declarando rescriptum diei* 31. *Augusti* 1793. censuit: *Licere confratribus S. Annae gestare sacram Imaginem alternatim cum aliis quatuor ad eorum latera adstantibus absque cereis: licere vero tam confratribus, quam tertiariis, cum cereis accensis adesse, juxta solitum in Ecclesia Patrum Conventualium tantum, post reditum Processionis ad eamdem Ecclesiam, et amplius. Die* 23. *Augusti* 1794.

4313. S. JACOBI DE SPATHA NULLIUS PROVINCIAE COMPOSTELLANAE.

Rmę Domine = Cum orta sit dubitatio inter Ecclesiasticos viros Rega-

lis Cappellae Titulo SSmae Crucis Oppidi Caravaccae in ista tua jurisdictione S. Jacobi de Spatha Nullius Dioecesis Compostellanae existentis, circa externas significationes venerationis, et publicos actus cultus, qui exhiberi consueverunt erga eam Crucem, quae maxima religione in praedicta Cappella asservatur; num scilicet retineri possit consuetudo, cujus initii memoria non extat, exhibendi eidem Sanctae Cruci eosdem externos actus cultus, qui SSmo Eucharistiae Sacramento exhibentur, praeter modum a Rubricis, et Decretis S. R. C. praescriptum, vel ab iisdem sit abstinendum, ejusque cultus ad Rubricarum, et Decretorum normam sit exigendus; proindeque, ad amovendam omnem haesitationem, S.R.C. supplicaverint, ut, quid hoc in casu agendum foret, decerneret.

Emi, et Rmi Domini Patres S. R. C. praepositi, exquisita sententia unius, ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, ac re mature perpensa, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Antonio ab Auria, censuerunt = *Tibi per hasce literas significandum esse; quod si revera noscas consuetudinem esse immemorabilem, atque etiam praevideas, ex immutatione facienda, ut Rubricis, Decretisque satisfiat, nedum admirationem, sed scandalum in Populo oriri, aut languorem in religione erga praedictam S. Crucem induci posse, nihil innovari permittas, et diu bene valeas. Romae* 23. *Augusti* 1794.

4314. TAURINEN.

Cum Praeposito, et Patribus Collegii Clericorum S. Pauli Cherii Taurinen. Dioecesis, quaedam orta fuerint Dubia, circa onus recitationis Officii Dedicationis Ecclesiae; hinc humillimis precibus a S. R. C. declarationem petierunt.

1. An Clerici Regulares S. Pauli Civitatis Cherii Episcopalis Cathedrae honore destitutae, Ecclesiam nacti nulla adhuc solemni consecratione decoratam, ad aliquod celebrandum Dedicationis Ecclesiae Officium teneantur?

2. Et quatenus affirmative: An teneantur Festum celebrare Dedicationis Ecclesiae principalis ejusdem Civitatis Officio secundae clas. sine Octava?

3. Et quatenus negative: An saltem teneantur, uti solebant, memoriam agere Officio secundae class. sine octava Dedicationis Ecclesiae Metropolitanae Augustae Taurinorum, in cujus Dioeceseos finibus, licet quinque circiter mille passus dissitis, sita est eadem Cherii Civitas?

Sac. vero Congregatio, perpensa sententia unius ex caeremoniarum Magistris typis etiam vulgata, censuit: Ad 1. *Non debere Officium peragere Dedicationis propriae Ecclesiae, quae non est consecrata.*

Ad 2. *Non posse Dedicationem Ecclesiae principalis Cherii celebrare.*

Ad 3. *Non teneri ulla obligatione ad Dedicationem Metropolitanae Ecclesiae Taurinen celebrandam; et quatenus laudabilem consuetudinem illam celebrandi retineri velint, eam esse sub eo ritu ab iis celebrandam, quo consuevit a dup. secundae class. inclusive.* Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 21. *Martii* 1795.

4315. CONIMBRIEN.

Moniales Ordinis S. Francisci Asceterii titulo SSm̃i Sacramenti Oppidi vulgo dicti de Laurizal Dioecesis Conimbrien adfirmantes ex speciali Sedis Apostolicae privilegio in earum Asceterio, et Ecclesia recitari Officium ritu dup.maj., Missamque celebrari de SSm̃o Sacramento in omnibus Feriis V. Festo duplici. 1. vel 2. class. non impeditis, a S.R C. declarationem infrascriptorum Dubiorum precibus humillimis postularunt.

1. An in Missa, quae celebratur in Ecclesia Monialium oratricium de SSm̃o Sacramento omnibus Feriis V. 1. vel 2. class. non impeditis, *Symbolum* dici debeat?

2. An in eadem Missa dici possit Sequentia: *Lauda Sion etc*?

3. An Cappellani, qui in Ecclesia praedicta, juxta ritum Monialium, quotidie Missam celebrant, possint Officium Monialium recitare?

Sac. eadem Congregatio, perpensa prius unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia typis etiam vulgata, referente Em̃o, et Rm̃o Dño Cardinali Borgia, ad tria proposita Dubia rescribendum censuit: *Negative*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 21. *Martii* 1795.

4316. FOROLIVIEN.

Praecedentiarum inter Archipresbyterum S. Martini, aliosque Parochos Congregationis S. Petri in Trento, et Dñum Franciscum ex Marchionibus Albicini Archipresbyterum S. Petri in Trento Ponente Em̃o, et Rm̃o Antonio ab Auria. Ad 1. *Affirmative, et amplius*.

Ad 2. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*. *Die* 29. *Augusti* 1795.

Dubia autem, quae discutienda, et judicanda proponebantur sunt, quae sequuntur.

1. An, absente, vel impedito Archipresbytero Coadjuto S.Petri in Trento competat Archipresbytero Coadjutori praecedentia, et manutentio tum in ordine sedendi, cum in Processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis, et actibus sive publicis, sive privatis supra Archipresbyterum S. Martini in Barisano, aliosque Parochos Congregationis in casu etc?

2. An impediti, vel nolentes Archipresbyter S. Martini in Barisano, aliique Parochi Congregationis S.Petri in Trento, exercere solemnia, aliasque Ecclesiasticas functiones in eorum respective Ecclesiis, possint ad illa peragenda, quem malint substituere, seu potius jus illa exercendi competat Archipresbytero S. Petri in Trento, et eo absente, vel impedito ejus Coadiutori, et in quibus Ecclesiis in casu etc?

4317. FIRMANA.

Exorta controversia inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae SSrum̃ Apostolorum Petri, et Pauli Oppidi Montis Ulmi Firmanae Dioecesis, et Patres Minores S.Francisci ejusdem Oppidi circa ordinem servandum in solemni supplicationis pompa, quae singulis annis in Festo S. Antonii Patavini ducitur ab Ecclesia eorumdem Patrum Minorum Conventualium, infrascripta Dubia a me infrascripto Secretario, loco Em̃i, et Rm̃i Dñi Cardinalis Borgia ab Urbe absentis, proposita fuerunt, nempe.

1. An concordia inita anni 1773. sustineatur, et sit observanda in casu etc? Et quatenus negative.

2. An Capitulum Collegiatae Ecclesiae Montis Ulmi teneatur intervenire supplicationi S. Antonii, et quomodo praecedere debeat invitatio, et sit recipiendum in casu etc?

3. An, et a quibus deferenda sit Reliquia ejusdem Sancti in casu etc?

Sacra eadem Congregatio, utraque parte et voce, et scripto audita, respondit: Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. et 3. *provisum in primo, et amplius. Die* 30. *Aprilis* 1796.

4318. RIPANA.

Proposita in S. R. C. ordinaria habita die 29. Augusti anni proxime praeteriti ab Emo, et Rmo Dno Cardinali Rinuccini controversia exorta inter Sacerdotem Dominicum Recco Archipresbyterum Ecclesiae Cathedralis Ripanae ex una, et Sacerdotem Michaelem Angelum Tanursi Canonicum Theologum ejusdem Cathedralis ex altera partibus, circa tempus habendae lectionis sacrae Scripturae in eadem Ecclesia Cathedrali, ac disputato infrascripto Dubio, videlicet.

An liceat Canonico Theologo explicare populo sacram Scripturam in diebus festis inter Missarum Solemnia, et praecise post Evangelium in casu etc?

Sac. eadem Congregatio, audito prius Rmo Episcopo Ripano, perpensisque juribus Archipresbyteri, Canonico Theologo vadimonium deserente, respondit: *Negative*. Hodie vero iterum ab eodem Relatore proposito eodem Dubio, audito pariter uno Archipresbytero, respondit: *In decisis, et amplius. Die* 30. *Aprilis* 1796.

4319. VICEN.

Cum jam die 19. Augusti anni proxime praeteriti delata fuisset ad Sac. Rituum Congregationem ab Emo, et Rmo Dno Cardinali Antonio ab Auria controversia exorta inter Capitulum, et Canonicos Collegiatae Manresae ex una et Superiores nonnullorum Ordinum regularium, scilicet PP. Praedicatorum, Carmelitarum antiquae observantiae, ac Minimorum S. Francisci de Paula, ejusdem Civitatis ex altera partibus, circa benedictionem dandam a Canonico celebrante Missam Concionatori verba facturo inter Missarum solemnia, nec non circa osculum manus ejusdem Canonici celebrantis ab eodem Concionatore post benedictionem dandum; Emi, et Rmi eidem Congregationi praepositi causam ampliarunt. Hodie vero iterum ab eodem Emo, et Rmo Dno Causae Relatore proposita eadem controversia una cum libello Capituli, et Canonicorum pro reformatione Dubiorum.

Eadem S. R. C., visis juribus utriusque partis, primo definivit, Dubia proponenda esse in hunc modum.

1. An Concionatores in Ecclesia Collegiata Manresae teneantur petere benedictionem a Canonico celebrante? Et quatenus affirmative.

2. An Concionatores, etiam Superiores Regulares, teneantur deosculari manum Canonici celebrantis post benedictionem ab eo acceptam?

Deinde ad eadem Dubia respondit : *Affirmative ad utrumque , et amplius . Die* 20. *Aprilis* 1796.

4320. BRACHAREN.

Cum Magister caeremoniarum Ecclesiae titulo B. M. V. Olivae Vivamanensis , Dioecesis Bracharen., supplex fuerit ad S.R.C., ut infrascripta Dubia declarare dignaretur , scilicet .

1. An coram SSmo Sacramento publice exposito, vel non , Concionator petere debeat benedictionem in qualibet Concione a quoquam Celebrante ?

2. An in iis illis Ecclesiis, ubi sit consuetudo , ut hujusmodi benedictio petatur a quocumque Celebrante , etiam exposito Sacramento , continuari debeat , nec ne ?

3. An Chorus dum recitat horas canonicas ante SSmum Sacramentum velo coopertum in loco eminenti , sedere , et tegere caput cum bireto valeat , vel stare debeat nudo capite , quasi esset sine velo ?

4. An prima Dignitas dictae Collegiatae , qui adhuc non est Sacerdos in benedictione candelarum , et palmarum ministrare debeat Sacerdoti celebranti candelam , et palmam , vel potius similes actiones ad secundam Dignitatem Sacerdotem , praesente in Choro supradicta prima Dignitate , pertinere debeant ?

5. An Canonicus Sacerdos in Feria V. Coenae Domini Communione generali super almutiam stolam a collo pendentem habere debeat , vel solum super cottam ?

6. An in Dominica ipsa Octava Corporis Christi , aut alia designata per annum in quibus recitatur Officium ritus dupl. et solet fieri Processio SSmi Sacramenti per diversas Parochias, et Ecclesias Civitatis , ut in Festo Corporis Christi , et certum , ac designatum diem habet cum concursu populi ejusdem Parochiae , debeat Missa celebrari pro re gravi de SSmo Sacramento post Nonam , vel dici de Dominica , aut Festo cum commemoratione SSmi Sacramenti ?

Sac. eadem Congregatio , exquisita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris , eaque typis etiam vulgata , referente Emo , et Rmo Dno Cardinali Antonio ab Auria Ponente , rescripsit : In omnibus juxta sententiam ejusdem Magistri caeremoniarum , cujus libellum tradi Oratoribus pro norma mandavit . Ejus autem sententiae haec est summa : Ad 1. *Affirmative , si in Dioecesi Bracharensi adsit consuetudo ; secus petendam esse benedictionem a Celebrante , dummodo sit Episcopus , juxta formam praescriptam in Caeremoniali Episcoporum lib.* 1. *cap.* 22.

Ad 2. *Provisum in primo .*

Ad 3. *Poterit Clerus sedere, tecto etiam capite cum bireto , sed laudandus esset , si sederet detecto capite .*

Ad 4. *Affirmative ad primam partem , Negative ad secundam .*

Ad 5. *Servandam esse locorum consuetudinem .*

Ad 6. *Missa dici debet de Dominica , aut Festo occurrente cum commemoratione SSmi Sacramenti .* Et ita servari declaravit . *Die* 10. *Septembris* 1796.

4321. PANORMITANA.

Cum Clero Civitatis, et Dioecesis Panormitanae a S. Sede Apostolica concessa fuerit Octava privilegiata Solemnitatis SSmi Corporis Christi, ita ut in singulis diebus Octavae, etiam impeditis Officio duplici, facultas sit recitandi Officium cum Missa de eadem Solemnitate, exceptis duplicibus 1. et 2. classis; orta est dubitatio Sacerdoti Petro Sanctori Directori Calendarii Patrum Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii ejusdem Civitatis: An in hujusmodi exceptione comprehendantur duplicia 1. et 2. classis tantum occurrentia, vel etiam translata? Quapropter supplex instetit apud S. R. C., ut Dubium hujusmodi declarare dignaretur.

Et eadem S. C., referente Emo, et Rmo Dno Cardinali Livizzani, exquisita prius sententia unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, eaque perpensa, rescribendum censuit: *In exceptione comprehendi etiam translata*. Et ita declaravit. *Die* 10. *Septembris* 1796.

4322. ROMANA.

Cum in ordinando Calendario Monachorum Cisterciensium Provinciae Romanae nonnulla orta sint Dubia, P. D. Xistus Benigni Monachus ejusdem Congregationis, cui id onus commissum est, supplex accessit ad S. R. C. petens eorumdem Dubiorum solutionem. Ea autem sunt hujusmodi.

1. An Monachi Cistercienses celebrare valeant Octavam privilegiatam S. Scholasticae a S. R. C. eisdem concessam, licet nunquam in eorum Calendario adnotata fuerit, et in ipsa recitare possint lectiones proprias jam adprobatas pro eadem Octava?

2. An iidem uti possint privilegio recitandi semel in hebdomada Officium S. Scholasticae cum lectionibus propriis, juxta Decretum ejusdem S. C. diei 1. Julii 1702., licet nunquam eo usi sint?

3. An recitare possint infrascripta Officia cum lectionibus propriis, scilicet: 13. Martii S. Heldradi Abbatis, 5. Junii S. Bonifacii Ep. et Mart., 23. Januarii S. Idelphonsi Ep., 27. Februarii S. Leonardi Ep., 5. Martii S. Switberti Ep., 26. Maii S. Augustini Ep., 7. Julii S. Vittabaldi Ep.? Quae quidem Officia pariter fuerunt eisdem concessa Decretis ejusdem Sac. Congregationis, sed adhuc minime in Calendario adnotata.

4. An in iis Monasteriis Cisterciensium, in quibus non agitur Festum Dedicationis propriae Ecclesiae, quia de eadem non constat, recitari debeat Officium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis ritu dupl. 2. classis, juxta Decreta S. R. C. pro Regularibus degentibus extra Civitatem?

5. An praefati Monachi recitare debeant Officium S. Joannis Nepomuceni, quod ab omnibus Monachis recitatur die 17. Maii, quamvis adhuc ipsi numquam recitaverint?

6. An expediat assignare aliam diem Festo Dedicationis Ecclesiae SSrum Vincentii, et Anastasii, ad aquas salvias, ut celebrari possit cum Octava, cum in praesens ex antiqua consuetudine agatur in Feria V. post Dominicam Passionis? Et quatenus adfirmative, supplicatur pro assignatione diei.

7. An Officia B. Beatricis Estensis, et S. Catharinae de Virgis, quae apud eosdem Monachos Monasterii S. Bartholomaei Ferrariae occurrunt die-

bus 14. Januarii, et 11. Martii perpetuo impeditis Officiis S. Agathonis PP. et S. Stephani Abb. Cisterciensis, debeant collocari in diebus 27. Januarii, et 16. Martii proximioribus vacuis, tamquam in diebus fixis, vel potius eodem modo transferenda sint Officia S. Agathonis, et S. Stephani?

8. An Officium S. Fidelis a Sigmaringa, quod apud dictos Monachos Ferrariae occurrit in die 24. Aprilis perpetuo impedita Officio S. Georgii Mart. Patroni principalis Ferrariae, collocari fixe debeat in die 28. ejusdem mensis tamquam in die propria?

Sac. eadem Congregatio, referente Emo, et Rmo D. Cardinali Livizzani, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, quae typis etiam fuit evulgata, rescripsit: *In omnibus, juxta sententiam ejusdem Magistri caeremoniarum*, cujus libellum tradi Oratori pro norma mandavit; ejus autem summa haec est. Ad 1. 2. 3., *et* 4. *Affirmative*.

Ad 5. *Affirmative, assignata prima die non impedita Officio S. Joannis Nepomuceni*.

Ad 6. *Affirmative assignata imposterum die* 6. *Mensis Septembris, vel* 21. *Octabris Festo Dedicationis Ecclesiae SSrum Vincentii, et Anastasii ad quas salvias*.

Ad 7. *Transferantur Officia B. Beatricis, et S. Catharinae; maneant vero in sua sede illa SSrum Agathonis, et Stephani*.

Ad 8. *Affirmative* = Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 10. *Septembris* 1796.

4323. HISPANIARUM.

Epistola data ad Nuntium Apostolicum apud Regem Hispaniarum.

Perillustris, et Rme Dne uti Frater = Cum SSmus Dnus Noster Pius VI. Pontifex Maximus per Decretum S. R. C. latum. *Die* 15. *Novembris anni* 1775. ad pias preces recol. mem. Caroli III. Hispaniarum Regis Catholici benigne indulserit, ut ab utroque Clero in Regnis, et Dominiis eidem Regi Catholico subjectis recitari posset in singulis diebus Octavae Solemnitatis SSmi Corporis Christi Officium cum Missa de eadem Octava, exceptis tamen Festivitatibus Nativitatis S. Joannis Baptistae, et SSrum Apostolorum Petri, et Pauli, quoties in eamdem Octavam incidissent, et per suas Literas Apostolicas in forma Brevis datas Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris. *Die* 5. *Martii* 1776. idem Decretum confirmaverit. Pervenit subinde ad aures Sanctitatis Suae in exemplis earumdem Literarum per Hispanias evulgatis in iis verbis = *Duabus Festivitatibus praefatis tantum exceptis* = loco particulae *tantum*, suffectam fuisse particulam *minime* ante verbum *exceptis*, contra ac legitur in autographo earumdem Literarum, quod est in Archivio Secreteriae Brevium, et in exemplo, quod etiam Romae asservatur apud Regium Hispaniarum negotiorum Gestorem. Et quoniam ex hujusmodi verbi variatione factum est, ut eaedem Festivitates nequaquam censerentur amplius exceptae, Episcopus Santanderien. cum de pluribus liturgicis quaestionibus S. R. C. consuluisset, illud etiam declarari petiit in quanam die post Octavam SSmi Corporis Christi collocandum esset

Officium Festivitatis S. Joannis Baptistae, si in aliquo ejusdem Octavae die occurreret; cumque eidem S. C. exemplum aeque vitiatum Literarum Apostolicarum exhibitum fuisset; eadem Sac. Congregatio in respondendo decepta est. Placuit itaque Sanctitati Suae, audito hac super re R. P. D. Hieronymo Napulionio Promotore Fidei, mandare, ut significaretur Ecclesiis Dominiorum Regis Hispaniarum error, qui irrepsit in exempla earumdem Literarum: ideoque declararetur Festivitates S. Joannis Baptistae, et SSrum Apostolorum Petri, et Pauli in omni Ditione Regis Catholici non esse transferendas, quoties incidant in Octavam SSmi Corporis Christi, et Decretum antedictae S.R.C., sive *Resolutionem 1. Dubii in Santanderien. Resolutionis Dubiorum emissam die 26. Januarii 1793. locum amplius non habere.* Quapropter Amplitudo Tua curet, ut haec SSmi Dni declaratio omnibus Ecclesiis comprehensis in Ditione Serenissimi Hispaniarum Regis Catholici innotescat, et Amplitudini Tuae diuturnam exopto felicitatem.

Amplitudinis Tuae = *Romae 16. Decembris* 1796. Pirgien. Archiepiscopo Nuntio Apostolico apud Regem Catholicum.

4324. MACERATEN.

Cum Fr. Dorotheus a Macerata Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum, ac Director Calendarii ejusdem Ordinis in Provincia Picena supplex fuerit apud S.R.C., ut fixa sedes assignaretur quibusdam Officiis, quae quotannis in Calendario Ecclesiae Capuccinorum Civitatis Maceraten. in diem impeditum occurrunt.

S. eadem C., audito P. Procuratore generali Ordinis, referente Emo, et Rmo D. Cardinali Livizzani, rescripsit, ut sequitur = *Firma semper remanente celebratione Officiorum S. Xisti P. et M. ritu dupl. min. in die 9. mensis Augusti, S. Pontiani M. item rit. dupl. min. in die 27. dicti mensis, S. Juliani Conf. Patroni principalis Civitatis rit. dup. 1. class. in die 31. ejusdem mensis, et B. Bernardi ab Ophida rit. dupl. min. in die 11. mensis Septembr.: Pro gratia translationis Officiorum, ritu eorum proprio, S. Raymundi Nonnati in diem 6. dicti mensis Septembris, S. Camilli de Lellis in diem 7., B. Ugonis in diem 12., ac S. Josephi Calasanctii in diem 13. ejusdem mensis Septembris. Hac die 16. Septembris 1797.*

4325. CARTHAGINEN. SEU ORD. MINOR.
DE OBSERVANTIA PROVINCIAE CARTHAGINEN.
IN HISPANIA.

Exhibitis S. R. C. a P. Augustino Josepho Almagro Ministro Provinciale Minorum Observantium S. Francisci, Provinciae Carthaginen. in Hispania, nonnullis Dubiis circa Rubricas Breviarii, et Missalis Romani, sacrosque ritus, ut ipsa S. R. C. illorum resolutionem tradere dignaretur, illisque, ut infra expositis, videlicet.

Dub. 1. Cum per Decretum 18. Decembris 1779. (4246. ad 10.) declaretur, quod Festum Patrocinii S. Josephi concessum cum Officio recentiori, et correctiori omnibus Regni Portugalliae Ecclesiis in Dominica secunda Octobris cum eodem Officio, et in eadem Dominica celebrari debeat a Provinciis Seraphici Ordinis intra praedictum Regnum existentibus, quin obstet, quod

idem Festum celebretur cum alio Officio non recenti, nec correcto in Dominica tertia post Pascha, juxta Calendarium Romano seraphicum: Quaeritur: An Festum Patrocinii B. M. V. (quod a cunctis Dominiis Catholico Regi subjectis celebratur cum plenaria Indulgentia in Missa conventuali lucranda in Dominica aliqua Novembris ab Ordinario loci assignanda) celebrari etiam debeat a Fratribus Ordinis Seraphici praedicto Regi subjectis, licet idem Festum, juxta eorum Breviarium, celebretur in Dominica secunda Novembris?

Dub. 2. Festum Desponsationis ejusdem Deiparae in Hispania celebratur die 26. Novembris, ab Ordine autem Seraphico die 23. Januarii. Item Festum S. Raphaelis Archangeli in Hispania celebratur die 24. Octobris, et in praedicto Ordine die 16. Aprilis; ac demum Festum S. Gabrielis Archangeli, quod in Hispania celebratur die 18. Martii, in Ordine celebratur die 24. ejusdem mensis, cum eodem Hispaniae Officio proprio, sed noviter in aliquibus reformato. Hoc posito. An Fratres minores intra Hispaniam existentes cum ea conformare se debeant quoad dies, in quibus ab ipsa celebrantur praedicta Festa, sed cum Officio quoad S. Gabrielem noviter reformato?

Dub. 3. Ex antiquissimo Indulto Apostolico celebratur quotannis Festum S. Vincentii Ferreri principalis Patroni Regni Valentiae in Feria 2. post Dominicam in Albis, ut in die proprio; at in eadem Feria celebrari debet Festum Annunciationis B. M. V. cum exclusione alterius cujuscumque Festi, etiamsi hoc sit majoris ritus, et dignitatis, cum transfertur simul quoad Forum, et Chorum, uti expresse habetur in Rubrica 96. Breviarii Romano seraphici ultimo reformati. Quo posito, quaeritur: An dictum Breviarium sequentes in casu ei se conformare debeant, aut cum reliquo Clero, qui Festum S. Vincentii celebrat, uti fecit Dioecesis Oriolensis anno 1796., forte contra Decretum die 2. Septembris 1741. (3970. *ad* 1.)?

Dub. 4. In Hispania circumfertur Codex Officiorum de Sanctis affirmans plura esse Decreta praecipientia, quod ubi asservatur S. Spina D. N. J. C. celebretur Festum die 5. Maii cum Officio dupl. maj, ac proprio, quod aliquibus Ecclesiis certo est concessum, ut celebretur Festum Coronae ejusdem Domini, licet in variis diebus. Hinc dubitatur: An in Ecclesia, quae peculiari caret Indulto, et habet praedictam S. Spinam, facere de ea debeat Festum, juxta dicta; an potius, ut edocet P. Cavalieri tom. 1. cap. 4. decreto 7., ubi vult, quod in casu fiat Officium dup. min., ut in Festo Exaltationis S. Crucis cum lectionibus de Scriptura in primo Nocturno, et in die a Superioribus rationabiliter assignanda?

Dub. 5. Paucis abhinc annis in Missali, ac Breviario Hispano videtur Festum duplex S. Prudentii Episcopi, quod a pluribus non celebratur, forte quia eius Decretum non est in dictis libris exaratum: at certo autem circumfertur saltem calamo exaratum Decretum diei 3. Decembris ad instantias Regis Catholici datum, concedens praedictum Festum, de quo quaeritur: An celebrari debeat, seu potius, an liceat, quin obstet, quod sit de privilegio praedicto Regi concesso, cum sit vere privilegium cum alio-

rum Festorum detrimento, et alias plurimum, postquam decem annos in usum non adductum?

Dub. 6. An ubi fiat de S. Sebastiano Martyre non Pontifice, tamquam de principali Patrono, seu Titulari, dicenda sit Oratio, *Infirmitatem nostram etc.*, ut vult Talù num.25., ab aliqua praxi sequutus, an potius alia de communi unius Martyris non Pontificis, ut vult Cavalerius tom. 1. cap. 5. decret. 2.?

Dub. 7. Officium S. Guillelmi Abbatis, quod sub ritu dup., et cum lectionibus, *Justus si morte etc.*, recitabatur in Sardinia, instante ejus Rege, per Decretum diei 24.Augusti 1785. extensum fuit ad Ecclesiam universalem. Hinc quaeritur: An in omni Ecclesia dici debeant praedictae lectiones de communi, uti notatur in Codice Officiorum pro Ordine Seraphico Reformatorum Romae typis dato? Eadem difficultas circumfertur per Hispanias circa alios casus, in quibus Decreta extendunt aliqua Officia, quae cum majori ritu, et lectionibus in primo Nocturno propriis, aut de communi in aliqua Dioecesi recitantur, ad alias Ecclesias, mutando tantum ritum in duplicem, vel semiduplicem, quin de lectionibus aliquid statuant?

Dub. 8. An in Festis scilicet S. Canuti, S.Ermenegildi, S. Wenceslai dicenda sit Homilia S. Hieronymi Presbyteri super Evangelium, *Nobile arbitrari*, ut paucis abhinc annis notatur in Breviario Romano Matriti typis dato? Et quatenus negative. An saltem dicenda sit in Festo unius Martyris non Pontificis, in quo dicitur Missa: *In virtute tua*, et qui in nullo Breviario habet Homiliam, sicut quadraginta abhinc annis indicitur in Hispaniae Breviario, vel potius: An dicenda sit Homilia S. Hilarii Episcopi, quam in casu praecipit Octavarium Romanum?

Dub. 9. An Homilia propria, quae habetur in Festo Sanctorum septem Fratrum, et Sociorum Martyrum, legenda sit quando de eorum uno tantum fieri debet Festum?

Dub. 10. An Officia praecepta, vel concessa v. g. cunctis Dominiis Catholico Regi subjectis, aut omnibus Hispaniarum Dioecesibus etc., absque alia Cleri expressione, intelligantur concessa, vel praecepta Clero regulari, sicut saeculari? Et quatenus affirmative: An idem sentiendum de Octavis localibus similiter praeceptis, vel concessis? Ratio dubitandi est praxis plurium, qui utrumque negant, et videtur contraria Rubricis 23. 24., et 47. Breviarii Romano-Seraphici noviter reformati.

Dub. 11. An sicut Officia ad instantiam Principis Supremi concessa sine clausula *ad libitum* recitari debent ab omnibus ejusdem Principis subditis, pro quibus petita fuit concessio; ita etiam recitari debeant Officia, quae, instante ejusdem Principis-Consorte, quae jurisdictionem non habet, similiter fuerint concessa?

Dub. 12. Cum aliquod Officium perpetuo assignandum veniat pro tota Provincia, et aliud pro ejusdem aliqua, vel aliquibus Ecclesiis; quaeritur: An dies assignanda sit Festo totius Provinciae, priusquam Festo alicujus, vel aliquarum ipsius Ecclesiarum, istud assignando alteri posteriori diei, li-

cet sit majoris ritus, aut dignitatis, quam Festum totius Provinciae? Ratio Dubii est praxis plurium negativa, quae videtur contra Patrem Cavalieri cap. 9. tom. 1. decr. 13. num. 20., imo et contra Seraphicam Rubricam 113.

Dub. 13. In Statu Ecclesiastico fit de S. Silvestro Abbate cum rit. dup. die 9. Decembris, et in eadem die, et cum eodem ritu celebratur in Hispania Festum S. Leocadiae Virg. et Mart. Hoc supposito, quaeritur: An sicut pro Monialibus tertii Ordinis Seraphici intra Statum Ecclesiasticum existentibus a Breviario Romano Seraphico assignatur Officio dup. maj B. Delphinae Virg. dies 14. praedicti mensis, licet pro aliis ex ejusdem Monialibus alibi degentibus ab eodem Breviario dies 9. ejusdem mensis assignetur; ita haec assignata intelligatur pro dictis Monialibus intra Hispaniam existentibus propter majorem uniformitatem, quae hinc, sicut inde resultat?

Dub. 14. Per Decretum 26. Januarii 1793. in Santanderien ad Dubium 19. declaratur, quod in Festo duplici min. Patrocinii S. Josephi attendi debeat ejusdem dignitas in concurrentia alterius Festi dupl. min., etiamsi hoc fuerit Festum primarium, ita ut in casu debeantur Vesperae integrae Patrocinio S. Josephi cum commemoratione tantum alterius Festi. Hinc dubitatur: An dignitas S. Joseph attendi debeat in ejusdem Festo Patrocinii, ubi habet ritum secundae class., et concurrit cum Festo alicujus Apoli, seu Evangelistae, quin jam obstet Rubrica 127. Breviarii Romano-Seraphici noviter reformati?

Dub. 15. An, dum tantum dicitur primum defunctorum Nocturnum, pro quibus debeat, vel saltem possit cantari Missa de Requiem in Festo dupl. maj, aut saltem min. non festivo, omitti debeat Invitatorium?

Dub. 16. An in Vigilia Epiphaniae, quando occurrit in Feria secunda, cantari liceat Missa defunctorum, quae, juxta Ordinis statuta cantari debeat in Feriis secundis a Festo duplici non impeditis?

Dub. 17. An in Missa Votiva cantata sine gravi causa omitti debeat commemoratio Festi occurrentis, uti omnino omittitur Missa Conventualis, quia non debetur, sicuti ejusdem commemoratio omitti debet ubi cantatur, aut saltem legitur Missa Conventualis Festi occurrentis?

Dub. 18. An sicut in Missa a Choris cantatur alternatim. ℣. *Sanctus etc.* dici etiam alternatim debeat in Hymno: *Te Deum laudamus etc.*, saltem ubi dicitur ab immemorabili consuetudine, contra quam nunc exurgit quidam Calendarista?

Dub. 19. Quod ob multitudinem Festorum, quae celebrantur in Ordine Seraphico, ab eius Breviario expulsa sunt undecim Festa secundaria, seu translationum Corporum Indigenarum, et tria Alienigenarum Sanctorum primaria cum duodecim Octavis propriis. Hoc non obstante Festa, quae in Hispaniis celebrari debent, vel quia sunt de formali praecepto, vel de virtuali, seu ad Catholici Regis petitionem concessa sine clausula *ad libitum*, ita plura sunt, ut a die 4. Junii usque in finem anni nulla supersit dies, quae alicui Festo queat assignari. Ex quo sequitur perpetua aliquorum semiduplicium simplificatio; et etiam sequitur, quod pro anno sequenti 1798.

octo tantum supererunt dies, in quas transferri queant Officia pro tunc impedienda. His de causis optat, et iterum humillime exorat idem Orator, quod EE. VV. dignentur benigne concedere praedictae Carthaginen. Provinciae posse omittere Octavas locales, scilicet S.Juliani Episcopi Conchen. pro Hispania, S. Ferdinandi Regis, et S. Elisabeth Reginae pro omnibus Dominiis Catholico Regi subjectis, ac S.Fulgentii Episcopi Carthaginen. pro ejus Dioecesi. Item et Festa secundaria apparitionis S. Jacobi Apostoli, conversionis S. Augustini Episcopi, commemorationis praedicti S.Juliani, et S.Theresiae Virg. secundò, ac etiam primaria Festa B. Petri Gonzalez, B. Simonis de Roxas, B. Michaelis de Sanctis, qui Confessores sunt, et B. Mariae Annae a Jesu Virg.

Dub. 20. Demum, quia praedictis gratiis suppositis, adhuc in multis annis deficiunt dies, in quas transferri queant Festa duplicia majora, imo et secundae classis, uti jam visum fuit; supplicat idem Orator, ut, servato translationis ordine, Festa secundae classis, quae aliquando supersunt in fine totius anni, in diem a Festo semiduplici occupatam, et hac deficiente, in diem etiam a Festo duplici occupatam, transferri possint, sed nunquam in diem Festi semidupl. in quo, juxta statuta Ordinis fieri debet Officium B.M.V, quod dicitur Benedicta, aut defunctorum, aut eorum Processio, et Missa, simulque humiliter exposuit, ut pro una vice instaurare ipsi liceat perpetuum Provinciae propriae Calendarium.

S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam vulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis de Somalia Urbis Vicarii, dictae Congregationis Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *In casu, de quo agitur congruere, ut etiam Regulares se conforment quoad diem ab Ordinario designatam.*

Ad 2. *Posse se conformare.*

Ad 3. *Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam.*

Ad 4. *Recurrat in casibus particularibus.*

Ad 5. *Si concessio praeceptiva est, vel quatenus permissiva, usu tamen recepta, Affirmative, et in casu occurrentiae, servandas esse Rubricas, et Sacrae hujus Congregationis Decreta.*

Ad 6. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundum.*

Ad 7. *Negative, et lectiones legendas esse de Scriptura, tam in Officio S. Guillelmi, quam in aliis, de quibus quaeritur in secunda Dubii parte.*

Ad 8. *In casibus propositis, et similibus servandam esse regulam a Gavanto traditam, nempe Homiliam desumendam esse ex proprio Sanctorum, si habeatur respondens Evangelio, quod legitur in Missa, vel ex Octavario Romano. Quod si in illo non reperiatur, istud vero desit, legendam in Officio Homiliam Evangelii, quae habetur in communi, in Missa vero idem Evangelium, cujus Homilia recitata est in Officio.*

Ad 9. *Si Officium celebrandum sit sub ritu dupl. 1. vel 2. classis,*

doceatur de casu particulari : si sub ritu inferiori , non esse separandum Festum Sanctorum septem Fratrum , sed de omnibus Officium conjunctim peragendum sub eo ritu convenienti uni ex septem Fratribus , cujus peculiaris Festivitas peragitur , translato , juxta rubricas , Festo Sanctarum Rufinae , et Secundae .

Ad 10. *Affirmative ad primam partem , Negative ad secundam .*

Ad 11. *Habebitur ratio in casibus particularibus .*

Ad 12. *Servetur Decretum latum in Einsidlen* 23. *Julii* 1736. *ad Dub.* 1. (3895.).

Ad 13. *Dilata , et clarius se explicent .*

Ad 14. *Affirmative ad primam partem , Negative ad secundam .*

Ad 15. *Affirmative .*

Ad 16. *Negative .*

Ad 17. *Negative, nempe in iis Ecclesiis, quae non tenentur ad Missam conventualem , faciendam esse in Missis votivis solemnibus sine gravi causa commemorationem Festi occurrentis . In aliis vero , nunquam omittendam esse Missam conventualem de die .*

Ad 18. *Affirmative .*

Ad 19. *Affirmative quoad Octavas , et Festa secundaria tantum ; ita tamen ut de Festis secundariis , quae supprimuntur , fiat commemoratio in utrisque Vesperis , Laudibus , et Missa cum nona Lectione historica ad Matutinum .*

Ad 20. *Pro gratia translationis Festorum duplicium , quae occurrunt in Dominicis privilegiatis , vel in aliis diebus Festo solemnioris ritus impeditis , si desint prope anni finem dies simplices , vel feriales , in dies ritus semidupl. ita tamen , ut de Sancto , qui locum cedit , fiat commemoratio in Missa , Laudibus , et utrisque Vesperis cum nona Lectione historica , ad formam concessionis factae Patriarchalibus Vaticanae , et Liberianae .* Et ita declaravit . *Die* 2. *Maii* 1801.

4326. NUCERINA , SEU SAXOFERRATEN.

Cum Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Petri Apostoli Oppidi Saxoferrati Nucerinae Dioecesis constet, Archipresbytero , ac decem Canonicis , inter quos tres numerantur a Pia Foemina Joanna Gabrielli instituti cum onere , quod, Archipresbytero solemniter celebrante, fungi debeant officio Diaconi , et Subdiaconi in defectum aliorum legitimum impedimentum habentium : et modo exorta controversia inter praefatum Archipresbyterum , et Canonicos omnes circa eamdem assistentiam , existimans Archipresbyter , quod sibi solemniter celebranti , tam in Ecclesia Collegiata , quam in aliis Ecclesiis Oppidi ea assistentia debeatur a quibuslibet ex dictis Canonicis per turnum : et contra iisdem Canonicis eam et intra , et extra propriam Ecclesiam praestare detrectantibus ; habitoque recursu ab eodem Archipresbytero ad hanc Sac. Rituum Congregationem , ut de jure in hac parte sibi competente declarationem emitteret .

Eadem Sac. Cong., audito Vicario Capitulari , sede Episcopali tunc vacante , qui praedefuncti Episcopi sententiam exposuit, Emo, et Rmo Domino

Cardinali Rinuccini referente, decrevit, ut infra: videlicet: *Canonicos teneri suam praestare assistentiam Archipresbytero in officio Diaconi, et Subdiaconi, dum solemniter celebrat in Collegiata tantum: Canonicos vero pii Operis Gabrielli teneri solummodo ad formam Institutionis. Hac die* 20. *Maii* 1801.

4327. PARMEN.

Cum editor Calendarii Dioecesis Parmen. supplex fuerit ad S. R. C., ut infrascriptum Dubium declarare dignaretur, scilicet: An Dominica infra Octavam Solemnitatis Corporis Christi in iis locis, in quibus dicta Octava respuit omnia Festa, praeter illa primae classis, gaudeat privilegio Octavae, excludendi scilicet nonam Lectionem de Festo simplici in ea occurrente?

S. eadem C., exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, eaque typis vulgata, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali de Somalia Urbis Vicario, S. R. C. Praefecto, rescripsit: *Affirmative*: *Die* 16. *Septembris* 1801.

4328. ROMANA, SEU URBIS ECCLESIAE S. IGNATII.

Cum in Ecclesia S. Ignatii Urbis expositio SSmi Eucharistiae Sacramenti, quae dicitur quadraginta horarum, singulis fere annis incidat in diem commemorationis omnium fidelium defunctorum, et Praeses ejus Ecclesiae anceps haeserit: num liceat, durante tali expositione, recitare Officium, et celebrare Missas defunctorum in dicta Ecclesia, humillimis praecibus petiit a S. R. C. resolutionem infrascriptorum Dubiorum.

1. An in Ecclesiis, in quibus expositum manet SSmum Eucharistiae Sacramentum Fidelium adorationi, in turno perpetuae orationis, quae dicitur quadraginta horarum, occurrente die commemorationis omnium Fidelium defunctorum, liceat recitare Officium defunctorum, et celebrare Missam solemnem, et etiam Missas privatas itidem defunctorum?

2. Et quatenus affirmative: an adhiberi debeant paramenta coloris violacei potius, quam coloris nigri?

3. Et an in eodem casu excipiendum sit Altare, in quo habetur expositum SSmum Sacramentum?

Et S. eadem C., ob oculos habita sententia duorum sacrarum caeremoniarum Apostolicarum Magistrorum scripto exaratam, referente Emo, et Rmo Dno Cardinali de Somalia Urbis Vicario, S.R.C. Praefecto, rescribendum censuit, ut infra: Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Arbitrio superioris localis*.

Ad 3. *Affirmative*. Et ita declaravit. *Die* 16. *Septembris* 1801.

4329. VALENTINA, SEU ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI PROVINCIAE VALENTINAE IN HISPANIA.

Demandato munere a Praesidibus Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Valentino Edetarum P. Fr. Michaeli Marti Sacerdoti professo ejusdem Ordinis conficiendi Calendarium, sive Directorium pro recitatione Divini Officii, et Missae celebratione ad usum Religiosorum ipsius Ordinis in

ea Provincia commorantium, ad tollendas nonnullas difficultates, quae in ordinatione dicti Calendarii se offerebant, Fr. Michael praefatus infrascripta Dubia exhibuit, humillimis precibus petens a S. R. C., ut ea declarare dignaretur, videlicet.

1. In Conventu Alcodii celebratur Festum Dedicationis suae Ecclesiae die 9. Decembris; quaeritur: quomodo Vesperae ordinandae sint in die 8. ejusdem Mensis; an integrae relinquendae Festo Dedicationis, cum commemoratione Conceptionis, ut videtur, eo quod Festum Dedicationis declaratum sit Festum Domini in una Ordinis Reformatorum 27. Martii 1779. ad 10. (4244.): etiamsi Festum Conceptionis celebretur in Hispania ex indulto festivum de praecepto, quia Hispaniarum Patrona ritu dupl. primae class. cum Octava?

2. Die 30. Decembris celebratur in Hispania Festum translationis S. Jacobi: Hinc dubitatio oritur: quaenam Praefatio Missae adhibenda sit? ab aliis enim assignatur de Apostolis, innixi Decreto S. R. C. 16. Decembris 1781. in una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Hispaniae ad 3.: ab aliis vero assignatur de Nativitate, innixis Rubricae positae die 27. pro S. Ioanne; excellentiae Octavae Nativitatis, et responsioni D. Diui Domini Nostri Pii PP. VI. b. m. ad Epistolam caeremoniarum Magistri, Metropolitanae Valentinae his verbis: Etsi juxta communes regulas Praefatio debeat dici de Apostolis; attamen propter reverentiam, et dignitatem Octavae Nativitatis, speciatim quia in antiquis Missalibus ita reperitur (ut Gavantus, et Meratus testantur) Praefatio non de Apostolis, sed de Nativitate dicitur: Quaeritur ergo, cuinam horum assentiri debeamus?

3. In una Santanderiensi ad Dub. 20. die 26. Januar. 1793. (4299) decretum fuit, Lectiones I. Nocturni in duplicibus, et semiduplicibus, nisi expresse constet de concessione aliarum, ex Scriptura sumi debere, utpote cohaerens Rubricae de Lectionibus; cumque praeter laudata in ipso Dubio Festa, alia supersint, de quibus dubitatur, ut Sanctorum Agnetis, Agathae: Martini Episcop. et Confess., Ceciliae, Clementis etc.. Quaeritur; utrum de his judicium ferendum sit, quod ipsi Rubricae conformius videtur?

4. In una Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Hispaniae 16. Februarii 1731. ad dub.2. (4252) decretum fuit, in die S.Marci, et Rogationum, si occurrant Festa primae, vel secundae classis, canendas esse duas Missas: Quaeritur; num etiam nos, qui ad Conventualem cantandam non tenemur, huic Decreto subjici teneamur, cum communiter in praxi non sit apud Regulares, etsi Orator anno elapso apposuerit?

5. In Dominica infra Octavam Corporis Christi, quae Octava ex indulto Sa. Mem. Pii PP. VI. 5. Martii 1778. in Hispania ut privilegiata habetur, concurrit in aliquibus Conventibus Octava SSmae Trinitatis, etiamsi Officium fiat de Dominica infra Octavam; quaeritur; sit ne addendum *in prima* Symbolum *Quicumque*?

6. Si in feria VI. post Octavam Corporis Christi in Hispania privilegiata ex indulto laudato, occurrit Festum primae, et secundae classis; alii Ve-

speras tribuunt Octavae cum commemoratione sequentis, alii sequenti assignant cum commemoratione Octavae: Cuinam Vesperae assignandae sint?

7. Anno 1802. concurrunt secundae Vesperae Solemnitatis S.P.N. Augustini cum primis B. M. V. de Consolatione, quae Festivitas in Nostro Ordine, etiam sub ritu dupl. primae class. celebratur. In Rubricis nostri Breviarii, et praxi communi assignantur Vesperae S.P.N. Augustini cum commemoratione B.M.V.: At in una Ordinis Eremitarum S. Augustini excalceatorum Provinciae Mediolanen. de 17. Augusti 1771. (4208) ad secundum resolutum fuit: Vesperas integras debere esse de B. M. V. cum commemoratione S.Augustini: Quaeritur: si, non obstantibus Rubricis nostri Breviarii, et praxi communi, laudatae resolutioni anni 1771. standum sit?

8. In nostro Regno, atque tota Hispania celebratur Festum Sanctorum Prothi, et Gavini, S. Rosae, et alia concessa ad petitionem Regum Hispaniae, quando Sardinia erat Regni Catholici; Quaeritur: Num sicut in Bossanensi 23. Martii 1771., et 23. Augusti 1772. (4206. 4211), definitum fuit pro Sanctis Hispanis, et ante in Turritana (4202) pro S. Jacobo, ejusque translatione, possimus et nos abstinere a dictorum Officiorum recitatione; item possimusne nos Regulares abstinere a recitatione Octavae S. Jacobi Hispaniarum Patroni? Item adsunt plura Festa secundaria, ut S. Theresiae secundò, Stygmatum S. Francisci, translationis S. Jacobi; hinc dubitatur; an possimus ad repositionem Officiorum primariorum a dictorum Officiorum recitatione recedere, ut in Santanderien, resolutum fuit 26. Januarii 1793. ad 11. et 12. (4299).

9. Quum etiam, stante hujusmodi Officiorum suppressione, propter plurima Festa Ordinis nostri propria, quamplurima Festa tamquam simplicia habenda sint, ut hoc anno evenit in pluribus Officiis ritus dupl. maj., supplicatur pro gratia ad novi Calendarii compositionem. Praelati Superioris consilio praehabito, ut a recitatione quorumdam Officiorum Hispaniae abstineamus, ut concessum fuit Ordinibus S.Francisci, et Capuccinorum, semper prae oculis habentes Bullam SSmi D. N. Gregorii XIII. praefixam Codici SSrum Hispaniae, et Officia ad petitionem Regum concessa, acceptata, nobisque per legitimum Ordinarium praescripta.

10. Extra moenia Civitatis Valentiae est Conventus Ordinis nostri sub titulo B. M. V. de Succursu, cujus Officium ita ordinatur: Lectiones 1.Nocturni: *Ego sapientia*: ut ad Nives; 2. Nocturni: *Dei filius*: ut in 5. die infra Octavam Nativitatis B. M. V.; 3. Nocturni Homilia in Evangelium *Stabat*, Feria 6. post Dominicam Passionis, ut in Festo Dolorum. Quaerenti mihi, qua de causa ita ordinatur Officium? Nullum satis validum datum est responsum. Emtias Vestras demississime rogo, ut dignentur assignare Officium, et Lectiones tam pro die festo, quam pro die octava non solum pro hoc titulo, sed etiam pro aliis, qui in Breviario minime reperiuntur.

11. Supplicatur etiam pro gratia, ut in die conversionis S. P. N. Augustini 5. Maii possit dici Missa pro Clero saeculari, et regulari Hispaniae concessa loco illius: *In medio*: quae in Ordine nostro dicitur, cum illa ma-

gis propria sit, etsi solum discrepet in Introitu, Epistola, Graduali, Alleluja, et Communione.

Et S. eadem C., audito prius voto unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris., typis etiam evulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis de Somalia Urbis Vicarii, Sacraeque ipsi Congregationi Praefecti, rescribendum censuit, ut infra. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Servandum esse Decretum diei* 16. *Februarii* 1781. *in una Ordinis Carmelitarum excalceatorum ad* 3. (4252.).

Ad 3. *Legendas esse Lectiones de Scriptura occurrente, praeterquam in Festis Sanctorum, pro quibus propriae assignantur in Breviario Romano.*

Ad 4. *Servandum esse Decretum diei* 16. *Februarii* 1781. *in una Ordinis Carmelitarum exalceatorum in Hispania ad* 2.

Ad 5. *Negative*.

Ad 6. *In casu proposito Vesperas faciendas esse integras de Festo sequenti cum commemoratione Octavae.*

Ad 7. *Integras Vesperas recitandas esse de Festo B. M. de Consolatione cum commemoratione S. Augustini.*

Ad 8. *Ad primam Dubii partem Affirmative, excepto tamen Officio S. Jacobi Apostoli, quod omitti non debet. Ad secundam partem, Affirmative, facto verbo cum SSmo. Ad tertiam partem, tribuendam esse facultatem Episcopo, nomine Sac. Congregationis, reformandi Calendarium, juxta petita, pro suo arbitrio, et prudentia, ita tamen, ut de Festis secundariis, quae supprimuntur, fiat commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa, cum nona Lectione historica ad Matutinum, et quoad omnia serventur Rubricae.*

Ad 9. *Provisum in antecedenti.*

Ad 10. *Ordinandum esse Officium B. M. V. sub titulo Succursus tam in die, quam per Octavam, prout in Festo S. Mariae ad Nives, et juxta Octavarium Romanum titulo:* Infra Octavas Festorum B. M. V. *cum Homilia ad Evangelium = Loquente etc. = desumenda ex eodem Octavario titulo:* Infra Octavam Dedicationis B.M.V. ad Nives. *Quoad Festa vero ejusdem B. M. V. sub aliis titulis, providebitur in casibus particularibus.*

Ad 11. *Exquiratur votum Procuratoris generalis.* Et ita decrevit. *Die* 16. *Septembris* 1801.

Relatione autem facta per me infrascriptum Secretarium SSmo Domino Nostro Pio VII. Pontifici Maximo circa resolutionem secundae partis Dubii 8., SSmus Religiosos Ordinis Eremitarum S. Augustini in praedicta Provincia commorantes a celebratione Octavae S. Jacobi Apostoli Patroni benigne dispensavit. *Die* 19. *Septembris* 1801.

4330. TERRACINEN.

Resolutionis Dubiorum pro Capitulo, et Canonicis Matricis Ecclesiae S. Mariae Sermonetae, Dioecesis Terracinen., Ponente Emo de Somalia Praefecto. Ad 1. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

Ad 2. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.*

Ad 3. *Ut ad proximum*. *Die* 27. *Martii* 1802.

Dubia autem, quae discutienda, et definienda proponebantur inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Matricis S. Mariae Sermonetae, Dioecesis Terracinen., et Abbatem Curatum, ac Beneficiatos S. Michaelis Archangeli, sunt, quae sequuntur.

1. An in Processionibus, in quibus intersunt tam Parochus, et Beneficiati S. Michaelis Archangeli, quam Archipresbyter, et Canonici Ecclesiae S. Mariae Matricis, praecedere simultaneè debeant duo Cruces utriusque Ecclesiae, et post eas simultaneè etiam utriusque Capitulares? Et quatenus negative: An Parochus, et Beneficiati S. Michaelis Archangeli incedere priores debeant post propriam Crucem, quatenus incedere nolint post unicam Crucem Matricis ipsius, ita ut hujus Archipresbyter, et Canonici velut digniores incedant postremi in casu etc?

2. An in prima Rogationum Processione, quae aeque ac secunda, et tertia egreditur ab Ecclesia Matrice, et in qua ejus Archipresbyter stola amictus preces egrediendo praecinit, et agris deinde benedicit, debeant preces eaedem ab ipsomet Archipresbytero absolvi in Ecclesia Beneficiata S. Michaelis Arcangeli, in qua dicta prior Processio confici solet, seu potius ab eodem Archipresbytero deponenda sit stola in actu ingressus ad Ecclesiam eamdem, ad hoc, ut Parochus S. Michaelis Archangeli ipsas absolvat preces, et sacrae huic functioni finem imponat in casu etc?

3. An in secunda dictarum Rogationum Processione, quae aeque ac prior, et tertia egreditur ab Ecclesia Matrice, et cujus Archipresbyter preces pariter egrediendo praecinit, agrisque benedicit, debeant ab eo absolvi preces in Ecclesia S. Nicolai, seu potius, deposita ab ipso stola, continuandae in ea, absolvendaeque sint preces, et finis sacrae functioni imponendus ab aliquo ex Patribus Conventualibus, et in eorum defectu, a Parocho dictae Beneficiatae Ecclesiae S. Michaelis Archangeli in casu etc?

Iterum proposita causa in Congregatione ordinaria diei 11. Septembris 1802. sub Dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 27. praeteriti Martii tam quoad primum, quam quoad secundum, et tertium Dubium in casu etc?

Sac.Congregatio respondit: *Quoad primum servetur solitum, juxta modum, dummodo Cruces procedant una post aliam, pariterque Capitula*.

Tertio tandem reintegrata quaestione sub Dubiis.

1. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 11. Septembris 1802. in casu etc?

2. An sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 27. Martii, et 11. Septembris 1802. in casu etc?

3. An sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus 27. Martii, et 11. Septembris 1802. in casu etc?

Et Sacra Congregatio sub *die* 22. *Januarii* 1803. respondit: *In secundo loco decisis, et amplius*.

4331. RIPANA.

Exorta controversia inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedra-

lis Ripaetransonis ex una, et Sacerdotem Dominicum Recco Archipresbyterum ejusdem Ecclesiae Cathedralis ex altera partibus, circa jus benedicendi Candelas, Cineres, Palmas, Fontem in absentia Episcopi, eaque per Eñum, et Rñum Dominum Cardinalem de Somalia, SSmi Domini Nostri in Urbe Vicarium, S.R.C. Praefectum; primum proposita in eadem S. R. C. ordinaria diei 2. Maii 1801., a qua responsum fuit; *Dilata, et Canonici doceant de consuetudine*; deinde in Congregatione diei 16. Septembris dicti anni 1801., a qua denuo judicium ampliatum fuit per Rescriptum: *Iterum proponatur*; tandem in hodierna Congregatione per infrascriptum Dubium jam inter partes concordatum, videlicet.

An benedictio Candelarum, Cinerum, Palmarum, Fontis, et aliae similes functiones, absente, vel impedito Episcopo, spectent ad primam Dignitatem, vel ad Canonicum hebdomadarium in casu etc?

S.eadem C., habita prius Rñi Episcopi Informatione, ac utraque parte scripto, et voce primò, secundò, ac tertiò audita, rescribendum censuit: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 27. *Martii* 1802.

4332. MEDIOLANEN.

Resolutionis nonnullorum Dubiorum. Instante Sacerdote Bartholomaeo Agliardi, Oppidi Vaprii, Ponente Emo de Somalia Praefecto: *Dilata, et scribatur Episcopo, audito Parocho quoad primum; In reliquis serventur Rubricae. Die* 10. *Julii* 1802.

Ad hujus Rescripti intelligentiam subjicimus supplicem libellum Oratoris, tenoris, ut sequitur.

Sacra Congregazione de' Riti ,, Vi è nel luogo di Vaprio Pieve di Trezzo, Diocesi di Milano, un Oratorio publico dedicato in onore de Santi Martiri Donato, Carpofaro. In questo Oratorio il giorno 7. Agosto si fa la Festa dei due Santi Titolari, facendo celebrare quante Messe si possono trovare. Occorre, che in tal giorno dal Calendario Romano (tutta la Pieve di Trezzo usa il rito Romano) si fa S. Gaetano, per conseguenza quasi tutti li Sacerdoti dicono in quest' Oratorio la Messa di S.Gaetano, ommettendo la Messa de'Santi Donato, e Carpofaro Titolari. Io mi sono opposto dicendo, che in quest' Oratorio si doveva ommettere la Messa di S. Gaetano, e dire la Messa dei Santi Donato, e Carpofaro, essendo questi Titolari dello stesso Oratorio. Alcuni hanno aderito, altri prosieguono a dire la Messa a loro capriccio, ommettendo e le Rubriche, e i Decreti, che favoriscono d'anteporre il Santo Titolare a qualunque altro Santo, o dop. min., o dop. mag. possa essere. Corre già il quarto anno, da che procuro, che ne sia in questa Chiesa l'unità, e concordanza nella celebrazione in tal giorno; ma fino ad ora non ho potuto avere la consolazione. Ho domandato a più Maestri di Rubriche, ed oltre di aver favorito la mia opinione, che si deve in tal'Oratorio celebrare la Messa dei Santi Titolari, ommettendo qualunque altro Santo corre in tal giorno, mi hanno dato delli Decreti, onde comprovare, che anche la Sacra Congregazione de Riti favorisce tale opinione, e benchè questi l'abbia fatti ve-

,, dere, pure alcuni l'anno scorso hanno voluto dire a suo capriccio la Messa, stiracchiando, ed interpretando, come più loro piaceva, li Decreti stessi. Il più contrario è il Parroco del Luogo, e con tutto, che gli abbia detto, che e le Rubriche, e i Decreti fattigli vedere, e da lui interpretati a suo modo, non ha voluto dire la Messa dei Santi Titolari dell'Oratorio.

,, Ricorro umilmente alla Sacra Congregazione de Riti per avere un dettaglio, onde ovviare questo disparere di Rubriche, e Decreti, che a dire il vero il Popolo resta sorpreso, e quasi direi scandalizzato in vedere, ed udire un Sacerdote dire una Messa, un' altro un'altra nella stessa Chiesa, e sopra l'istesso Altare. Protesto come più volte ho detto al Parroco stesso, protesto, dico, che non è spirito di contradizione, nè puntiglio, ne critica di sorte alcuna, che mi muove a ricorrere alla fonte della ragione, ma solo per ritrovare la vera concordia, ed unità nell' adempimento dei nostri doveri, specialmente nella celebrazione della Santa Messa, essendo questa una funzione, che il Popolo vede, e sente cosa diciamo.

,, Nello stesso tempo domando, se è contro la Rubrica usare dalli due assistenti al Vespero le Tonacelle, poichè quì usano continuamente le Tonacelle, in vece delli Piviali?

,, Come pure domando, se sia compatibile il dire la Messa privata nella Chiesa Parrochiale de Requiem in giorno doppio minore, essendo in Chiesa il cadavere, ed essendo li Sacerdoti in Coro a dire l'Uffizio, o Messa cantata de Requiem?

,, Come per ultimo domando, se sia compatibile fare l' esposizione del SSmo, essendo prima esposte, e restando esposte nello stesso tempo le Sacre Reliquie de Santi?

Prete Bartolomeo Agliardi di Vaprio Stato di Milano.

4333. RIPANA.

Quamvis in controversia vertente inter Capitulum, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Ripaetransonae ex una, et Sacerdotem Recco Archipresbyterum ejusdem Ecclesiae Cathedralis ex altera partibus super jure, et pertinentia Benedictionis Fontis, Candelarum, Cinerum, Palmarum, aliarumque similium functionum, absente, vel impedito Episcopo, S. R. C. post tertiam propositionem die 27. Martii proxime praeteriti decrevisset, pertinere ad Archipresbyterum, attamen, iterum instantibus Capitulo, et Canonicis pro nova audientia, eis concessa fuit. Iterum itaque ab Emo, et Rmo Domino Cardinali de Somalia, SSmi Domini Nostri in Urbe Vicario, Sacrorumque Rituum Congregationi Praefecto, et causae Ponente, ad eamdem S. C. causa relata.

S. ipsa C., visis, et auditis novis juribus, et rationibus utriusque partis scripto, et voce informantis, in praeterita manens sententia, rescripsit: *In decisis, et amplius. Die* 11. *Septembris* 1802.

4334. TIBURTINA.

Funeris inter Archidiaconum Ecclesiae Collegiatae (verius Cathedralis)

et Parochum Ecclesiae S. Crucis, ac Collegium Parochorum Civitatis Tiburis. Ponente Emo Saluzzo: *Negative ad primam partem*; *Affirmative ad secundam*. *Die* 11. *Septembris* 1802.

4335. TIBURTINA.

Funeris inter Archidiaconum Ecclesiae Cathedralis, et Parochum Ecclesiae S.Crucis, et Collegium Parochorum Civitatis Tiburis, Ponente Emo Saluzzo: *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*. *Die* 22. *Januarii* 1803.

Dubia autem, quae in utraque propositione discussa fuerunt, sunt quae sequuntur.

1. An interveniente Capitulo Ecclesiae Cathedralis pro simplicis funeris associatione absque ullo titulo parochialitatis, spectet etiam ad primam Dignitatem stolam nigram deferre; seu potius privativè ad solum Parochum domicilii defuncti hominis in casu etc?

2. An in Ecclesiam restituto funere, in qua Capitulum nullam habet parochialem jurisdictionem, ad primam Capituli Dignitatem spectet funeris Officium peragere, seu exequias celebrare cadaveris sibi non subjecti; sive potius ad Parochum, intra cujus Paroeciae fines sita est Ecclesia, in qua cadaver eidem Parocho ratione domicilii subjectum, est tumulandum in casu etc?

4336. BRUGNATEN.

Delationis SSmi Sacramenti in Machina nuncupata, *Cassa illuminata*; occasione solemnis Processionis in Festo SSmi Corporis Christi. Instante Capitulo, et Clero Collegiatae S. Mariae Majoris de Nazareth Civitatis Sisestri, Dioecesis Brugnaten., Ponente Emo Saluzzo: *Negative ad mentem*: mens est, *ut scribatur Episcopo Brugnaten., qui auctoritate Sacrae Congregationis jubeat, ne executioni mandetur Rescriptum S.Congregationis de die* 10. *Julii* 1802. *favore loci Fossalupara ejusdem Dioecesis Brugnaten., nisi adsit antiqua consuetudo*. *Die* 14. *Maii* 1803.

EPISTOLA AD EPISCOPUM BRUGNATEN.

Rme Domine, uti Frater: Proposita in S. R. C. ab Emo, et Rmo Domino Cardinali Saluzzo Ponente instantia Capituli, et Cleri Ecclesiae Collegiatae, et Parochialis titulo S. Mariae Majoris de Nazareth, Oppidi Sisestri, istius Dioecesis, pro facultate deferendi SSmum Eucharistiae Sacramentum in Machina vulgo nuncupata, *Cassa illuminata*, in Processione SSmi Corporis Christi: eadem S. C. mature perpenso hujusmodi apparatu, et ob oculos habens ejusdem S.C. decretum alias die scilicet 2. Iunii 1618. in Syracusana Modicae datum (411), quo statuitur: *Servandam esse dispositionem Libri caeremonialis, ut scilicet SSmum Sacramentum a Celebrante propriis manibus deferatur*: duxit non expedire petitam facultatem concedere; imo volens praedicti Decreti dispositioni se conformare, fuit in sensu Amplitudini Tuae scribendum, ut auctoritate ipsius S. Cong. jubeas (si pacate, ita ut praescribitur fieri posse praevideas) ne exequutioni mandetur recens suum gratiosum Decretum die 10. Julii superioris anni latum favore loci, Fossa lupara istiusmet Dioecesis, quo concedebatur praefata delatio SSmi

Sacramenti in Machina, nisi in eodem loco vigeat antiqua consuetudo. Et diu felix, et incolumis vivas. Amplitudinis Tuae. Romae 14. Maii 1803.

4337. HISPALEN.

Cum Rector, ac Beneficiarii Ecclesiae Parochialis titulo S. Joannis Baptistae, Oppidi Ecyae Civitatis nuncupat., Dioecesis Hispalen., supplices fuerint ad S.R.C. pro declaratione sequentis Dubii, videlicet: Utrum in dicta Ecclesia Officium S. Joannis Baptistae Titularis sit recitandum, vel Officium Corporis Christi, quando Nativitas S. Joannis incidat infra Octavam solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, vel in ipsa die octava, quae tota privilegiata est in Regnis Hispaniarum? Eadem S. C., audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typorum ope vulgata, referente Emo, et Rmo Domino Card. Matthaejo Ponente, noscens Dubium hujusmodi ex eo ortum fuisse, quod reputetur in Regnis Hispaniarum Octavam solemnitatis SSmi Corporis Christi ita ex concessione Apostolica esse privilegiatam, ut excludat Festa cujuscumque ritus, etiam illa Nativitatis S. Joannis Baptistae, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, si in ea occurrerint, quod veritati non cohaeret, cum Apostolica concessio dicti privilegii illa duo tantum Festa excepta voluerit, et solum per errorem, forsan ex amanuensis, vel typographi oscitantia irreptum in impressione Apostolicarum literarum in forma Brevis diei 5. Martii 1776., existimatum fuisse praefata duo Festa excludi a diebus infra Octavam SSmi Corporis Christi, de quo errore certior factus S. M. Pius VI. voluit illius notitiam per Epistolam istiusmet S. R. C. datam die 16. Decembris 1796. ad Archiepiscopum Pirgien. tunc apud Regem Catholicum Nuntium Apostolicum, evulgari ad universum Hispaniarum Clerum, cum declaratione, quod responsio ab eadem S.C. traditam ad 1. Dubium in Santanderien. diei 26. Januarii 1793., in quo ipsa praesens quaestio proponebatur, utpote innixa exemplo pariter erroneo tunc exhibito praefatarum literarum Apostolicarum, amplius locum non haberet. Rescripsit hodie: *Praevio recessu a decisis in supradicta Santanderien. ad primum Dubium, Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die 14. Maii* 1813.

4338. ORDINIS CARMELIT. EXCALCEAT. CONGR. LUSITANIAE.

Resolutionis Dubiorum pro Directore Calendarii Ordinis Carmelitarum excalceatorum in Lusitania, Ponente Emo Antonio ab Auria. *Quoad quartum Dubium Dilata, et ad mentem. In reliquis, juxta Votum Magistri caeremoniarum. Die 14. Maii* 1803.

Dubia autem quae discutienda, ac definienda proponebantur, sunt quae sequuntur.

1. An quando, Festum Annunciationis B.M.V., juxta Decreta transfertur in Feriam 2. post Dominicam in Albis, tamquam in diem propriam, celebrari debeat cum Octava in illis Ecclesiis, ubi Annunciatio est Titularis, si transferatur tantum quoad Chorum; An vero celebrari debeat cum praedicta Octava solum, quando transfertur simul quoad Chorum, et Forum?

2. Cum in Ordine Carmelitar. Excalceator. celebretur Festum SSmi Cor-

poris Christi cum Octava ad instar Octavae Epiphaniae, quaeritur: Utrum, occurrente Nativitate S. Joannis Baptistae cum die octava SSmi Corporis Christi, prout accidit hoc anno 1802., fieri debeat de S. Joanne cum commemoratione Octavae, an vero de Octava, translato Festo S. Joannis?

3. In Regno Portugalliae celebratur Festum SSmi Cordis Jesu Feria VI. post Octavam SSmi Corporis Christi cum rit. dup. 1. class. Quaeritur: Utrum in primis Vesperis SSmi Cordis Jesu fieri debeat, an potius omitti commemoratio Octavae SSmi Corporis Christi?

4. Translato quocumque Festo habente Octavam, quaeritur: An, adveniente die non impedita infra ipsam Octavam, aut in die octava, Festum istud praeferri debeat in repositione alteri Festo altioris ritus, vel majoris dignitatis prius translato sine Octava celebrando, aut ejus tempore jam finito, eo quod intra suam Octavam reputandum sit tamquam in die propria; ideoque minime subjacens Rubricis de translatione Festorum? Pro parte affirmativa praeter quorumdam placita stare videtur hoc S. C. Decretum in Hymno *Iste Confessor* pro Sanctis Confessoribus, juxta Decretum 11. Junii 1701. mutatur tertius versus, quoties eorum Officium recitetur extra diem obitus ipsorum; verum praedicta mutatio non fit quando Officium festivum S.Confessoris habentis Octavam, non ultra Octavam ipsam transfertur, quia tota Octava nihil aliud est, quam extensio illius Festi, et ideo versus idem per reliquos Octavae dies, qui forte supersunt, retinebitur S. R. C. 2. Septembris 1741. = Quod quidem Decretum videtur assignare totam Octavam pro die propria, ideoque Festum quacumque die Octavae celebretur, tamquam non translatum reputandum fore. Quaeritur: Quid agendum circa propositum Dubium?

5. In Ordine Carmelitar. excalceatorum celebratur Festum Patrocinii S. Joseph Ordinis Protectoris Dominica III. post Pascha sub ritu dup. 1. class. cum magno apparatu, et externa solemnitate: occurrit aliquando in Dioecesi Bracharensi eodem die Festum S. Petri de Rates, ejusdem Dioecesis Patroni, a PP. Carmelitis celebrandum cum rit. 1. class., sed absque apparatu, et externa solemnitate: Quaeritur primo: An in tali occursu transferri debeat Festum S. Petri de Rates; an potius Festum Patrocinii S. Ioseph? Si vero responsum detur, quod transferatur Festum Patrocinii S.Joseph; Quaeritur 2.: An, translatis iisdem duobus Festis, scilicet S.Petri de Rates, et Patrocinii S. Joseph in Conventu Monialium Carmelitar. excalceatar. Oppidi Viannae, propter Festum fugae B.M.V. Conventus Titularis eadem die quandoque occurrens, praeferendum sit postea in repositione Festum Patrocinii S.Joseph., eo quod jam cessaverit quoad forum solemnitas S. Petri de Rates?

6. An Regulares in generali sui Ordinis defunctorum commemoratione, quam ad instar defunctorum universalis Ecclesiae celebrant, debeant omittere in Vesperis Psalmum *Lauda anima mea etc.* Et in Laudibus Psalmum *De Profundis etc?*

7. An Regularis transiens ab uno ad alium Conventum, parte anni jam transacta, sive ad tempus, sive perpetuo ibi moraturus, durante ipso anno, debeat in recitatione privata Officii Divini extra Chorum, se conformare Ca-

lendario Conventus, a quo discessit, an potius illius, in quo actualiter habitat, si propter Festa Dioecesana, differant multoties Calendaria tam in Festis occurrentibus, quam in translatis?

Responsiones vero, quas caeremoniarum Magister in suo disertissimo voto proponit, quasque S. C. admittit, sunt, prout sequitur: Ad 1. *Negative ad primam partem, excepto casu, quo translatio fiat infra octavam; Affirmative ad secundam.*

Ad 2. *Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam.*

Ad 3. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.*

Ad 5. *Faciendum de Festo S. Petri de Rates Patroni principalis, transferendum illud Patrocinii S. Joseph.*

Ad Secundum vero Quaesitum ejusdem Dubii: *Servandas esse Rubricas generales de translatione Festorum.*

Ad 6. *Negative.*

Ad 7. *Regulares in privata Officii recitatione extra Chorum se conformantes Calendariis Conventuum, in quibus actualiter morantur, satisfaciunt oneri recitationis Horarum Canonicarum.*

4339. ORTONEN.

Resolutionis Dubiorum inter Clerum Oppidi Crechii, Ortonen. Dioecesis, et Archipresbyterum Petrum Paulum Teramo, Ponente Emo Ersckine: *Servetur solitum, et ad mentem. Die 17. Septembris 1803.*

Dubia autem, quae decidenda proponebantur, sunt quae sequuntur.

1. An, attenta asserta consuetudine, Parochus, et Clerus Crechii possint recitare die 9. Novembris pro celebratione Festi SSmi Salvatoris Titularis Ecclesiae Parochialis, Officium Dedicationis Basilicae Salvatoris, prout habetur eodem die in Breviario Romano?

2. Et quatenus negative: Utrum transferendum sit Festum Titularis SSmi Salvatoris ad diem 6. Augusti, quo memoria recolitur Transfigurationis D. N. J. C., vel aliud congruentius Officium pro Festo Salvatoris sit assignandum die 9. Novembris ex more a Parocho, et Clero praedicto peragendo, translato Officio Dedicationis Basilicae Salvatoris ad aliam diem non impeditam, juxta Rubricas?

4340. CORDUBEN.

Cum Sacerdoti Gregorio Mareo Merlo, et Palan Canonico, et Caeremoniarum Praeposito in Cordubensi Ecclesia quaedam occurrerint Dubia circa translationem Officiorum ritus dupl., quae ex multitudine aliquando locum non habent intra annum in Calendario dictae Ecclesiae, ubi reponantur, eaque ipse Canonicus Gregorius ad S. R. C. detulerit, humillimis precibus petens, ut illa enodare dignaretur: Dubia autem in haec verba proposuerit, videlicet.

1. An in Ecclesia Cordubensi, in qua abundant Officia tam praeceptiva, quam alia ex privilegio, admitti debeant ea nondum admissa ibidem Sanctorum Officia, duplicia quidem, quae a S. Sede de praecepto in universa Ecclesia recitari mandata sunt, eis videlicet diebus praefixis, qui in Decretis constant, vel aliis, ad quos transferri fixe, et state debeant, juxta Ru-

bricas? An vero omittenda sint, et tamquam non mandata reputanda; ne scilicet praejudicium afferant Sanctorum jam in Ecclesia admissorum Officiis, quae plura numero, dato casu, ad simplicium legem reducuntur?

2. An idem servari debeat cum quibuslibet aliis Sanctorum officiis, quae imposterum a S. Sede similiter recitari mandantur?

Sacra ipsa Congregatio, requisita prius sententia unius ex sacrarum caeremoniarum Apostolicarum Magistris scripto exarata, ac etiam typis impressa, illaque bene perpensa, referente Emo, et Rmo Dno Cardinale de Lorenzana Ponente, rescribendum censuit: Ad 1. *Affirmative ad primam partem*, *Negative ad secundam*.

Ad 2. *Provisum in primo*.

Voluit autem extensum ad praefatam Ecclesiam Cordubensem Indultum Apostolicum Basilicae S. Petri in Vaticano concessum die 31. Januarii 1789., nempe: *Ut in eadem Ecclesia Corduben, Festa duplicia, quae incidunt in Dominicas privilegiatas, vel in aliam diem solemniori Festo impeditam, si desint prope anni terminum dies simplices, aut feriales, in quas transferri possint, tunc transferantur in diem Festi semiduplicis, ita tamen, ut de Sancto, qui locum cedit, fiat commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesperis cum nona Lectione historica*. *Die* 13. *Martii* 1804.

4341. FLORENTINA.

Perillustris, et Rme Dne uti Frater = Cum Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Laurentii istius Civitatis Florentinae in expiationem Animae augustae memoriae praedefuncti Ludovici Etruriae Regis, et in significationem maeroris de ejus orbitate pias preces publicas fundere voluerit coram SSma Eucharistica Hostia, Fidelium adorationi exposita super Ara principe ejusdem Ecclesiae Collegiatae, dum ipsius Ecclesiae parietes, biduo ante expletis exequiis pro eodem Rege jussu Serenissimae Reginae viduae peractis, adhuc funereo apparatu vestiebantur, excepta ea parte circa dictum Altare, quae Residentia nuncupatur albo colore distincta, et amoto lugubri feretro, nec non palliis nigri coloris ex singulis minoribus Aris, detractisque pariter velis nigris Cruce alba signatis contegentibus Sanctorum Imagines supra ipsas minores Aras collocatas; non autem fuerit omnium opinio de hac sacra Eucharistiae expositione; contendentibus nonnullis contra Ecclesiasticas sanctiones, et signanter contra S. R. C. Decreta peccatum fuisse; cum ad cognoscendum: num recte se gesserit praefatum Capitulum eo in casu, et quid imposterum in similibus agere liceat? Recursus habitus sit per Canonicum Dominicum Morani, alterum ex duobus Camerariis ipsius Collegiatae, nomine etiam Prioris Canonicorum ad S. R. C. Sacra eadem Congregatio hodie habita, perpenso voto unius ex sacrarum caeremoniarium Apostolicarum Magistris typis etiam evulgato, referente me infrascripto SSmi Dni Nostri Pii VII. Pont. Max. in Urbe Vicario, sacraeque ipsi Congregationi Praefecto; Amplitudini Tuae in hanc sententiam scribendum esse censuit: Siquidem in proposita facti specie, praecipua pars Cappellae, in qua manebat SSmum Sacramentum festivis velis ornata fuerit, nihil in hujusmodi facto esse reprehendendum, imo

neque necessariam fuisse remotionem palliorum nigri coloris a minoribus Aris; praeterea S.C. non improbare, quod eodem modo justa persolvantur ad plures etiam dies vel pro omnibus fidelibus defunctis, vel pro defunctis alicujus Congregationis tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum: valde tamen improbare consuetudinem in istam Florentinam Civitatem invectam, ut ex fide dignis testimoniis compertum est, SSmum Eucharistiae Sacramentum publice exponendi, occasione exequiarum privatae alicujus personae, sive eae peragantur in die obitus, vel depositionis, sive in Anniversariis, aut aliis quibuslibet diebus, quam consuetudinem Sac. Congr. declarat abusum, et ad eam tollendam curas omnes, ac exploratum erga Sacrorum Rituum decorem Amplitudinis Tuae studium, ex oblata occasione excitare non omittit. Haec sunt, quae supplicantibus Canonicis patefieri poterunt. Interim Amplitudini Tuae diuturnam exopto felicitatem.

Amplitudinis Tuae. *Romae* 13. *Martii* 1804.

Haec autem Epistola data fuit ad Antistitem Florentinum quia Patres Emi in Congregatione Ordinaria coacta eadem die 13. Martii ad Dubium = An recte se gesserint Capitulum, et Canonici insignis Regiae Collegiatae S. Laurentii Urbis Florentiae, exponendo publicae venerationi SSmum Sacramentum pro anima Ludovici Regis defuncti, cum esset Ecclesia pannis nigris ornata, excepto Presbyterio, et remoto castro doloris, et palliis nigris ab unoquoque Altari? responderunt. *Scribatur Archiepiscopo ad mentem.*

4342. ORDINIS CLERICORUM MINORUM VILLAE MATRITEN. TOLETANAE DIOECESIS.

Cum Sacerdoti Didaco Sanchez Ordinis Clericorum Regularium, et Directori Calendarii domus, et Ecclesiae Spiritus Sancti ejusdem Ordinis Regalis Villae Matriten., Toletanae Dioecesis, nonnulla occurrerint Dubia circa Rubricarum interpretationem, et rationem ordinandi Officia in Calendario, eaque ipse Didacus humillimis precibus declaranda exhibuerit S. R. C., quae quidem Dubia sunt infrascripta, videlicet.

1. An Festa semiduplicia accidentaliter translata possint, aut debeant reponi in infra Octavas communes, seu non privilegiatas saltem in casu, in quo eorum repositio fuerit necessaria ad vitandam ipsorum Festorum simplificationem?

2. An, translato Festo S.Thomae Apostoli, sicut contigit, quoties occurrit in Dominica, si forte non supersit dies libera ad ejus repositionem, possit reponi in altera die Festo semiduplici, aut etiam duplici occurrente simplificato?

3. Cum jam declaratum sit a S. R. C. Dedicationem Ecclesiae esse festum Domini; quaeritur: An Octava Dedicationis propriae Ecclesiae dignior sit Octava Conceptionis B. M. V. in Hispania, ubi celebratur ritu dupl. 1. class.? Et quatenus affirmative.

4. An pariter dignior sit Octavis Assumptionis ejusdem B. M., V. et omnium Sanctorum?

5. An Rubrica posita in Breviario, videlicet = Sequens Responsorium (haec est vera Fraternitas) dicitur post VIII., aut II. Lectionem in Festo

plurimorum Martyrum Fratrum = intelligenda sit nedum de Fratribus secundum carnem, sed etiam de ipsis secundum Institutum Ordinis Regularis?

6. Ob occursum Festi Triumphi S.Crucis, quod ritu dupl. maj. in universa Hispania celebratur die 16. Julii, Festum B. M. V. de monte Carmelo perpetuo translatum fuit in diem 18. ejusdem mensis, quae quidem dies nunc in Calendario Romano assignata est Festo S. Camilli de Lellis. Hinc ergo exurgit Dubium: An ex quo praedicta dies 18. assignata fuit S. Camillo, Festum B. M. V. de monte Carmelo possit ulterius transferri in alteram diem primo non impeditam, praecipue ob conformitatem cum Ecclesia universali, ut jam factum est in aliquibus Hispaniarum Ecclesiis?

7. Cum Decreto 26. Januarii 1793. Festo duplici Patrocinii S. Joseph concurrenti cum altero Festo ejusdem ritus debeantur integrae Vesperae: an eidem Festo Patrocinii, ubi celebratur ritu dup. secundae class. concurrenti cum Sanctis Apostolis Philippo, et Jacobo, debeantur etiam integrae Vesperae, vel potius integrae debeant persolvi de Sanctis Apostolis?

8. An Festo decollationis S. Joannis Baptistae concurrenti cum alio Festo duplici majori debeantur Vesperae integrae, vel potius debeant esse a Capitulo de sequenti cum commemoratione praecedentis?

9. In fine Missalis proprii Sanctorum Hispanorum super collectam: *et famulos tuos etc.* adnotantur duo. Primum, quando in Missa dicitur Oratio *A cunctis*, collecta dicenda est, omissis verbis *Pacem, et Salutem etc.* usque ad *conterantur* inclusive. Secundum, quando dicitur Oratio *Ecclesiae tuae*, dicenda est collecta, omissis iisdem verbis, praeter prima videlicet *Pacem, et salutem nostris concede temporibus*: Quaeritur: An hujusmodi adnotationes innitantur alicui vero Decreto S. R. C., vel sententiae privatae Doctoris?

10. In quodam Rituali Dioecesano legitur haec rubrica: dicit Missam de nuptiis, ut habetur in Missali Romano, nisi eo die fuerit Officium duplex ex solemnioribus, hoc est primae, aut secundae class., quia tunc Missa dicitur de Festo cum commemoratione nuptiarum, additis Orationibus, *Propitare, et Deus, qui potestate* cum coeteris ad nuptias pertinentibus. In Missa pro Sponso, et Sponsa, quamquam votiva sit, dici debet: *Gloria in excelsis Deo*, sed non dicitur *Credo*, et in ea dicitur una tantum Oratio, nisi sit Dominica, quia tunc fit commemeratio de ea: Dubium ergo est; an haec ritualis dispositio quoad ritum dicendi Missam pro Sponsis, et quoad dies, in quibus dici potest, corrigi debeat juxta Rubricas Missalis Romani, et juxta Decretum generale S.R.C. 20. Decembris 1783. confirmatum, atque praeceptum ubique servari a SSño Dño Pio VI. die 7. Januarii 1784.

11. Circa *Communicantes* proprium dicendum in Festo Pentecostes in quibusdam Missalibus legitur: *Igneis linguis*: in aliis quampluribus legitur *innumeris linguis*; et cum ex hac lectione varia haud modica exorta sit controversia, ad eam dirimendam, enixe petimus a S. R. C., quatenus declarare dignetur: quaenam ex dictis duabus lectionibus amplecti debeat?

Sac. eadem Congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto tradita, nec non typis impressa, eaque

mature perpensa, referente Emo, et Rmo Dno Cardinale Litta, respondit, ut infra, Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Affirmative*, *et detur generale Decretum*.

Ad 3. *Negative*.

Ad 4. *Negative*, *et serventur Rubricae*.

Ad 5. *Negative*.

Ad 6. *Negative*, *et pro Festo S. Camilli perpetuo assignetur dies proxima non impedita*.

Ad 7. *Vesperas integras deberi Apostolis, et Evangelistis, juxta declarationes S. C. alias pro hujusmodi concurrentia emanatas*.

Ad 8. *Servetur quod in Tabella pro concurrentia praescribitur*.

Ad 9. *Pro allatis in Dubio variationibus non constare de Decreto S. R. C.*

Ad 10. *Servetur Rubrica Missalis*, *et recens Decretum a S. R. C. die 20. Decembris 1783. emanatum*, *et a S.M. Pio VI. confirmatum*.

Ad 11. *Lectionem* Innumeris linguis *esse conformem Missali ab Urbano VIII. recognito*.

Et ita declaravit, ac servari mandavit. *Die* 13. *Martii* 1804.

4342. A. DECRETUM GENERALE.

quod S. C. dari jussit in respons. ad 2., sequens est

Cum nonnullis in Ecclesiis aliquando accidat, ut quaedam Festa secundae classis celebrari non possint in die propria, sed transferri debeant ad aliam diem non impeditam, juxta rubricas, et intra annum non supersit ullus dies vacuus, in quo dicta Festa reponi possint.

S.R.C., referente Emo, et Rmo Dno Cardinali Litta, re mature discussa, declaravit = *Eadem Festa transferenda esse in proximiorem diem*, *etiam impeditum Festo semiduplici*, *aut duplici*, *quod illo anno redigatur ad ritum simplicem*, *firmis remanentibus aliis declarationibus ab ipsa Sacra Congregatione emanatis de Festis inferioris ritus in simili casu non transferendis*, *sed ad ritum simplicem redigendis*. Et ita declaravit, et ubicumque servari mandavit. *Die* 13. *Martii* 1804.

4343. ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM PROVINCIAE LUSITANIAE.

Super resolutione quarti Dubii ex septem jam propositis in Congregatione die 14. Maii 1803., Ponente Emo Litta: *Juxta votum* die 13. Martii 1804., (vide supra num. 4338.) id est, videlicet: Festum gaudens Octava, si transferri contingat, et dies non impedita occurrat priusquam Octava finem habeat, in repositione praeferendum esse aliis Festis, etiam majoris ritus, vel dignitatis prius translatis, quae tamen, vel non gaudent Octava, vel post eam transferuntur.

4344. NULLIUS DE LERMA.

Super enunciatione nominis Abbatis de Lerma in Canone Missae, et in Collecta. Instante hodierno Abbate, Ponente Emo de Somalia Praefecto = *Quad enunciationem nominis in Canone*: *Negative*. *Quo vero ad collectam*, *dilata*, *et ad mentem*. Mens est, *ut exhibeatur Breve Clementis*

X., et doceatur de consuetudine in aliis Abbatiis Hispaniarum Regni. Die 1. Septembris 1804.

Duo uamque postulabat Abbas saecularis, et Collegiatae Ecclesiae S.Petri Oppidi de Lerma nullius Dioecesis Provinciae Burgensis. Primum. Ut liceret Clero tam saeculari, quam regulari in Ecclesiis ei subjectis eum nominare in Canone. Secundum. Ut in iisdem Ecclesiis ipsius nomen addendum esset in Oratione, seu Collecta, quae in Hispaniarum Regnis recitatur pro Pontifice, Episcopo, Rege Catholico, Principibus regiae prolis, catholico Exercitu etc. Quibus petitionibus respondent praefata Rescripta.

4345. TUDEN.

Cum in Calendario Dioecesis Tuden. nonnulla inserta fuerint Officia Sanctorum, de quorum legitima concessione dubitari posset, et alia, quae recitantur, ratione Reliquiarum asservatarum in Ecclesia Cathedrali, ex quibus Reliquiis aliae insignes non sunt, aliae non pertinent ad Sanctos descriptos in Martyrologio Romano; cumque hodiernus Rmus Episcopus Tuden. noscens hujusmodi Officia licite recitari non posse; ne memoria tamen eorumdem Sanctorum, de quibus Festa adhuc celebrata erant, periret, statuerit, ut in die 3. Mensis Octobris quotannis Officium cum Missa de communi plurimorum Martyrum in honorem praecipue eorum Sanctorum, quorum Reliquiae non insignes in dicta Cathedrali Ecclesia non extabant, recitaretur; modo ipse Rmus Episcopus de legitima auctoritate, qua id peregerit, anceps factus, pro suo erga Ecclesiasticas leges observantiae studio ad S. R. C. accessit, ut sequentia enodare Dubia dignaretur, videlicet.

1. Num praedicta unio Sanctorum Martyrum, quorum Reliquiae non sunt insignes de jure facta sit, cum non constet de facultate eorum Officia seorsim celebrandi, licet pie credatur, nec de die, in quo eorum Festivitas sit assignanda? Et quatenus negative, supplicatur pro gratia ad eorum memoriam conservandam, et venerandam.

2. In Hispania ex concessione plura celebrantur Sanctorum Festa cum Octavis, ut S. Idelphonsi, et aliorum, sed cum, ratione multitudinis aliorum Officiorum, quae tam ad universam Ecclesiam, quam ad praefata Regna extenduntur, jam dies liberi deficiant, et ideo opus sit talia Festa singulis annis penitus supprimere, vel ad leges Festorum simplicium ea redigere: quaeritur: Num moderari possint Octavae minus principales arbitrio Ordinarii, ut opportune provideatur omnium Officiorum recitationi, sicut fecit Ordo Minorum, et nuperrime Episcopus Santanderien., accedente auctoritate S. R. C., si negative respondeatur, facultas exoratur pro dictarum Octavarum moderatione.

3. Praeterea in supracitatis Regnis adsunt, ex concessione secundaria, Sanctorum aliqua Festa, nempe conversionis S.Augustini die 5. Maii, transverberationis S. Theresiae 20. Augusti, et alia similia, quae ritu dupl. celebrantur, praeter ipsorum Sanctorum Festa principalia: Quaeritur: An hujusmodi Festa secundaria in enunciata moderatione, possint comprehendi, dictorum Officiorum recitatione omissa, ut primariis Officiis provideatur, sicuti ad petitionem Rmi Episcopi Santanderien. S.R.C. concessit anno 1793.

4. Supposita moderatione Octavarum, et aliorum Officiorum, quae secundario fiunt, prout expedit, arbitrio Ordinarii, ut diebus vacuis provideatur. Quaeritur: Utrum Episcopus possit alia Officia, etiamsi ad aliam diem fixam sint translata, dummodo non sint de praecepto, mutare, ipsisque noviter aliam diem ante, vel post perpetuo assignare, prout Officiorum celebrationi magis expediat. Et si negative, supplicatur pro gratia.

5. Facta moderatione supradicta, quaeritur: Utrum fieri debeat commemoratio, et legi nona Lectio ex tribus secundi Nocturni in die propria Officiorum, et Octavarum suppressarum, dummodo propriae adsint?

6. Cum Patronus Paroeciae, seu Titularis Ecclesiae parochialis colendus sit ab omni Clero illi Ecclesiae adscripto ritu dupl. primae class., ut optime eruit Gavantus ex Rubrica septima generali de octavis num. 1. et ex Rubrica nona de commemorationibus: quaeritur: Num Patronus, seu Titularis cujuslibet Ecclesiae Parochialis hujus Dioecesis supradicto ritu coli debeat: etiam in Paroeciis noviter erectis, et in posterum erigendis, licet nomen Patroni, seu Titularis minime inveniatur nec in Calendario Romano, nec in Martyrologio, dummodo in aliquo Pago, Sacello hujus Dioecesis cultu religioso colatur, et ex consuetudine immemorabili sit titularis alicujus Ecclesiae, vel Cappellae? Et si negative, pro gratia supplicatur.

7. Dato, quod Officium Patroni, seu Titularis Paroeciae, ut in superiori fieri possit: quaeritur: Utrum, ad uniformitatem in Dioecesi servandam, Officium Sancti incidens in die Patroni, seu Titularis cujulibet Ecclesiae, etiam ex Rubrica de translatione Festorum, transferri possit ad diem vigesimam secundam Decembris, quae est libera cum commemoratione Sancti, aut Dominicae incidentis? Quod si dies propria Patroni, seu Titularis sit impedita ratione Officii, quod nullo modo transferri possit, Officium Patroni, seu Titularis fieri possit primo die semiduplici cum commemoratione hujus Sancti, accedente auctoritate; eodemque modo agendum sit, si Festa translata ratione Titularis sint primae, vel secundae classis? Pro quibus omnibus facultas exoratur, si de jure Episcopus ea facere non possit.

8. Juxta Rubricas in die octava Titularis fit de ea dup. min. quaeritur: Num omitti possit, ut faciunt Regulares. in die Octava Ecclesiae Cathedralis, commemoratione solummodo, et nona lectione ex tribus, si propriae adsint, retentis?

9. Paucis ab hinc annis, in Officio unius Martyris, quando dicenda est Missa *In Virtute tua*, legitur Evangelium: *Nolite arbitrari*, cum non constet Decretum; quaeritur: Num stet, aut, an fieri possit cum Homilia S. Hieronymi Presbyteri, prout in fine Breviarii Romani?

Cum ex parte Sacerdotis Vincentii Corqueira Directoris Calendarii hujus Dioecesis, praemissa licentia Vicarii Capitularis, sede Episcopali vacante, supplicatum fuisset Summo Pontifici Pio VI. anno 1797., et concessum, ut Officia, et Missae, quae in Cathedrali celebrantur in honorem Sanctorum, quorum Reliquiae in ea sunt, toti Dioecesi extendantur. Dubitatur ad praesens: Num preces vitio obreptionis, et subreptionis laborent, praesertim cum non satis constet de mente concedentis? et ideo denuo supplicatur, ut Offi-

cia Sanctorum, quae in Cathedrali, juxta Decreta S.R.C., vel ex quacumque concessione celebrentur ratione Reliquiae, toti Dioecesi extendantur eodem ritu, ac die, *Credo* in Dioecesi omisso.

Et S. eadem C., audito prius uno ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, qui sententiam suam scripto exposuit, typis etiam evulgatam, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Gazzoli, ad proposita Dubia respondit, ut infra. Ad 1. *Negative ad primam partem, pro gratia ad secundam, et ad mentem.* Mens est, *quod concessio Officii, et Missae de Sacris Reliquiis intelligatur de omnibus Reliquiis, quae in Cathedrali asservantur.*

Ad 2. et 3. *Negative ad primam partem, pro gratia ad secundam.*

Ad 4. et 5. *Serventur Rubricae.*

Ad 6. *Negative, et recurrant in casibus particularibus.*

Ad 7. et 8. *Dividantur, et reformentur Dubia.*

Ad 9. *Evangelium respondere debere Homiliae Officii diei, ac proinde quando in Missa* In virtute *legendum est Evangelium* Nolite arbitrari: *nec secus notetur, tunc lectiones III. Nocturni sumendas esse ex Octavario Romano.*

Ad Dubia Calendaristae.

Ad 1. *Pro gratia.*

Ad 2. *Serventur Rubricae, et Decreta, et in Dubiis recurrant.* Et ita decrevit. *Die 1. Septembris* 1804.

4346. CAMERINEN.

Delata ad S. R. C. ex parte Domini Alexandri Mariae Licoè Sacerdotis ex Clericis Regular. Minor. Confessarii Monialium Asceterii S. Jacobi Terrae S. Ginnesii, Camerinen. Dioecesis, controversia inter eum exorta, et Capitulum, sive nonnullos Canonicos Ecclesiae Collegiatae dictae Terrae circa jus agendi exequias super cadaveribus Monialium ipsius Asceterii: Num scilicet competat Confessario Monialium, an vero praefato Capitulo?

Eadem S. C., attenta relatione totius quaestionis facta a Rmo Archiepiscopo Camerinen., qui audivit tam Capitulum, quam Moniales, proponente Dubium Emo, et Rmo Domino Cardinale Gazzoli relatore, decrevit: *Celebrationes exequiarum spectare ad Confessarium pro tempore. Die 16. Martii* 1805.

4347. LUCERINA.

Cum Rmus Episcopus Lucerinus in sua relatione status Ecclesiae Lucerinae ad Sac. Cong. Concilii transmissa XII. Kalendas Februarii anno 1804. exposuerit, quod circa festorum dierum observantiam in sua Dioecesi dubitetur a nonnullis: Utrum dies emortualis B. Augustini Episcopi Lucerini, qui incidit in diem 3. Augusti, habeat adnexam obligationem audiendi Sacrum, vigore vetustissimae consuetudinis a populo Lucerino inductae, animo se obligandi, petens ab Apostolica Sede, ut quid juris sit decernatur? ac praeterea supplicaverit, ut potestas fieret universo Clero ejusdem Dioecesis recitandi quotannis ritu dupl. Officium S. Bassi, S. Pardi, et B. Joannis, totum de

communi, donec Lectiones propriae adprobentur: cumque a praefata Sacra Congregatione Concilii remissae fuerint praedictae preces ad S. R. C.

Ipsa S. R. C., referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Matthaejo Ponente: *Quoad obligationem colendi diem praedicti B. Augustini sub praecepto, bene perpensis momentis rationum hinc inde in ipsa sua relatione ab Rmo Episcopo allegatarum, rescripsit: Servetur constitutio Sa.mem. Urbani VIII. anni* 1642., *quae incipit*: Universa 3. *Quoad concessionem vero trium Officiorum praedictorum, recurrant particulariter. Die* 16. *Martii* 1805.

4348. ORIOLEN.

Cum multae circumferantur interpretationes circa usum Privilegii, quod a Sac. Cong. Concilii Sacerdotibus caecutientibus concedi assolet, pro celebratione scilicet Missae votivae de B. M. V. in omnibus diebus, in quibus occurrat Festum rit. dup.; Sacerdos Balthassar Gargia, cui ex munere, quod substinet Praefecti sacris caeremoniis in Ecclesia Cathedrali Oriolen, quaestiones ea de re offeruntur, ut eas enodare valeat; sequentia Dubia attulit S. R. C. humiliter ab eadem illorum declarationem petens. Dubia autem sunt hujusmodi, videlicet.

1. An Sacerdos caecutiens, ex Indulto Apostolico celebrare valens Missam votivam B. M. V. teneatur in ejusdem celebratione indui paramentis coloris praecise albi?

2. An debeat in eadem Missa privata recitare Orationem Officii illius diei, et Spiritus Sancti, et omittere *Gloria in excelsis Deo*, et *Credo*, juxta Rubricas?

3. An talis Sacerdos cum devenerit ad omnimodam caecitatem possit licite perseverare in celebratione Missae?

4. An conditiones appositae in hujusmodi privilegiis sint merae ritualitatis, et styli, vel obligatoriae in conscientia? et quatenus affirmative ad secundam partem etc.

Et Sac. eadem Congregatio, perpensa prius unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia scripto exarata, et typis etiam evulgata, referente Emo Domino Cardinali Antonio ab Auria Ponente, rescripsit, ut infra, nempe. Ad 1. *Affirmative*.

Ad 2. *Negative quoad obligationem legendi Orationem Officii currentis, in reliquis Affirmative*.

Ad 3. *Negative donec novum impetretur a S. C. Concilii Indultum*.

Ad 4. *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*. Et ita declaravit, et decrevit. *Die* 16. *Martii* 1805.

4349. TIPHERNEN.

Cum Sacerdos Joannes Baptista Berni recenter Archipresbyteratu Ecclesiae Parochialis titulo Sanctorum Cosmae, et Damiani loci, vulgo nuncupat. Canoscio, Dioecesis Tiphernen, potitus, antiquam consuetudinem in eadem Ecclesia invenerit Sacrosanctam Eucharistiam impertiendi Fidelibus in Sabbato Sancto pro satisfactione etiam Paschalis praecepti, et anceps haeserit: Num eadem consuetudo servanda foret, sive utpote abusiva removenda? Ut

omnem anxietatem deponeret, supplex fuit apud S. R. C. pro declaratione sequentis Dubii, videlicet: An liceat in Sabbato Sancto inter Missarum solemnia Sacram Eucharistiam Fidelibus distribuere, et num per eamdem sumptionem sacrae Communionis praeceptum Paschale adimpleatur?

Et S. eadem Congregatio, audito prius uno ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, qui scripto suam sententiam protulit, referente Emo, et Rmo D. Card. Crivelli Ponente, respondit: *Affirmative in utroque. Die 22. Martii* 1806.

4350. BRIXIEN.

Cum ex parte Rndi Vicarii Capitularis, et Capituli Cathedralis Brixien. supplices preces porrectae fuerint S.R.C. pro concessione, aut elevatione ritus nonnullorum Officiorum in Dioecesi Brixien., nec non pro resolutione Dubiorum, ut infra, videlicet.

1. Ut secunda ex sextis Feriis Mensis Martii celebrari possit Officium proprium cum Missa Sacratissimae Spineae Coronae D. N. J. C. uti concessum est pro Dioecesi Venetiarum sub ritu dupl. maj., eo quod apud dictam Dioecesim Brixien. extat altera ex SSmis Spinis, et quia populus in istis Feriis solemni cultu, ac animi affectu, et praesertim cum laudabili frequenti accessu ad SSma Sacramenta Poenitentiae, et Eucharistiae, recolit memoriam Passionis D. N. J. C.

2. Ut Festa XXIV. Sanctorum Episcoporum Brixiae, quae suis respective diebus ritu semidupl. celebrantur a Clero dictae Civitatis, ac etiam Festum translationis duorum illorum, idest SSrum Apollonii, et Philestrii eodem ritu celebratum, eleventur ad ritum dupl. min. Plura sunt argumenta hujus postulationis. I. Ut amplificetur gloria eorum Sanctorum, qui in dicta Civitate, et Dioecesi servaverunt fidem sanctam, ac religionem intactam. II. Ut tollatur deformis discretio Ecclesiae Cathedralis, ac Paroeciarum, ubi honorantur ipsorum sacra Corpora, celebrando, ut plurimum, quo unum Sanctum, quo alium. III. Ut Clerus celebret eorum Festa etiam cum Missa, quia in his Festis recitat Missas quotidianas defunctorum. IV. Quia tali ritu celebrabantur (excepta translatione SSrum Apollonii, et Philestrii) ante Bullam S. Pii V. anni 1568., et semiduplicia tantum ordinavit S. Carolus Borromaeus, hanc visitans Ecclesiam, Decreto sequenti: Officium Episcoporum Brixiae inter Sanctos relatorum, ne ita crebro Dominicale impediat, semiduplex agatur, eorum tamen duplex sit, quorum Festi dies longo usu, et populi devotione, ac publico instituto, solemniter observantur, coluntur que. V. Quia Ecclesia etiam Mediolanensis, cui praeerat laudatus S. Carolus, ac Veronensis proprios Episcopos ritu duplici celebrant, imo Ecclesia Cremonensis pari ritu recitat Officia Episcoporum Mediolanensium, aliquibus fortasse exceptis.

3. Festa nonnullorum praedictorum Sanctorum Episcoporum, quae occurrunt cum Vigilia Epiphaniae, et cum Sanctis Doctoribus Ecclesiae, licet sint Festa propriae Dioecesis, assignari possint aliis diebus perpetuo, unde cum Ecclesia universali celebrentur Festa SSrum Doctorum, et Vigiliae Epi-

phaniae, idemque fiat in Ecclesiis, apud quas asservantur Corpora SSrum Episcoporum.

4. Dies octava Dedicationis Ecclesiae Cathed. Brixiae excludit Festum Transfigurationis Domini, et cum haec Octava Celebretur in sola Civitate, plerumque fit, ut Officium translatum pro Dioecesi in diem, qua Transfiguratio pro Civitate assignata est, giguat per plures dies dissimile Officium inter Civitatem, et Dioecesim. Ut igitur in Divinis persolvendis, similis deformitas non sit, ac simul Transfiguratio ob solemnitatem Mysterii sua die celebretur. S. R. C. precibus humilibus gratia petitur elevationis hujus Officii a ritu dupl. maj. ad dup. secundae classis pro tota Brixiana Ecclesia, sicque in Civitate, et ipsa Cathedrali celebrabitur die propria cum commemoratione diei octavae in utrisque Vesperis, et Laudibus.

5. Ut Officium S. Vitalis Martyris (28. Aprilis) SSrum Gervasii, et Protasii Fratrum Martyrum (19.Junii assignat 20.ejusdem). SSrum Hippolyti, et Cassiani Martyrum (3.Augusti) quod in Cathedrali celebratur ritu semidupl., et extra, ritu simplici; nec non Officium S. Caesarei Martyris (13. Novembris alia die celebratum), quod in sola Cathedrali ritu semiduplici recitatur, etiam extra eamdem pari ritu celebrentur. Hoc petitur, ut in Calendario assignari possit uniformis canonicarum precum recitatio cum Ecclesia capite Dioecesis, eo quod non tantum enumeratis diebus, vel aliis paucis, sed per plures alios dies debet semper celebrari extra Cathedralem Officium diversum ab illa. Et quatenus negative, quamvis affirmative speretur.

6. Ut saltem Officium S. Vitalis, et SSrum Gervasii, et Protasii concedatur, cum causa sit interdum magnae deformitatis; et quoad translationem, et horum primum quoad assignationes etiam Festorum faciendas de novo, ut petitum fuit.

7. Tandem petitur, ut diei 28.Januarii assignari possit Festum S.Joannis Chrysostomi in memoriam tanti Patris, ac Doctoris S. Matris Ecclesiae, utpote apud Civitatem, et Dioecesim Brixien. perpetuo impeditum in sua die. Hoc petitur, quia tali diei assignari deberet aut Festum S.Rusticiani Episcopi Brixien.occurrens die 5.ejusdem mensis,et etiam ut festum propriae Dioecesis, vel Festum S.Juliani Martyris occurrens die 7. praedicti Mensis, et etiam ut Festum proprii Status, idest Dominii olim Veneti, cui diei hoc secundum Festum in Calendario Brixien. est jam assignatum, sed tamen in hac die non celebratur in toto Dominio ex-Veneto, vel forsan nullibi, ideoque in Civitate, et Dioecesi Brixien. assignari potest alteri diei.

8. Cum Festum SSrum Faustini, et Iovitae Mar., ac principalium Patronorum Brixiensis Ecclesiae incidens in diem 15. Februarii soepe in Quadragesima, vel paulo ante occurrat, amittat octavam, seu partem ejusdem: Idcirco S. R. C. demisse supplicatur, ut Octava praedictorum Patronorum ad gloriam eorumdem, nec non ad gaudium Cleri, et Populi, qui summa veneratione hos Sanctos colunt, etiam in Quadragesima celebrari possit, juxta tamen Decreta hac in re edita. Supplicatur quoque, ut incidens Festum ipsorum Sanctorum in feriam IV. Cinerum, vel Dominicam primam Quadragesimae transferri possit in diem immediate sequentem, translato quocumque Fe-

sto aequalis ritus, non majoris dignitatis, et simul primae classis in eam incidente.

Sequuntur dubia declaranda.

9. An attendi debeat, ut fit in Calendario Brixiensi, etiam in Dioecesi in Octava Dedicationis Ecclesiae Decretum S. R. C. 27. Martii 1778. sic expositum: Festum Dedicationis Ecclesiae est festum Domini: unde in paritate ritus debet habere integras utrasque Vesperas; quamvis aliter legatur in Calendario Romae hujus anni diebus 15, et 18. Novembris?

10. An, occurrente Festo Dedicationis in Festis B.M.V., Sanctorum Angelorum, Joannis Baptistae, Joseph Sponsi ejusdem B. M. V., ac Sanctorum Apostolorum, quae Festa sub ritu dupl. primae classis sint celebrata, debeat in his casibus fieri Officium de Dedicatione, etsi occurreret Festum Assumptionis B. M. V.?

11. An, occurrente festo S. Andreae Apostoli in Dominica prima Adventus, transferri debeat tamquam in diem propriam in primam diem Decembris, translato quocumque Festo etiam aequalis ritus, sed minoris dignitatis eo die occurrente, juxta Rubricam Breviarii PP. Conventualium de translatione Festorum num. 14., in quo citantur Decreta S. R. C. 5. Septembris 1739., et 21. Januarii 1741. (quibus eadem S. C. adprobat praedictum Breviarium) inserta in Constitutione Benedicti XIV. incipien. *Praecipuum* 16. Februarii 1742. eidem Breviario praemissa? Et quatenus affirmative.

12. An tali privilegio gaudeat etiam Festum S. Thomae Apostoli impeditum a Dominica IV. Adventus?

13. An quando aliquod Festum, quod in propria Ecclesia celebratur cum solemnitate sive magna, sive mediocri, et insignis Sancti Reliquia ibi asservatur, transferri debeat, ratione praedictorum, sit transferendum ante alia festa aequalis ritus, et dignitatis prius occurrentia, et ipsa transferenda? Et quatenus negative.

14. An idem sit observandum, licet cum tali Festo transferatur etiam solemnitas in illa Ecclesia? Et quatenus negative.

15. Quo in sensu intelligenda sit Rubrica Breviarii de translatione Festorum num. 6., in qua legitur: Si omnia (Festa) fuerint duplicia, fiat de digniori, seu solemniori, et quae de minori solemnitate sunt, transferantur: *et ibidem num.* 7. Inter plura duplicia, quod est magis solemne semper prius transferatur, et prius celebretur?

16. An Clerus adscriptus alicui Ecclesiae Parochiali, Choro tamen illius non obligatus, nec gaudens Beneficio, et Clerus sub eadem Parochia tantum degens, et alteri Ecclesiae non addictus, teneatur recitare particularia Officia illius Parochiae, id est, Dedicationis, Titularis, vel alicujus Sancti ob insignem ejus Reliquiam, eo quod in illa Parochiali fuerit introducta consuetudo recitandi praedicta Officia a Sacerdotibus, et Clericis adnotatis ante Bullam S. Pii V. de Breviario Romano editam anno 1568., ita ut si Officium juxta Calendarium suae Dioecesis dumtaxat celebrent, non adimpleant onus horarum canonicarum?

17. Num Clerus adscriptus Ecclesiae Parochiali, aut non parochiali,

nulloque praeditus Beneficio, possit Officia particularia, ut supra, earumdem Ecclesiarum recitare, etsi consuetudo non fuerit inducta ante Bullam laudatam, sed a paucis annis?

18. Stante sequenti indulto: *Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum Venetae Provinciae*: Ad humillimas preces Ministri Provincialis, et Fratrum Ordinis Minorum Observantium S. Francisci Reformatorum Venetae Provinciae SSmo Domino Nostro Pio PP. VI. porrectas pro elevatione cultus Thaumaturgi S. Didaci de Alcalà, ac Seraphicae Poenitentis S. Margaritae de Cortona ex ritu semidupl. ad dupl. min. pro Clero saeculari, et regulari utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, cum propria eorum Missa celebranda. SSmus Dominus Noster benigne indulsit pro omnibus, et singulis locis, ubi praedicta Officia recitantur, contrariis quibuscumque non obstantibus. Florentiae die 17. Septembris 1798. A. Archiepiscopus Iconii Nuntius Apostolicus. Ritus praedictorum Officiorum positus fuit anno 1800. in Calendario Brixien. dupl. min.; sed cum in Calendario Romae currentis anni adhuc semidupl. legatur, demisse petitur: Num laudatum indultum attendi possit, sicque rit. dup. min. illa Officia recitari queant?

19. Viginti abhinc annis in Dioecesi Brixien. recitatur sub ritu dupl. primae classis cum Octava Festum Annunciationis B.M.V., juxta concessionem factam Clero totius Dominii Veneti ad preces illius Reipublicae; sed cum in illa concessione legatur B. M. V. totius Dominii principalis Patrona, et hujusmodi Patronatus institutio non constet facta, nec ante, nec post Decretum Urbanum 23. Martii 1630., neque ex praxi, quandoquidem ante semper celebrabatur sub ritu dupl. secundae classis, ut in Breviario; ideo Indulta Pii VI. 9. Septembris 1786., ac Clementis XIII. 19. Julii 1760. non sufficere videntur ad suadendum de ritu, et Octava, cum haec Indulta Patronatum supponant. Adduntur etiam sequentia ad majorem rei illustrationem, nimirum, quod hic jam venerabatur Patronus principalis Dominii olim Veneti S. Marcus Evangelista, cujus Festum erat de praecepto, quoad forum, usque ab antiquo, atque retentum post constitutionem Urbani VIII. incipientem: *Universa*, nisi sexaginta tantum abhinc circiter annis coeptum fuerit recitari Officium hujus sub ritu dupl. primae classis cum Octava, quia id fuit propter ignorantiam Decretornm, ut observat Cavalerius; sed modo, amplius non imperante Dominio Veneto, celebratur sub ritu dupl. primae classis, ut in Breviario sine Octava ob rerum circumstantias. Quinimo in quodam Calendario unius Ordinis Regularium constructo, et edito Venetiis pro toto statu Veneto, in quo notabatur B.M.V. sub titulo Annunciationis ritu dupl. primae classis uti principalis Patrona, occurrente Festo ejusdem, anno 1781. in Dominica IV. Quadragesimae, Festum praedictum translatum fuit in Feriam secundam sequentem, et eo anno adnotatum sub ritu dupl. secundae classis, quando celebrari debebat in illa Dominica, si revera fuisset principalis Patrona. His animadversis, humiliter supplicatur: Utrum in eadem Dioecesi celebrari adhuc possit praedictum Officium sub ritu dupl. primae classis cum Octava? Et quatenus negative; ut saltem celebrari possit cum Octava, licet in Quadragesima, ut jam celebratur, ne tanta novitas fiat in Calendario?

S. eadem C., perspecta prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam evulgata, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis de Somalia Praefecti, et Ponentis, rescribendum censuit.

Ad 1. *Citra approbationem identitatis Reliquiae, Pro gratia Officii, et Missae Sacratissimae Spineae Coronae in secunda ex sextis Feriis mensis Martii sub ritu dupl. maj., dummodo non occurrat Officium ritus dupl. etiam min., quo casu Officium Spineae Coronae transferatur in aliam Feriam VI. Quadragesimae, similiter non impeditam; et quatenus fieri nequeat, ad primam diem non impeditam, juxta Rubricas.*

Ad 2. et 3. *Negative, et servetur Decretum S. Caroli Borromaei.*

Ad 4. 5. 6., et 7. *Negative.*

Ad 8. *Negative in omnibus, et serventur Rubricae.*

Ad 9. et 10. *Negative, prout jam decisum fuit sub die* 13.*Martii* 1804. *in una Ordinis Clericorum Minorum Villae Matritensis* (4342. ad 3. 4.), *et servetur ordo Tabellae excerptae ex Rubricis generalibus Breviario Romano praemissae.*

Ad 11. et 12. *Negative, nisi in casu, quo infra annum, juxta generale Decretum de die* 13. *Martii* 1804. (4342. *litt. A.*), *non supersit ullus dies vacuus, quo reponi possit.*

Ad 13. et 14. *Negative.*

Ad 15. *Rubricam intelligendam esse de solemniori quoad ritum, et dignitatem, non quoad extrinsecam solemnitatem, quae in ordine translationis non est attendenda.*

Ad 16. *Posse, sed non teneri, ideoque adimplere onus horarum canonicarum, se conformando in recitatione Officii calendario dioecesano.*

Ad 17. *Negative.*

Ad 18. *Sacrae Congregationi non constare de memorato Indulto.*

Ad 19. *Affirmative ad formam Indulti S. M. Clementis XIII., et Pii VI., servatis tamen Rubricis quoad Octavam in Quadragesima.* Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 20. *Septembris* 1806.

4351. CORDUBEN.

Cum hodiernus Rmus Episcopus Corduben., de Sacrorum Rituum in sua Dioecesi pleno adimplemento plurimum solicitus, in ancipiti versaretur circa nonnullas quoad illos interpretationes, et pro earumdem declaratione supplices preces S. R. C. exhibuerit cum infrascriptis Dubiis, videlicet.

Dub. 1. In Dioecesi Cordubensi ex immemorabili consuetudine celebratur Festum SSrum Aciseli, et Victoriae Martyrum Cordubensium tamquam Patronorum principalium Civitatis Cordubae, tantum sub ritu dupl. primae classis cum Octava, et praecepto in Populo. At cum talis consuetudo, juxta hujus Sacrae Congregationis declarationes suffragari videatur ad substinendum hujusmodi Officium, ejusque ritum, et Octavam solis Patronis principalibus, vel principalioribus cujuscumque Loci, Regni, vel Provinciae; quaeritur: An etiam suffragetur quoad Festivationem de praecepto nedum in locis particularibus praedictae Dioecesis proprio Patrono carentibus, verum et caeteris, quae alium Sanctum tamquam Patronum principalem colunt?

Dub. 2. In iisdem Civitate, et Dioecesi Festum Patronorum praedictorum ex immemorabili etiam consuetudine est tamquam praeceptivum quoad obligationem audiendi Sacrum, non autem vacandi ab operibus servilibus. At cum ex Decreto S.hujus Congr. diei 13. Septembris 1642. (scilicet Constitutionis S. M. Urbani PP. VIII. relat. supra num. 1264.) utrumque de praecepto declaretur in Festo Patroni principalis, et proprii; quaeritur: An ad utrumque in posterum obligandus sit Populus Civitatis, et eorum etiam locorum proprium Patronum non habentium, vel potius in praefata consuetudine continuandum?

Dub. 3. In ipsis Civitate, et Dioecesi Festa SSrum Joseph, Annae, et Silvestri nec sunt, nec hactenus fuerunt de praecepto. At cum iidem in numero Sanctorum Festivationem in Populo habere debentium per Bullam S.M. Urbani VIII., quae incipit. *Universa*, nec non per S. R. C. Decreta describantur; quaeritur: An in posterum praefata Festa de praecepto servanda sint, vel antiquae, et immemorabili consuetudini sit insistendum?

Dub. 4. Quando Dominica infra Octavam Nativitatis Domini occurrit die 29. Decembris, tunc in tota Hispania ex concessione S. M. Gregorii PP. XV. initio Breviarii inserta Festum S. Thomae Cantauriensis ritus semiduplicis transfertur in diem 5. Januarii sequentis anni; et cum post hujus privilegii concessionem pluries declaratum sit ab hac Sac. Congregatione, Festa omnia, quae in fine anni supersunt, aut sint ritus duplicis, aut semiduplicis tamquam in propriis diebus esse consideranda, nulloque modo in sequentem annum transferenda; quaeritur: An hujusmodi privilegium (usque nunc in usu apud Ecclesiam Cordubensem) revocatum censeri debeat, vel potius firmum, et validum, posterioribus non obstantibus Decretis, et declarationibus generalibus?

Dub. 5. Passim concedi solet a S. C. Emorum, et Rmorum Cardinalium S. Concilii Tridentini interpretum quibusdam Sacerdotibus tenuitate visus laborantibus privilegium recitandi Missam votivam B. M. V. in Festis, et duplicibus; diebus vero ferialibus Missam defunctorum. Quaeritur ergo *primùm*: An per Festa duplicia intelligendae veniant etiam Dominicae privilegiatae, et Festa majora primae, vel secundae classis? *Secundo*: An Sacerdos ita privilegiatus se conformare possit quoad colorem, Orationum numerum, *Gloria*, *et Credo*, colori, et ritui Ecclesiae, in qua celebret, vel dicere debeat votivam Missam ipsi concessam ritu, et colore propriis ejusdem Missae? *Tertio*: An in casu dicere debeat secundam Orationem de Festo diei juxta Rubricas, vel semper de Spiritu Sancto cum tertia Ecclesiae, vel pro Papa, ex eo quod tenuitas visus nec illam Orationem propriam, et quolibet die diversam illi legere permittat? *Quarto*: An semper in Dominicis dicere debeat *Credo*? *Quinto*: An per ferialia intelligantur etiam Feriae majores, et Vigiliae privilegiatae ex. gr. Nativitatis Domini, et Pentecostes? *Sexto*: An praedictus Sacerdos in die commemorationis omnium fidelium defunctorum possit tres illas Missas celebrare, ut in quotidianis defunctorum, vel illas legere debeat, juxta ordinem in Rubricis praescriptum?

Dub. 6. An per Decretum in una Santanderien. datum die 26. Januarii

1793. concessa sit quibuslibet Episcopis facultas reformandi proprium Calendarium, juxta ibi petita, et prout opportunum, et conformiter ad Rubricas necessarium judicaverit? Et quatenus negative: Supplicat Orator pro gratia ad hoc, ut possit procedere ad reformanda Calendaria suae Dioecesis, et Monialium ejus jurisdictioni subjectarum?

Dub. 7. An Moniales Cistercienses Ordinario subjectae, et Breviario Romano utentes, possint continuare in antiqua consuetudine, forsan quadraginta annorum, nec amplius, nec certe immemorabili, recitandi de quibusdam Sanctis concessis tantum Congregationi S. Benedicti Hispaniae, et Angliae, qui contenti non sunt in Breviario Cisterciensi, nec in Codice typis dato Romae anno 1710. pro Monialibus Cisterciensibus Breviario Romano utentibus, et quorum reductio ad ritum Romanorum non fuit concessa a S. R. C. per 13. Decreta 1701. 1702. 1705., et 1710. initio dicti Codicis inserta, nec de hujusmodi concessione constat?

Dub. 8. Et in casu; quomodo possint continuare? An recitando totum Officium de communi Romano, vel dicendo tantum Lectiones proprias pro dicta Congregatione Benedictina concessas, eas tamen reducendo ad ordinem Romanum, uti hactenus consueverunt?

Dub. 9. An praedictae Moniales, et aliae quaecumque Ordinario subjectae, possint continuare in antiqua consuetudine recitandi de omnibus Festis Dioecesanis, non obstante Decreto hujus Sac. Congregationis Rit. 15. Julii 1769. in una Ordinis Minorum (4200).?

Dub. 10. An particula illa *Regulares possunt*, *et debent*, ut in Decreto dato in una Ordinis Minorum 20. Martii 1683., (2870), importet rigorosum praeceptum; ita tamen, ut Festa illa, quae ad instantiam Regum conceduntur, in eorum Regnis, et Provinciis, Ditionibus etc. pro universo Clero saeculari, et regulari stricte debeant ab ipsis Regularibus, nulla praevia acceptatione recitari? An tantum praevia solummodo acceptatione Regis, vel requiratur etiam acceptatio Praelatorum respectivorum?

Dub. 11. An idem omnino dicendum super haec respectu Cleri saecularis?

Dub. 12. Quando Festum Purificationis B. M. V. occurrit in Dominica Septuagesimae, vel Sexagesimae apud Duminicanos non transfertur, ex quo accidit, ut Moniales S. Dominici jurisdictioni Ordinarii subjectae, et Breviario sui Ordinis utentes de praefato Festo in Choro recitent, Missamque officiantes cantaturae ex statuto, consuetudine, vel devotione antiqua illam de B. Virginis Purificatione absolvere debeant. Quaeritur ergo: An Cappellani saeculares ipsarum Officium de Dominica persolventes, juxta Rubricas Breviarii Romani, quo utuntur, se conformare debeant quoad Missam in his, vel similibus circumstantiis cum Officio Monialium, illam celebrando de praedicto Festo B. M. V., ut Officium Chori omnino expleatur?

Dub. 13. An idem dicendum sit in his omnibus casibus, in quibus Moniales Missam proprio Officio convenientem in Choro ex statuto, consuetudine, vel antiqua devotione cantent, salvis remanentibus tantum quoad reli-

quos casus decretis hujus Sac. Congregationis, in quibus hujusmodi conformitas in facultate, et arbitrio Cappellanorum relinquitur?

Sac. eadem Congregatio bene perpensa unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia scripto tradita, et typis etiam evulgata, referente Emo, et Rmo Domino Cardinali Antonio ab Auria Ponente, rescripsit, ut infra, videlicet. Ad 1. et 2. *Negative*.

Ad 3. *Citra approbationem assertae consuetudinis, consulendum SSmo pro dispensatione*.

Ad 4. *Nihil innovandum, et servandum privilegium indultum a Gregorio XV. in constitutione* Pastoralis officii cura.

Ad 5. *In casu proposito; Primo per Festa duplicia intelligi etiam Dominicas privilegiatas, et Festa primae, et secundae classis. Secundo; a Sacerdote privilegiato adhibendum esse colorem convenientem Missae votivae, quae erit sine* Gloria, *et sine* Credo. *Tertio dicendam esse secundam orationem de Spiritu Sancto, cum tertia pro Ecclesia, vel pro Papa. Quarto etiam in Dominicis omittendum Symbolum. Quinto in Feriis majoribus, et Vigiliis privilegiatis, in quibus prohibentur Missae privatae defunctorum, dicendam esse Missam votivam de S. Maria. Sexto. Sacerdotem privilegiatum posse in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, ubi adest Indultum, tres Missas recitare, ut in quotidianis*.

Ad 6. *Negative ad primam partem, quoad secundam vero Orator transmittat exemplar Calendarii reformandi, ut S.C. examini subjiciatur.*

Ad 7. et 8. *Recurrant particulariter, et doceant de Apostolica concessione facta Congregationi S. Benedicti Hispaniae, et Angliae, quae si non desit, transmittant Lectiones proprias Sanctorum redigendas ad ordinem Breviarii Romani*.

Ad 9. *Negative, et servetur Decretum diei* 15. *Julii* 1769.

Ad 10. et 11. *Terminos Indulti esse attendendos, utrum praeceptum importent, vel simplicem facultatem. In Dubio autem recurrendum ad S. C. quoad casus particulares*.

Ad 12. et 13. *Serventur S. C. Decreta, et Cappellanos saeculares, qui celebrare debent in Ecclesiis Monialium quoad Missam solemnem teneri, dummodo celebrent cum Missali Romano*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 20. *Septembris* 1806.

Exposita autem Sanctissimo Domino Nostro Pio VII. Pont. Max. per me infrascriptum Secretarium Sac. Congregationis mente quoad Dubium 3. *Sanctitas Sua ab observatione praecepti in tribus indicatis Festis benigne dispensavit. Die* 12. *Novembris* 1806.

4352. MACERATEN.

Exorta controversia inter Clericos Regulares Congregationis S. Pauli vulgo nuncupat. Barnabitas Collegii Civitatis Maceraten., et Sodalitatem S. Sepulcri in Ecclesia dicti Collegii institutam, circa obligationem dicti Collegii praestandi propriam Ecclesiam, et impendendi sumptus necessarios in annua supplicatione, quae peragi assolet ab ipsa Sodalitate Feria VI. in

Parasceve, eaque delata ad S. R. C., referente Emo, et Rmo Domino Cardinale Crivelli Ponente, ad sequens Dubium = An, quomodo, et in qua Ecclesia sit facienda Processio in casu etc.?

Eadem S.C. respondit, ut sequitur = *Affirmative sumptibus Sodalitatis, salvo jure Episcopi, et ad mentem*. Mens est, *quod Patres Barnabitae pro eorum religione, et pietate praestent Sodalitati pro supplicatione facienda Ecclesiam, quam, prout ipsis Patribus libuerit, exornent, quin ex hoc ulla oriatur coactiva obligatio*. Et ita decrevit, ac servari mandavit. *Die* 20. *Septembris* 1806.

4353. MATRITEN., SEU TOLETANA.

Cum Sacerdoti Emmanueli Dominquez Ordinis Clericorum Minorum, utpote Magistro caeremoniarum in Ecclesia sui Ordinis Spiritui Sancto dicata in regali Villa Matriti Toletanae Dioecesis duo occurrerint de sacris Caeremoniis, et Rubricis Dubia, pro illorum declaratione humillimas porrexit preces S. R. C.. Dubia autem sunt sequentia, videlicet.

1. In Spiritus Sancti Ecclesia ex antiqua fundatione quotannis sacrum decendium celebratur a die Ascensionis Domini usque ad Vigiliam Pentecostes inclusive. Vesperae solemniter celebrantur cum expositione SSmi Sacramenti, et concione ad populum, qua finita, et postea devote recitatis precibus, et orationibus ipsius decendii, fit SSmi Sacramenti reservatio solemnis, omnibus Religiosis superpelliceo indutis, et cum candelis accensis concurrentibus. Dubium ergo est, circa quod varii varia opinantur, de colore adhibendo in paramentis sacris pro tali reservatione; nam quidam volunt colorem album, alii correspondentem Officio diei, et alii existimant, utendum esse colore conformi, seu petito a Festo Pentecostes, in cujus honorem solemne decendium celebratur, et ita ab antiquo tempore consuetum est in dicta Ecclesia. Ad tollendam ergo in posterum varietatem opinandi, enixe supplicatur EE. VV., quatenus declarare dignentur: quonam determinato colore uti debeat in paramentis sacris pro reservatione facienda?

2. Cum nondum erat prohibita translatio Festorum in annum sequentem, Gregorius XV. constitutione incipien. *Pastoralis officii cura etc.* Hispaniarum Ecclesiis concessit privilegium transferendi festum S. Thomae Cantauriensis in Vigiliam Epiphaniae, quoties occurrit in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini: postea decursu temporis S. R. C. iteratis decretis prohibuit Festa, quae supersunt in anno transferri in sequentem. Hinc ergo Dubium est, quod proponitur resolvendum ab EE. VV. scilicet: An Festum semiduplex S. Thomae Cantauriensis, occurrens in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini, transferendum sit in Vigiliam Epiphaniae juxta antiquum Gregorii XV. privilegium, vel potius debeat simplificari juxta regulam hodie in Ecclesia universali vigentem?

Et Sacra eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto tradita, et typis etiam cusa, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Crivelli, loco Emi, et Rmi Dni Cardinalis Galleffi Ponentis, ab Urbe absentis, respondit, ut infra, videlicet.

Ad 1. *Quatenus Sacerdos, qui Vesperas paratus celebravit, non re-*

cedat ab Altare , et assistat cum concioni , tum precibus ; reservationem faciendam esse cum paramentis coloris respondentis Officio diei , et velo humerali coloris albi , si illud adhibeatur . Quatenus vero recedat , et reservatio habeatur tamquam functio omnino separata , et distincta ab Officio Vesperarum , utendum esse paramentis coloris albi .

Ad 2. *Nihil innovandum , et servandum esse privilegium indultum a Gregorio XV. in constitutione* = Pastoralis officii cura .

Et ita declaravit , et servari mandavit . *Die* 20. *Septembris* 1806.

4354. SENOGALLIEN.

Delata in S. R. C. per Emum, et Rmum Dominum Cardinalem Crivelli, loco Emi , et Rmi Domini Cardinalis Gallelli Ponentis absentis , Causa Senogallien. Praeeminentiarum inter Capitulum S. Mariae ex una , et Sacerdotem Antonium Caprini Plebanum S. Petri Belvederii Senogallien. Dioecesis ex altera partibus, infrascripta Dubia inter easdem partes concordata, supramemoratus Emus Crivelli decidenda proposuit , scilicet .

1. An Collegiata Belvederii praecedere debeat Ecclesiae Parochiali ejusdem loci in casu etc.?

2. An , et quae functiones spectent ad Collegiatam , et quae ad Parochum ?

Et S. eadem C., utraque parte scripto , et voce informante prius audita , visisque juribus hinc inde deductis , rescribendum censuit .

Ad 1. *Negative* .

Ad 2. *Licere Collegiatae exercitium functionum consuetarum , dummodo non turbetur exercitium functionum propriarum Paroeciae S. Petri* .

Et ita declaravit , et servari mandavit . *Die* 20. *Septembris* 1806.

4355. TOLETANA .

Exhibito S. R. C. per Fr. Vincentium Blanca Magistrum caeremoniarum Regalis Monasterii Excurialensis ; et , ut asserit , Magistrum etiam generalem caeremoniarum totius Regni Hispaniae , supplici libello pro resolutione infrascriptorum Dubiorum , nempe .

1. An translatio hoc anno facta Officii sacrarum Reliquiarum , quod in Toletana Ecclesia celebratur die 19. Januarii sub ritu dupl. secundae class. cum Octava , in Dominicam 3. post Epiphaniam sit sequenda , vel toleranda ? Et quatenus negative ; an obligationi Divini Officii satisfactum sit recitando tam in Dominica tertia praedicta de Festo Reliquiarum , et non de Dominica , quam aliis diebus de Festis consequenter translatis ?

2. In Ecclesia Regalis Monasterii S. Laurentii Excurialensis adest in Altari majore Tabernaculum ex lapide pretioso , in quo continetur alia capsula eximior , in qua asservatur SSmum Sacramentum , sed cum in pariete post Tabernaculum sit una fenestra , quae illuminat duo Tabernacula praedicta , et ista habeant ante , et retro fenestellas cum cristallo taliter , quod ex qualibet parte Ecclesiae videatur clare , et distincte Vas , in quo est inclusum SSmum Sacramentum ; et cum hoc videatur inconveniens , quaeritur : Utrum praedictum Vas debeat permanere , ut dictum est supra , vel debeat cooperiri aliquo velo , ut non videatur ?

3. In praedicta Ecclesia S. Laurentii consuescunt omnes Monachi, atque etiam Collegae saeculares Seminarii ejusdem Monasterii audire Sacras Conciones sedendo in gradibus Altaris Majoris, terga vertendo SSiño Sacramento, sit, vel non sit expositum. Et cum hoc videatur maxime absurdum, idcirco quaeritur: An haec consuetudo, sive corruptela debeat tolerari?

4. In praedicto Monasterio ex dispositione Regum Testatorum celebrantur plura Anniversaria pro defunctis Regibus, scilicet dicuntur Vesperae defunctorum, et nocturnum diei, sed ex immemorabili consuetudine semper omittitur Psalmus *Lauda anima mea* etc., et ad nocturnum non dicitur *Invitatorium*. Et cum hoc videatur opponi Rubricis, idcirco quaeritur: An haec consuetudo retinenda sit?

S. eadem C., audita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam evulgata, referente Eiño, et Riño Dño Card. Saluzzo Ponente, in hanc formulam rescripsit, nempe. Ad 1. *Negative*, *et ad mentem* (mens erat circa secundam Dubii partem, *quod scilicet ejusdem solutio non pertinet ad S.R.C.*).

Ad 2. *Negative ad primam partem*, *Affirmative ad secundam*, *atque ita obtegendum esse Tabernaculum*, *ut Vas*, *in quo SSñum Eucharistiae Sacramentum asservatur*, *a circumstantibus nullo modo videri possit*.

Ad 3. *Negative*.

Ad 4. *Affirmative quoad Invitatorium*, *et Psalmum* Venite; *Negative quoad Psalmum* Lauda etc.

Atque ita decrevit, et servari mandavit. *Die* 20. *Septembris* 1806.

4356. CORDUBEN.

Cum Riñus Petrus Antonius de Trevilla Episcopus Corduben. miserit S. R. C. tria Calendaria Monialium Cisterciensium suae Dioecesis, et jurisdictionis, quae reformatione indigent, petens sibi impertiri facultatem illa reformandi secundum Rubricas, et Decreta ipsius Sac. Congregationis: Sac. eadem Congr., perspecta prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typis cusa, referente Eiño, et Riño Dño Cardinali Antonio ab Auria Ponente, rescripsit = *Dilata*, *et transmittantur exempla reformationum una cum earum causis*.

Cumque praeterea sequentia exhibuerit Dubia ab ipsa S. C. resolvenda, videlicet.

1. An Festa primaria SSruñ Benedicti, et Bernardi sint de praecepto quoad obligationem audiendi Sacrum, et vacandi ab operibus servilibus in praefatis Monialibus Cisterciensibus?

2. An notula illa, quae in Breviario Cisterciensi apposita invenitur quibusdam Festis propriis, quae Festa Ordinis esse dicuntur, importet tantum solemnitatem, an etiam obligationem de praecepto, ut supra, saltem quoad audiendum Sacrum?

3. An eadem notula apponenda sit apud praedictas Breviario Romano utentes iis ex indicatis Festis, quae ad ordinem romanum redacta ex Apo-

stolico Indulto ab ipsis recitantur? Et quid si consuetudo apud eas adsit eadem, ut Festa Ordinis, et de praecepto servandi?

4. Quid agendum in dubio Ecclesiae Cathedralis pollutae, et in dubio illius reconciliationis rite, vel non rite factae?

S. eadem C., referente supralaudato Emo, et Rmo Dño Cardinale Ponente, visa etiam sententia memorati caeremoniarum Apostolicarum Magistri, rescripsit, ut sequitur, nempe.

Ad 1. *Serventur Constitutiones Ordinis*.

Ad 2. *Provisum in primo*.

Ad 3. *Affirmative ad primam partem, in reliquis Dilata, et doceatur de legitima consuetudine*.

Ad 4. *Ad mentem Emi Ponentis*. Mens est, *quod, facto verbo cum SSmo, scribatur Episcopo, non esse amplius hac de re inquirendum*. *Die 11. Julii 1807*.

Quibus a me infrascripto Secretario SSmo Dño Nostro Pio VII. Pont. Max. relatis; Sanctitas sua resolutionem Sac. Congr. approbavit. *Die 11. Julii 1807*.

4357. COMPOSTELLANA.

Exortis nonnullis quaestionibus apud Clerum Ecclesiae Compostellanae circa interpretationem quarumdam Rubricarum pertinentium ad ordinandam recitationem Officii Divini, ac praxim sacrarum caeremoniarum; Sacerdos Augustinus Marcellinus Calvino de Noja editor Calendarii Ecclesiae Metropolitanae nec non Civitatis, et Dioecesis Compostellanae illas S.R.C. enodandas reverenter exhibet in sequentibus Dubiis, videlicet.

1. Quaeritur: An dici possit Missa de requiem, corpore praesente, diebus primae class. cum multo apparatu, et pompa exteriore celebratis, licet non festivis de praecepto; et quatenus festivi sint de praecepto: An praedicta Missa dici possit in aliis Ecclesiis, quae talem non habent exteriorem solemnitatem?

2. Quaeritur: An praedicta solemnis cantari possit, praesente cadavere, diebus secundae class., celebratis tamen simili solemnitate, et apparatu, quo Festa primae classis celebrantur, ut evenit in Ecclesia Compostellana diebus Apparitionis S. Jacobi 23. Maii, Translationis ejus Corporis 30. Decembris, et aliis Festivitatibus B. M. V., quamvis sint, nec ne de praecepto?

3. Cathedralis Ecclesia S. Jacobi celebrat Festum illorum Sanctorum, quorum Reliquias habet cum Vesperis solemnibus, Missa, Processione; a saeculo XIII. ad annum 1761. in omnibus Ecclesiis Archiepiscopatus Officium celebrabatur cum Vesperis integris in concurrentia alterius Festi ejusdem ritus, et *Credo* dicebatur in Missa. Praedicto anno (qua auctoritate ignoratur) reformata fuit hujus Officii recitatio, integris manentibus Vesperis pro Cathedrali tantum, et *Credo* in Missa; pro aliis autem Ecclesiis dimidiatis Vesperis a Capitulo. Postremo, absente Archiepiscopo, jussit Vicarius generalis, quod Vesperae in concurrentia ejusdem ritus in toto Archiepiscopatu fierent a Capitulo. Quaeritur: An attenta consuetudine a saeculo XIII. sequenda sit prima methodus, an potius secunda, vel tertia?

4. Utrum in duplicibus saecundae class. locum habeat Oratio S. simplicis, cujus ad Laudes fit commemoratio, in omnibus Missis cantatis cum Sacris Ministris, vel sine ipsis, aut omittenda solummodo sit in solemni Missa conventuali?

5. In ingressu Sacerdotis ad Altare, super quo non sit SSmum Sacramentum expositum, aut in Ciborio asservatum, et in principio Missae debet Sacerdos facere profundam corporis reverentiam, aut capitis tantum?

6. In Hispania die 25. Julii celebratur Officium dupl. 1. class. S. Jacobi Patroni totius Regni. Quaeritur: An in Ecclesiis particularibus, occurrente eodem die festo Patroni earumdem Ecclesiarum, debeat fieri Officium S. Jacobi Apostoli Patroni totius Regni, translato Festo Patroni particularis earumdem Ecclesiarum, aut recitari Officium praedicti particularis Patroni, translato Officio S. Jacobi Apostoli?

7. Paroeciae Civitatis, et Dioecesis Compostellanae post Octavam Corporis Christi aliud Festum celebrant SSmi Sacramenti. Quaeritur: An in Missa votiva solemni fieri debeat commemoratio SSrum, et Dominicarum occurrentium cum Evangelio Dominicae in fine Missae, et utrum in duplicibus 1. vel 2. class. dici possit Missa votiva de SSmo Sacramento?

8. Aliquae Sodalitates Patronum habent S. Thomam, S. Luciam, ac S. Josephum Sponsum B. M. V. Quaeritur: An quando praedicta Festa occurrunt in Dominicis privilegiatis Adventus, et Quadragesimae, attento concursu sodalium, aliorumque devotorum, possit cantari Missa de Patrono? Et quatenus affirmative; an dicenda sit in Missa commemoratio Dominicae, et Octavae occurrentis cum ultimo Evangelio in fine Missae?

Et S. eadem C., exquisita prius, et bene perpensa unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris sententia in scriptis exposita, et typorum etiam ope evulgata, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Erkine, loco Emi, et Rmi Domini Cardinalis Galleffi relatoris absentis, rescribendum censuit, ut infra, videlicet.

Ad 1. *Affirmative ad primam partem, dummodo non sit Titularis; et ad secundam partem Affirmative.*

Ad 2. *Affirmative.*

Ad 3. *Scribatur Rmo Archiepiscopo, juxta mentem.*

Ad 4. *In Missa quocumque modo cantata de Festo duplici secundae classis omittitur commemoratio simplicis, quae, juxta Rubricam, fit in Missis privatis tantum.*

Ad 5. *Tum in ingressu Sacerdotis ad Altare, quam ante principium Missae reverentia Sacerdotis debet esse profunda capitis, et corporis inclinatio, juxta Rubricam.*

Ad 6. *Attenta excellentia majoris dignitatis, juxta Rubricas, S.R.C. Decreta, Officium S. Jacobi Apostoli Patroni Hispaniarum praeferri debet in occurrentia Sanctis aliis Patronis Ecclesiarum particularium, dummodo non sint ejusdem, vel majoris dignitatis.*

Ad 7. *Quoad primam partem, si celebretur Missa solemnis, Ne-*

gative; *si cum ea recitetur etiam Officium*, *Affirmative*. *Quoad secundam partem scribatur Episcopo*.

Ad 8. *In publicis Oratoriis cantari potest Missa de Titulari occurrente in Dominicis Adventus*, *et Quadragesimae privilegiatis*, *non autem in illis exceptis*, *et in Missa dicenda est commemoratio Dominicae*, *et diei Octavae tantum occurrentis*, *cum Evangelio ejusdem Dominicae in fine*. Et ita declaravit, et servari mandavit. *Die* 8. *Aprilis* 1808.

4358. COMPOSTELLANA.

Cum Rm̃us Archiepiscopus Compostellanus, ex magna solicitudine recti, ac facilis adimplementi horarum canonicarum in Clero suae Dioecesis, quasdam reformationes in distributione aliquorum Officiorum opportunas esse duxerit; has proinde S. R. C. proponendas censuit, ut decerneret, num exequutioni illas demandare, aut respuere expediret? Sunt autem sequentes.

1. Quod in posterum in ipsa Civitate, et Dioecesi festa secundaria, scilicet S. Juliani Episcopi Conchen. 5. Septembris, Conversionis S. Augustini 5. Maii, et S. Theresiae secundò 27. Augusti reducantur ad ritum simplicis.

2. Quod aboleantur Octavae, vel serventur cum sola commemoratione Festorum S. Idelphonsi Archiepiscopi Toletani 23. Januarii, S. Juliani Episcopi Conchen. 28. Januarii, S. Ferdinandi Regis Hispaniae 30. Maii, et S. Elisabeth Reginae Portugalliae 8. Julii.

3. Quod Festa Sanctorum, quae occurrunt in diebus, in quibus aguntur Festa Titularium Ecclesiarum Parochialium, sint simplicia, ac etiam censeantur tamquam simplices dies octavi, in quibus occurrunt Festa duplicia aliorum Sanctorum, ut de iis fiat tantum commemoratio, ne simplificentur Officia eorumdem Sanctorum, et intervertatur ordo Calendarii Dioecesani.

4. Quod Octava Dedicationis Ecclesiae Cathedralis extendatur ad universam Dioecesim.

5. Quod Officium cum Missa S. Petri de Arbues Inquisitoris Regni Aragoniae die 17. Septembris extendatur ad universam Hispaniam.

6. Quod in illis Ecclesiis, aut locis, in quibus Sanctus Titularis, aut Patronus habet socium in Breviario, de Sancto socio fiat tantum commemoratio, tamquam de simplici, dum non remanet dies vacuus pro translatione.

Et Sacra congregatio, exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarata, et typis etiam evulgata, ad relationem Em̃i, et Rm̃i Domini Cardinalis Erskine, loco Em̃i, et Rm̃i Dñi Card. Galleffi relatoris absentis, respondit, ut infra, videlicet.

Quoad 1. et 2. *Facultas tribuitur Rm̃o Archiepiscopo*, *reducendi ad ritum simplicem memorata festa secundaria*, *ita tamen*, *ut de illis fiat commemoratio in utrisque vesperis*, *laudibus*, *et Missa cum nona lectione ad matutinum*, *juxta Decretum hujus Sacrae Congregationis diei*

29. *Novembris* 1735. in Hispalen. (3889. ad 5.), *et indicatas Octavas in posterum omittendi*.

Ad 3. *Negative*, *excepto casu*, *quod in toto anni decursu dies vacui deficerent pro eorum translationibus*, *juxta Rubricas*, *et in hujusmodi casu*, *quoad diem Octavae illius Officium retinendum esse*, *et simplificandum Festum occurrens*, *licet majoris ritus*, *et dignitatis*, *dummodo non sit* 1., *vel* 2. *classis*.

Ad 4. *Negative*, *et serventur Rubricae*, *et S. hujus C. Decreta*.

Ad 5. *Negative*.

Ad 6. *Negative*, *excepto casu*, *ut supra*, *quod in toto anni decursu dies vacui deficerent pro translationibus*, *juxta Rubricas*.

Et ita decrevit. *Die* 9. *Aprilis* 1808.

4359. CORDUBEN.

Approbationis reformationis Calendarii, et resolutionis Dubiorum. Instante Rmo Episcopo, Ponente Emo Dno Antonio ab Auria.

Ad 1. *Pro gratia*, *et ad Emum Ponentem cum Promotore Fidei*. *In reliquis scribatur Episcopo*, *juxta mentem*. *Die* 9. *Aprilis* 1808. Gratia respicit reformationem Calendarii a S. R. C. approbati, de quo primum actum fuit.

Dubia vero, super quibus scribendum erat Episcopo, juxta mentem, sunt, quae sequuntur.

1. An abscindi penitus debeat consuetudo deferendi Imagines B. M. V., et aliorum Sanctorum in solemnibus Processionibus SSmi Corporis Christi, non obstantibus quibuslibet Synodalibus Statutis, si forte in contrarium adsint?

2. An in casu possit Episcopus Regulares compellere ad hujusmodi consuetudinem abscindendam, non obstantibus privilegiis quibuscumque?

4360. HISPALEN.

Cum apud Sodales Congregationis titulo Christi Domini Spinis coronati, B. M. V. nostrae spei civitatis Hispalen. dubitatio occurrerit circa colorem veli, quo cuntegenda sit Cathedra, ex qua, occasione piarum exercitationum, quae ab eadem sodalitate agi assolent in Ecclesia, verbum Dei annuntiatur, num scilicet adhibendus sit color violaceus, ut praeteritis temporibus usuveniebat; vel color albus, ut sex abhinc annis, postquam scilicet eaedem piae exercitationes coram SSmo Eucharistiae Sacramento peragi coeptum fuerat; ad quam dubitationem tollendam recursus habitus sit ad S. R. C.

Sac. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarata, et etiam typis impressa, ad relationem Emi, et Rmi Dni Cardinalis Matthaei Ponentis rescripsit prout infra, videlicet. *Utendum colore albo quoad exedron in SSmi Sacramenti expositione*. Et ita declaravit, et decrevit. *Die* 9. *Aprilis* 1808.

4361. VERONEN.

Cum in Asceterio Monialium Ordinis S. Francisci adnexo Ecclesiae titulo Sancta Maria nuncupat. *delle Vergini dette della Madonna*, Civitatis

Veronae commorentur hodie Moniales Monasterii SSmi Redemptoris ex Ordine Canonicorum Regularium Lateranensium S. Augustini, separatae tamen in omnibus a praedictis Monialibus Ordinis S. Francisci, excepta Ecclesia, quae est communis, ita ut ab utrisque Monialibus servetur propria regula, et recitetur Officium juxta proprium Calendarium; visum est Monialibus Lateranensibus, quod ab earum Cappellano quotidie celebranda sit ea Missa, ad quam audiendam ipsae conveniunt, quae conformis sit Officio in earum Calendario assignato; quod cum denegetur a Monialibus S. Francisci, in hujusmodi opinionum discrepantia, ad firmandum quid fieri opus sit, Moniales Lateranenses recursum habuerunt ad S.R.C.

Sac. eadem Congregatio, audita prius sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris scripto exarata, typisque tradita, ad relationem Emi, et Rmi Dni Cardinalis Erskine Ponentis, rescribendum censuit: *Posse Cappellanum Monialium Lateranensium SSmi Redemptoris in casu, de quo agitur, Missas legere secundum ordinem earumdem Monialium, exceptis diebus Dedicationis, et Titularis Ecclesiae.* Et ita declaravit. *Die* 20. *Martii* 1809.

4362. ADDITAMENTUM,

Pro-memoria per la Sacra Congregazione de Riti.

„ Nell' estensione dei Decreti della Sacra Congregazione de Riti riguardanti gli Offizj, e le Messe, cadono alle volte alcune difficoltà, a toglier le quali sono pregate l'EE.VV. di dare una decisione, che serva di regola fissa, ed uniforme.

„ 1. La prima si è che regolarmente si cercano gli Offizj nuovi da recitarsi nelle Dioecesi dal Clero Secolare, e Regolare, e dalle Monache; e nelle concessioni talora si danno al solo Clero Secolare, talora all' uno, e all' altro, e talvolta s' esprimono nominatamente anche le Monache, secondo il diverso tenore de Rescritti, i quali variano comunemente per sola innavvertenza di chi ha stesa la supplica. Ora il concedersi nuovi Offizj indistintamente anche al Clero Regolare, può recare molta confusione in alcune Religioni, che hanno il proprio Calendario assai pieno di Santi, e per contrario non sembra giusto negarli a quei Religiosi, che usano del Calendario delle Diocesi, dove sono i loro Conventi. Perciò si renderebbe opportuno di stabilire per regola fissa, che concedendosi o da Nostro Signore, o dalla Sacra Congregazione qualche Officio ad una Diocesi, comunque sia concepita le petizione, si usasse la seguente formola nel Decreto *Clero saeculari Civitatis, et Dioecesis N., nec non Religiosis, et Monialibus utentibus Calendario Dioecesano.*

„ 2. L' altra difficoltà cade allorchè da Nostro Signore, o dalla Sagra Congregazione si concede di dire, o una sola Messa cantata, o anche tutte le Messe d'una qualche Festa, di cui non si fa nello stesso giorno l'Offizio. In tal caso talora si concede la Messa cantata *ut in die festo*, talora *votiva solemnis*, talora *instar votivae pro re gravi*; aggiungendosi alcune volte di non lasciare la Messa conventuale, e nello stesso tempo di far la commemorazione della Domenica, o d' altra Festa corrente. Or la Messa

„ Conventuale non si canta in tutte le Chiese: e riguardo alle commemora-
„ zioni, certamente si devono fare nelle Messe basse, ancorche siano vo-
„ tive: ma per la Messa cantata v'è molto dubbio, conciosiachè la Ru-
„ brica nelle Messe votive cantate prescrive una sola Orazione, e certamen-
„ te non se ne aggiunge altra, quando siasi detta la Messa conventuale *de*
„ *die*. Ma in quelle Chiese, in cui non dicesi la conventuale *de die*, co-
„ me che nella Rubrica non sia espresso, sembra nondimeno giusta l'opi-
„ nione del Merati *ad Gavant. part.* 1. *tit.* 4. *rub.* 3. §. *VII. num.* XLIV.
„ del Gujeto *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 8., e di altri che le commemorazioni deb-
„ bono farsi.

„ Inoltre nelle Messe votive così basse, che cantate non si dice *Glo-*
„ *ria*, *e Credo*, se non sono *pro re gravi*, *vel publica Ecclesiae causa*,
„ o in quei casi d'eccezione espressi nelle Rubriche, eppure quando si
„ dà una Messa cantata o sola, o coll'altre basse per una Festa straordi-
„ naria, o trasportata, troppo mancarebbe al decoro della Festa, se non
„ si cantasse il *Gloria*, ed anche il *Credo*, se è Festa, che l'esigga. Sem-
„ brarebbe dunque in tali casi doversi usare le seguenti frasi: *Missam*, *vel*
„ *Missas*, *ut in die festo*, se poi si tratti di Messa straordinaria della Ma-
„ donna, o altra, di cui non vi sia Festa propria, dirsi: *Missam*, *vel Mis-*
„ *sas instar votivae pro re gravi*.

„ In quelle Chiese poi, in cui deve cantarsi la Messa conventuale, ag-
„ giungere: *Non omissa Conventuali de die*, *ac commemorationibus Offi-*
„ *cii de die*, *aliisque occurrentibus in Missis privatis tantum*, *juxta Ru-*
„ *bricas*.

„ Se poi sia Chiesa, che non è obbligata a cantare la Conventuale, po-
„ trà dirsi così: *Cum commemorationibus Officii de die*, *aliisque occurren-*
„ *tibus juxta Rubricas in Missis privatis*, *atque etiam in Missa cum can-*
„ *tu si celebrata non fuerit Missa conventualis de die*.

Ex Congregatione Sacrorum Rituum die 18. Februarii 1794.

Sac. Congregatio mandavit servari exposita in suprascripto supplici libello a me Secretario distributo.

D. Coppola S. R. C. Secretarius.

4363. URBIS, ET ORBIS.

Cum in publicis Ecclesiae calamitatibus aucta plurimum fuerit devotio erga BEATISSIMAM VIRGINEM, juxta Simeonis prophetiam in anima gladio transfixam, cujus commemoratio fit dumtaxat Feria VI. post Dominicam Passionis, dum Ecclesia ob sublimia Redemptionis mysteria, quae eo tempore celebrantur, in tristitia versatur, et luctu; cumque propterea Apostolica Sedes jampridem indulserit, ut in Ordine Servorum B. MARIAE VIRGINIS iterato idem festum solemniter perageretur in Dominica III. Septembris, quod postmodum extendit ad plurimas Provincias, et Dioeceses: hinc Sanctissimus Dominus Noster PIUS VII. Pont. Max. pia devotione motus erga BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM dolore transfixam, accedentibus etiam precibus Serini Caroli Emmanuelis Sardiniae Regis, ac voto Emi, et Rmi Domini Cardinalis Julii Mariae de Somalia uti Sacr. Rit. Congregatio-

ni Praefecti, suae vocis oraculo in Audientia mihi infrascripto Sub-Promotori Fidei sub hac die benigne impertita, praecepit, ut in posterum in universa Ecclesia ubique terrarum quotannis, recurrente Dominica III. Septembris celebretur festum DOLORUM B. M. V., extendendo ad omnes tam Saeculares, quam Regulares, qui ad horas Canonicas tenentur Officium, et Missam jam concess. Ordini Servor. ejusdem B. M. V. sub ritu dup. maj. Sed quoniam in ea Dominica III. Septembris aliquando occurrit Octava Nativitatis B. M. V., aut festum S. Matthaei Apostoli; alterutro adveniente casu, mandavit, ut festum Dolorum transferatur in primam ex sequentibus Dominicis, quae non sit impedita Officio ritus dup. primae, vel secundae class., firma nihilominus remanente ejusdem festi commemoratione, quae fit in Feria VI. post Dominicam Passionis. Die 18. Septembris 1814.

4364. URBIS, ET STATUS ECCLESIASTICI.

Cum Sanctissimus Dominus NOSTER PIUS VII. Pont. Max. validissimum BEATAE MARIAE VIRGINIS auxilium expertus fuerit in multis tribulationibus, aerumnis, angustiis, quas in diutina quinque, et ultra annorum captivitate passus est. Ejus intercessioni tribuens felicem suum reditum in Urbem Sanctam, a qua fuerat nefarie avulsus; accito Rmo Cardinali Julio Maria de Somalia Episcopo Tusculano, suo in Urbe Vicario Generali, et Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, mentem suam esse significavit, ut ad grati animi reddendum perenne testimonium gloriosissimae Virgini, quae insperato Sibi, et Populo Fideli in auxilium venit, peculiare Festum in ejusdem honorem instituatur peragendum die 24. Maii in aevum memoranda, felici Ipsius ad Petri Sedem signata regressu; et aemulatus Decessorem Suum S. Pium hujus nominis V., qui ob insignem Victoriam anno MDLXXI. a Christiana Classe contra Turcas ad Echinadas Insulas Dei Genitricis ope relatam, Litaniis Lauretanis alterum elogium inseri jussit AUXILIUM CHRISTIANORUM; ita et Ipse hoc titulo decorare novum hoc festum constituit cum Officio, et Missa ab eodem Rmo Cardinali Praefecto, a R. P. Andrea Cavalli Promotore Fidei, et a Me infrascripto Sac. Rit. Congregationis Assessore revisis, cum in Urbe, tum in toto Ecclesiastico Statu recitando, et respective celebranda sub ritu dup. maj. ab omnibus, tam Saecularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur.

Et hoc Decretum in Acta Congregationis Sac. Rituum reponi, ac publici juris fieri mandavit. Die 16. Septembris 1815.

4365. EX SACRA CONGREGATIONE CONCILII
AD CONGREGATIONEM SACRORUM RITUUM.

Ex Relatione Status Ecclesiae Episcopi Ebusitani ad Sacram Congregationem Concilii transmissa die 1. Octobris 1814. inter caetera contenta sic habetur.

Opportunum censeo in re particulari exponere, quae in Parochiali Ecclesia S. Francisci a Paula in Salinis animadverti. Oratoriis in duobus (cum ibi nondum Ecclesia aedificata sit) ordinatum est rem Sacram peragere ad Missam audiendam in diebus festis, in quorum uno populus frequenter assistit, etiam ad Sancta Sacramenta recipienda; et in altero solum in tempore recol-

lectionis Salis, ob magnam locorum distantiam, et quia vicinius invenitur ad damna praecavenda, secunda Missa, et Sanctum offertur rursus Sacrificium ab eodem Parocho jejuno; sed quia unus tantum est Calix ad duas Missas; ipse idem solum cum stuppis purificatus parum reverenter ad istud deferebatur Oratorium; hac de causa a me provisum fuit in prima Parochiali visitatione, ut altero distincto Calice, secundum Sacrificium offeratur; ita ut unumquodque Oratorium quod est reapse necessarium contineat; ast quomodo in prima Missa purificationes debeant fieri anxie nos torquent; siquidem species Sacramentales corruptioni veniunt expositae, si ibi relinquantur, aut si Calix impurificatus permaneat ibidem super Altare, cum neutra Oratoria habeant nec Tabernaculum, nec Sacraria, in quibus recondi valeat reverenter; et aliunde si Calix ipse impurificatus ad Missam sequentis diei permaneat super Aram, ut in nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, dessicantur in aestate, aut corrumpuntur ob nimium calorem particulae Sacramentales Sacri Sanguinis Domini; imo nec facile evitare valent irreverentiae, et luminis perpetui defectus; quid ergo? Ut rite omnia fiant, et sancte tractentur, quid peragendum, praesertim cum in defectibus occurrentibus in celebratione Missarum, nec in Rubricis Generalibus, neque in nocte Nativitatis specialibus, quidquam dispositum inveniamus, quo regi possimus decenter, et religiose? Omnia considerantur timide, et cum tremore cum iisdem Parochis; atque S. V. annunciandum judicavi; si forte S. Rituum Congregat. consulendum foret dubium; quid in his; et similibus angustiis, quando duo Sacrificia in diversis Ecclesiis adeo sejunctis ob maximam distantiam, et populi commissi necessitatem celebrantur ad satisfaciendum de auditione Missae praecepto ab uno ipso Sacerdote peragendum sit, ut digne, sancte, et devote quod decentius sit uniformiter exequatur.

Die 10. Julii 1815.

Ad Rmum D. Camillum Canonicum Rubbi, qui faveat sensum suum pro veritate aperire.

Aloysius Gardellini S. R. C. Assessor

Praesens quidem Dubium confuse admodum proponitur; nihilominus, quantum ex contextu intelligi potest, agitur de celebrandis eodem die festo duabus Missis ab eodem Parocho jejuno cum eodem Calice in duobus Oratoriis valde dissitis, ut satisfiat populo fideli, ejusque obligationi audiendi Sacrum. Ne novi absque necessitate inducantur ritus, simulque decentiae, ac reverentiae Sacramento debitae consultum sit, rem ita expediri posse censeo: ut Parochus in prima Missa Calicem impurificatum relinquat, prout fit in duabus prioribus Missis Nativitatis Domini: Calici autem statim imponat Patenam, et Pallam, prout fit in eisdem Missis: dein Calicem, et Patenam cooperiat velo, quod etiam circumligabit Calici, prout fit in repositione Sacri Corporis in Sepulcro Feria V. in Coena Domini. Atque Calicem hunc sic coopertum, et circumligatum, defectu Tabernaculi, post primam Missam relinquat in Altari super Corporale. Dein vero suo tempore eumdem hac ratione praeparatum decenter deferat ad aliud Oratorium, ut ibi celebret secundam Missam, quam peraget eodem ritu, quo celebratur tertia Missa in

Nativitate Domini. Ex hac agendi ratione nihil indecentiae, nihil irreverentiae consequi videtur. Species enim Sacramentales, quae in Calice non purificato remanserunt, ob tenuitatem suam exsiccantur, statim (aestivo tempore praesertim) non corrumpuntur, eaeque ad pristinam fluiditatem suam facile redeunt, cum paucas post horas, eodemque mane aliud recens vinum Calici infunditur ad alteram Missam celebrandam. Sed haec, quae dixi S. Congregationis judicio humillime subjicio.

Camillus Canonicus Rubbi in Collegio Romano S. Theologiae Professor.

Die 16. Septembris 1815.

Emi Domini Cardinales S. Rit. Congregationi praepositi, audita instantia Rmi Episcopi Ebusitani, matureque considerato voto R. D. Camilli Canonici Rubbi, in casu, de quo agitur = Reprobarunt usum duorum Calicum tamquam in Ecclesia novum, et censuerunt unum dumtaxat esse adhibendum, ut in more est apud Missionarios in locis praesertim Infidelium, servata forma in praedicti Theologi voto proposita = Et ita etc.

4366. NULLIUS BALNEARIAE.

Clerus Balneariae Dioecesis Nullius, in ulteriori Calabria, humiliter sibi declarari a S. Rituum Congregatione expostulavit sequentia Dubia, videlicet.

1. An diruta, et solo aequata Ecclesia Matrice dedicata ejusdem Oppidi, teneatur Clerus quotannis ad Officii celebrationem de dicta Dedicatione cum Octava etc., quamvis in alio situ dein Matrix Ecclesia constructa fuit, cui Clerus inservit?

2. An Curati duarum Villarum Solani, et Pellegrinae nuncupatarum, Dioecesis Balneariae teneantur ad Octavae celebrationem de dicta Dedicatione, an ad solam diei celebritatem? Ratio dubitationis ex eo procedit, quod ex antiqua consuetudine tota parva Dioecesis Balneariae existimatur una quasi Parochia, cum nec in Oppido Balneariae, nec in Villis eidem subjectis sint veri Parochi, nam Cura Animarum exercetur per oeconomos Curatos amovibiles, a Vicario Capitulari Balneariae deputatos, qui nec etiam est Parochus, sed Loci Ordinarius. Harum Villarum una distat a Balneariae Oppido per duo milliaria circiter, altera per tres circiter. Actuales Curati sunt Balnearenses, saepe sunt aliarum Dioecesium inibi residentes ad Curam animarum exercendam. Tenentur etiam hi exteri ad dictam Octavam?

3. S. Rituum Congregatio ad preces ejusdem Cleri concessit in Dominica III. post Pascha Officium Patrocinii S. Joseph Sponsi B. M. V. sub ritu duplici minori; in Dominica III. Septembris Officium Septem Dolorum B.M.V. sub ritu duplici majori; in Dominica II. Octobris Officium Maternitatis B.M.V. sub ritu duplici majori; in Dominica III. Octobris Officium Puritatis B. M. V. etiam sub ritu dupl. maj. cum hac clausula: Addita facultate praefata quatuor Officia transferendi in proximiorem sequentem Dominicam non impeditam, quoties Dominicae assignatae fuerint impeditae. Clerus praedictus humiliter petit edoceri quales hoc casu intelligantur Dominicae impeditae, nam cum ex Rubricarum praescripto Officium duplex, etiam minor impediat Officium Dominicale, videtur quod praedicta Officia recitari debeant solum,

modo in iis Dominicis in quibus non cadit festum dup. etiam minor. Et ratio dubitationis est validior relate ad Officium Patrocinii S. Joseph, et Septem Dolorum B. M. V., quorum primum in toto Regno Neapolitano celebratur, ut assignatum dictae Dominicae sub ritu duplici secundae classis, et secundum in Dominica 3. Septembris, etiam ut assignatum celebratur sub ritu duplici majori ex concessione in toto Regno utriusque Siciliae.

4. Insuper petiit, an impedita Dominica assignata, et proximiori, possint eadem Officia celebrari qualibet Hebdomadae die non impedita?

5. Postremo petiit sibi declarari; an celebrare teneatur Officium S. Januarii semel in mense diebus non impeditis in mensibus Septembris, Decembris, et Maii, in quibus mensibus celebratur de praecepto Officium dicti Sancti; nempe Natalis ejusdem in mense Septembris, Patrocinii in mense Decembris, et Translationis in mense Maii. Ratio dubitationis ex eo procedit, quod si in dictis tribus mensibus praeter Officia praedicta, celebretur etiam Officium, ut in aliis mensibus, semel in mense, tunc non erit semel, sed bis in mense, in mensibus scilicet Septembris, Decembris, et Maii.

Et S. R. C., exquisito voto alterius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris typis evulgato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Antonii ab Auria causae Relatoris, respondit, *juxta votum*, videlicet.

Ad 1. *Negative*.

Ad 2. *Provisum in primo*.

Ad 3. *Dominicas impeditas esse illas, in quibus Festum ritus dupl. occurrit*.

Ad 4. *In casu proposito, Negative*.

Ad 5. *Negative, et servetur Decretum in Tarentina* 5. *Octobris* 1697. (3297.), *et ita etc. Die* 15. *Septembris* 1815.

4367. DECRETUM GENERALE.

Cum non obstante generali Decreto, quo sub die 7. Julii 1753. a Sac. Rit. Congregatione, mandatum fuit: *Quod in posterum preces recitandi Officia votiva semel in hebdomada, vel semel in mense amplius non recipiantur*: frequentes petitiones fiant pro facultate recitandi hujusmodi Officia votiva, nec petentes tam facile acquiescant, rati, quod praefata generalis dispositio ob diuturnum temporis lapsum in desuetudinem abierit.

Ideo Emi, et Rmi DD. Cardinales eidem Sac. Congregationi praepositi, ad mei infrascripti Secretarii relationem sub hodierna die: *Memoratum generale Decretum ad omnimodam observantiam revocari, ejusdemque exemplar, ut cunctis pateat, ad Secretariae parietes affixum perpetuo retineri jusserunt. Die* 11. *Maii* 1816.

4368. DECRETUM.

Ea est judicii sanctitas, cum de Viris virtute commendatis honoribus Coelitum donandis apud Apostolicam Sedem quaestio instituitur, ut quae possint ad tantam rem tuto conficiendam, atque ad quemlibet vel tenuissimum scrupulum propulsandum expedire, ea omnia a Romanis Pontificibus sapientissime inventa, atque statuta fuerint. Huc spectant quae

jussu S. M. Urbani PP. VIII. a Concistorialis Aulae Advocatis habentur in publicis Concistoriis Orationes, quibus de vita, et gestis alicujus Servi Dei diserte refertur, ut ipsius nomen in Beatorum, vel Sanctorum Fastis adscribatur. Quae quidem, ut recte, ac pro summi negocii gravitate fiant, Institutio quaedam ab eodem, Pontifice fuit sancita die XXVIII. Januarii anno MDCXXXI., qua et Secretarii Sacrae Rituum Congregationis partes, et Concistorialium Advocatorum Officium in id genus orationibus distincte, perspicueque praefiniuntur. Cavetur quippe, ut causarum electio ad ipsum Secretarium spectet, qui adnotabit in schedula a se subscribenda nomen Servi Dei unicuique Advocato per turnum assignandi, tum, ut eidem per octo saltem ante propositionem dies eadem Oratio tradatur emendanda, atque accomodanda, si quid adversus ipsius Institutionis praescripta ibidem deprehenderetur. Argumenta insuper, de quibus disserere fas sit, designantur, ne quid temere, vel minus opportune, apteque proponatur. Quae quidem omnia S. M. Benedictus XIV. luculenter tradit in praeclaro suo Opere de Beatif., et Canoniz. Sanctorum lib. 1. cap. 35. Verum cum in praesens, quod ferme ex varietate, ac perturbatione temporum contingit, ab accurata hujusmodi Institutionum executione declinari coeperit, Sanctissimus Dominus Noster Pius VII. Pontif. Max., pro eo, quo praestat zelo in ecclesiastica disciplina tuenda, suorumque Praedecessorum Decretis vindicandis, decrevit, ut praedicta Urbani VIII. Institutio, exceptis septimo, et octavo capite, quibus de honorarii tribuendi ratione, ac de commissione ab Advocato proponente tenenda agebatur, plene, et integre in posterum servetur, ac nemini liceat adversus ipsius dispositionem operari. Quod Decretum Sanctitas Sua, mihi infrascripto Secretario mandavit in acta Sacrae Rituum Congregationis referre, ut ab iis, ad quos spectat inviolabiliter observetur. Die 30. Aprilis 1816.

Ita reperitur in Regestis Decretorum existen. in Secretaria Congregat Sac. Rit. In fidem etc.
Loco ✠ Sigilli

Pro R. P. D. Julio de Carpineo S. R. C. Secr.
Aloysius Gardellini S. R. C. Assessor.

EXPLICIT VOLUMEN V.

INDEX GENERALIS

Responsionum S. R. C., quæ in quinque hujus Collectionis voluminibus continentur. Eædem juxta temporum ordinem sunt dispositæ, numerisque distinctæ. Facile est invenire, quod quæritur, reperto numero in Indice indicato, et etiam dubio quoad eas Responsiones, seu Decreta, quæ plura complectuntur resoluta Dubia.

IN SINGULIS VOLUMINIBUS CONTINENTUR DECRETA.

In I. Ab Anno 1602. ad 1645. a num 1. ad 1398.
In II. Ab Anno 1646. ad 1677. a num. 1399. ad 2700.
In III. Ab Anno 1678. ad 1703. a num. 2701. ad 3521.
In IV. Ab Anno 1704. ad 1753. a num. 3522. ad 4088.
In V. Ab Anno 1754. ad 1816. a num. 4089. ad ultimum.

A

sacra suppellectilia nequeunt ea benedicere pro exteris Ecclesiis, non obstante contraria consuetudine 682.

Abbates regulares petere debent benedictionem ab Ordinario, non autem ab aliis Abbatibus proprii Ordinis 923.

Abbates, vel regulares sint, vel saeculares, in exercendis Pontificalibus, conformare se debent Decreto generali de 27. *Septembris* 1659. relat. sub num. 1856. Vide *Praelati Episcopo inferiores*.

Abbates possunt prohiberi per Ordinarios, ne Pontificalia exerceant, nisi doceant de legitimo, et valido privilegio 2150.

Abbates Ordinario subjecti nequeunt licentiam dare alteri Abbati exempto, vel forensi, celebrandi pontificaliter in suis Ecclesiis, sine licentia Ordinarii 499.

Abbati adstanti in Ecclesia Monialium suae jurisdictionis simul cum loci Episcopo quae sedes conveniat? 383.

Abbati Mitrato vigore privilegii obtenti ante Concilium Tridentinum non licet conferre Ordines minores, consecrare Calices, benedicere Campanas, et similia agere, in quibus Sacra unctio adhibetur 489. *ad* 3.

Abbati Mitrato non licet habere prope sedem Episcopalem stallum coeteris eminentius 2252. 2393.

Abbati non licet praetergredi fines constitutos a Decreto generali super usu Pontificalium, nisi habeat speciale privilegium a S. R. C. comprobandum 2280.

Abbati quae non liceant 2615.

Abbates habentes usum Mitrae, et Baculi nequeunt uti ornamentis pontificalibus extra proprias Ecclesias sine speciali Sedis Apostolicae indulto, et locorum Ordinarii nequeunt hanc eis facultatem impertiri 787. 1248.

Abbates extra Pontificalia, quae ter in anno possunt celebrare, nequeunt paramenta sumere de Altari, et benedictionem solemniter impertiri: nam in Missa privata a simplicibus Sacerdotibus distingui non debent 1825. *ad* 5.

Abbates saeculares habentes usum Pontificalium non benedicuntur 2009.; si alter ex his absit, vel sit vita functus, functiones solemniores in Ecclesia Abbatiali competunt Canonico digniori 2169.

Abbates convenientes cum Capitulo Cathedralis sedere debent in loco decenti, non autem supra, vel inter Canonicos 2939. *ad* 1.; nequeunt uti ministro ad imponendam, et deponendam Mitram. *Ibidem ad* 2.; nequeunt adhibere Mitras pretiosas, baculum, pulvinar. *Ibidem ad* 3.; neque licet, ut iisdem thuris honor deferatur ab aliquo Monacho, dum Canonici thurificantur a Diacono. *Ibidem ad* 4.

Abbas, seu Praelatus assistens in suo habitu ordinario Missis solemnibus Confraternitatum, nequit praetendere sedem cameralem cum suggesto ante se, velo violaceo, seu purpureo cooperto cum pulvinaribus, ac similibus 2979.

Abbati Mitrato Praeposito alicujus Ecclesiae, quae in agendis Pontificalibus non liceant 2989. *ad* 1. 3. 4. 5. 6. *et* 7. quoad usum quatuor candelarum in celebratione privata tolerari posse S. C. respondit. *Ibidem ad* 2.

Abbates num in Synodo uti debeant Mitris simplicibus? 2990. *ad* 2.

Abbates nequeunt benedicere sacra paramenta, nisi pro Ecclesiis sibi subjectis 3043. *ad* 2.: debent se conformare Decretis generalibus 3916. Hinc, licet possint benedicere sacra suppellectilia, vasa etc. pro suis Ecclesiis; nequeunt tamen campanas, et vasa sacro Chrismate linienda 4010. *ad* 1. *et* 2.

Abbati, qui sit Dignitas alicujus Collegiatae, solemniter celebranti, Canonici debent inservire in officio Diaconi; et Subdiaconi 3050. *ad* 1.

Abbates nequeunt triplicem benedictionem impertiri populo, nisi exercentes Pontificalia 3164., et compellendi sunt ad observantiam Decretorum Alexandri VII etiam sub censuris ab Episcopo 3326.

Abbates in functionibus, quae fiunt in

tes primis Vesperis, Processioni, et Missae in festivitate S. Blasii sedere debent in Choro loco decenti ab Episcopo designando *Ibid. ad* 2. Habere debent pulvinar, dum pontificalibus induti genuflectunt in actu receptionis, et repositionis Sacrarum Reliquiarum *Ibidem ad* 3. Possunt secum ducere in Processionibus duos Clericos, vel Monachos cotta indutos pro servitio, et usu Mitrae, et Baculi. *Ibidem ad* 4.

Abbas Fuldensis vi communicationis privilegiorum habet facultatem benedicendi, et consecrandi in locis suae jurisdictionis 3514. *ad* 1. sed nequit ad haec delegare suum Vicarium. *Ibidem ad* 2. Et quoad benedictiones, et consecrationes a dicto Vicario peractas, has reiterandas esse dixit S. R. C., quatenus fieri posset, sine scandalo, praeterquam quoad Sacra Vasa adhibita *Ibidem ad* 3. *et* 4.

Abbati, *et Archidiacono Monasterii Siticensis Ordinis Cisterciensis* in Dioecesi Goritia plura conceduntur privilegia, praeter contenta in Decretis Alexandri VII. circa usum pontificalium, concessum Praelatis Episcopo inferioribus 4203

Abbas, *et Monachi Monasterii Abdingesfensis Ordinis S. Benedicti* nequeunt praecedere in Processionibus Capitulo Cathedralis, et Clero seculari Paterbonen., et tenentur interesse Processionibus publicis tam ordinariis, quam extraordinariis 4205.

Abbatissae Coadjutrix in omnibus praeferenda est Priorissae 62. si Abbatissa sit praesens, cessat praeeminentia Coadjutricis 107.

Abbatissae nequeunt in Choro adhibere Baculum Episcopalem, qui neque aptandus est manibus defunctae, neque pingendus in Imaginibus S. Clarae. Contrarios usus est eliminandus 1633. 1662.

Abbreviator majoris praesidentiae Episcopus, quamvis posterior, extra tamen parcum, anterioribus praecedit 3068. Quid de aliis in Capella Pontificia, et Parco? 1905.

Absolutio in funeribus concludi debet cum *Requiescat in pace*, pro uno defuncto; cum *requiescant* si exequiae sint pro pluribus: In Missa vero semper dici debet in numero plurali 2709. subjungi tamen debet *Anima ejus*, *et Animae omnium fidelium defunctorum requiescant in pace*, expleta absolutione ad formam Rubricae; sed in die commemorationis omnium defunctorum, expleta absolutione circa castrum doloris, nihil est superaddendum 2924. *ad* 11. Hac die licet dicatur tota orationis conclusio in Officio, dicenda est abbreviata in absolutione 3328. *ad* 4.

Absolutio circa castrum doloris nequit fieri expleta Missa de Sancto currenti, canente Choro *Libera me Domine etc.* 3642.

Absolutionis quaedam formula adhibita a nonnullis Capellanis Monialium in administranda eis Eucharistia, num licita? 4115.

Abusus intollerabilis est, quod quis, peracta consecratione, relicto calice super Altare, Processionem ducat cum Sacra Hostia per loca solita, qua peracta, rediens ad Altare, Missam perficiat 880.

Abusus non ferendus est, quod Celebrans pluviali indutus confessionem faciat cum Magistratu 885.

Abusus reprobandus est in electione Patronorum praeferre Sanctos ordinis inferioris B. M. V., et aliis Sanctis ordinis superioris, ita ut alter ex illis eligatur in Patronum principalem; et B. V. M. in Patronam minus principalem. In hoc enim servandus est ordo Hierarchiae 1262.

Abusus celebrandi simul a septem Sacerdotibus Missam in septem Altaribus, uno tantum alta voce canonem proferente, damnatur 1304. *ad* 1.

Abusus adversus caeremonialem Librum

in principe Ecclesiae Sacello Divina persolvuntur Officia : ideo addit Decretum, quod non celebrentur in aliis Altaribus, quae sunt e conspectu Chori *Ibidem*) Si in Altari expositum sit SSmum Eucharistiae Sacramentum, eo thurificato, nequeunt alia Altaria thurificari 4032. *ad* 11.

In Altari privilegiato nequit celebrari Missa de requiem diebus vetitis per Rubricas 1525. *ad* 2. si perpetuo sit privilegiatum, et in eo quotidie celebrandae sint Missae de requiem, gaudet eodem privilegio per celebrationem Missarum de Festo currenti in duplicibus, ut provisum est per generale decretum 2234. Quod intelligitur etiam de Altari privilegiato ad tempus, et pro quibusdam diebus, ut in altero generali Decreto 1337. 2880. *ad* 3. *et* 4. Hujusmodi Indultum comprachendit dies omnes, in quibus juxta Rubricas Missas de requiem celebrari vetitum est 3009. In aliquo casu Sacra Congregatio privilegium extendit, si difficile erat adimplere onera in diebus non impeditis 3331. 3388. (a).

(a) Ad majorem intelligentiam horum Decretorum, quae juxta ordinem temporum supra relata sunt, subjicimus Constitutiones *S. M. Alexandri VII.*, *S. M. Clementis IX.*, *et Ven. Innocentii XI.* Illa *Alexandri VII.* est quae sequitur.

Creditae nobis coelitus dispensationis Officium salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes, et quamplurima Dubia in diversis mundi partibus orta, et in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum, deducta occasione *Decreti ejusdem Congregationis die* 5. *Augusti* 1662. *editi*, ac nobis probati de non celebrandis Missis de requiem in duplicibus tollere, atque dirimere cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica: tenore praesentium, approbamus in primis aliud Decretum *in una Novarien* 22. *Novembris* 1664., quo declaratum fuit Anniversaria, et Missas cantatas de requiem relictas ex dispositione Testatorum quotannis in die ipsorum obitus. etiam in duplici majori contingentis, non comprehendi in dicto decreto. Ulterius quoad Altaria perpetuo privilegiata, et in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandae sint Missae de requiem ex obligatione, auctoritate, et tenore praedictis, declaramus, per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, et suffragari eum eisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratae Missae de requiem ad formam privilegiorum, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere etc.. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. Die 22. Januarii 1667., Pontificatus nostri anno duodecimo.

Altera Clementis IX. sequens est: Cum felic. recordat. Alexander Papa VII. Praedecessor Noster Dubia in diversis Mundi partibus, occasione *Decreti Congregat. tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum die* 5. *Augusti* 1662. emanati, et ab ipso *Alexandro* Praedecessore nostro approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta, dirimere cupiens, aliud ejusdem Congregat. Decretum *in una Novarien. die* 22. *Novembris* 1664. editum approbaverit. quo declaratum fuerat Anniversaria, et Missas defunctorum cum cantu, ex dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum obitus die celebrandas, tametsi dies obitus hujusmodi in Festo ritus duplicis majoris incideret, non comprehendi in dicto primo Decreto: ac ulterius quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, et in quibus proinde quotidie, etiam in Festis ritus duplicis celebrandae essent Missae defunctorum ex obligatione, declaravit, per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, et Indulgentias, per hujusmodi privilegia Apostolica concessas animabus fidelium in Purgatorio existentibus, suffragari perinde, ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, et alias, prout in ejusdem *Alexandri* Praedecessoris Literis desuper in simili forma Brevis *die* 22. *Januarii* 1667. expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, uberius continetur. Cumque (sicuti ad aures nostras pervenit) etiam dubitetur: Utrum dictarum literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadae diebus, et ad quae Mis-

sae non ex obligatione, sed ex sola Fidelium devotione celebrantur, locum habeat: Hinc est quod nos dubitationes hujusmodi ex injunctae nobis coelitus pastoralis solicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, *de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium praepositorum Sacris Ritibus*, qui rem mature perpenderunt, consilio, declarationem a memorato *Alexandro* Praedecessore, sicut praemittitur, editam, ad Altaria, ut praefertur, non in perpetuum, sed ad Septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus; ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum haebdomadae diebus, nunc et in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, extendimus, et proinde, ut Missae, quae ibidem de Festo currenti, in quo Missae defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione, celebrantur, ita ut animae Christifidelium, pro quibus celebratae fuerint, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequantur in omnibus, et per omnia, perinde ac si Missae defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratae fuissent, auctoritate, et tenore praedictis, concedimus, et indulgemus. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, non obstantibus etc. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annullo Piscatoris. Die 23. Septembris 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

Ac tandem Constitutio Ven. Innocentii XI. est ut, sequitur. Alias postquam felic. record. *Alexander PP. VII.* Praedecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis *die* 22. *Januarii* 1667. expeditas Literas, Dubia in diversis mundi partibus, occasione *decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum die* 5. *Augusti* 1662 emanati, et ab ipso *Alexandro* Praedecessore approbati, de non celebrandis Missis defunctorum in festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, inter coetera quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium defunctorum in perpetuum decorata, et in quibus proinde quotidie etiam in Festis ritus duplicis celebrandae fuissent Missae defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, et indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas animabus fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratae fuissent Missae defunctorum ad formam dictorum privilegiorum: Recolendae memoriae *Clemens Papa IX.* pariter Praedecessor noster, aliam subinde ortam dubitationem: utrum scilicet dictarum *Alexandri* Praedecessoris literarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadae diebus, et ad quae Missae, non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet similiter tollere desiderans, declarationem a memorato Alexandro Praedecessore, sicut praemittitur, editam ad Altaria, ut praefertur, non in perpetuum, sed ad Septennium, seu ad aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo vel aliquibus tantum hebdomadae diebus, tunc, et in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica, extendit, et proinde ut Missae, quae ibidem de festo currenti, in quo Missae defunctorum celebrari non possent sive ex obligatione, sive ex sola Fidelium devotione, celebrandae essent, suffragentur, ita ut Animae Christifidelium, pro quibus celebrarentur Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas, consequerentur. In omnibus, et per omnia, perinde ac si Missae Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratae fuissent eadem Auctoritate concessit, et indulsit, et alias prout in ipsius *Clementis* Praedecessoris Literis, etiam in forma Brevis *die* 23. *Septembris* 1669., desuper expeditis, quarum, et praefatarum *Alexandri* Praedecessoris Literarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa praemissa excitatum fuerit Dubium, videlicet; an supradictae *Alexandri*, *et Clementis* Praedecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis infra Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Corporis Christi, aliisque diebus, quibus, licet a Festo duplici non impediantur, adhuc Missae defunctorum juxta ritum, et morem Ecclesiae celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missae, quas iisdem diebus celebrare licet, servata coeteroquin dictorum privilegiorum forma, ad praefata Altaria celebrarentur; nosque dubium hujusmodi Congrega-

Altare ex integro lapide, si amotae fuerint Reliquiae, iterum debet consecrari 2955.

Altare portatile, quod aliquando apud Acatholicos extiterat, diligenter lustravit Episcopus, qui capsulam aperuit, ut videret, num Reliquiae extarent, quo comperto, iterum eam clausit. Dubius, num ex hoc esset Altare execratum, Pontificem adiit, qui S. R. C. examen comisit, quae respondit: Quatenus Episcopus celebraverit in supradicto Altari, non indigere alla consecratione. 3156.

Altaria polluta per violationem sepulcri Reliquiarum, ex urgenti causa S. R. C., SSmo adprobante, indulsit, ut reconciliari possent sola respositione Reliquiarum 3255. quod Decretum eadem S. C. respondit dandum esse pro diverso casu, in quo, destructis Altaribus, intactae remanebant mensae cum Reliquiarum sepulcris *Ibidem*.

Altaria dicata in honorem Sanctorum Prophetarum veteris Testamenti, si antiqua revera sint, tolerari possunt 3289.

Altaris portatilis usus concessus Missionariis Provinciae Lithuaniae 3375.

In Altari, sub quo defunctorum corpora sepulta sunt, non licet Missas celebrari 671. 4183. Vide etiam 179. 1313. 1681.

Altare, quod prope habet lapidem schalae, per quam descensus fit in sepulcrum, quod tamen distat ab Altari, non comprehenditur sub Decreto vetante, celebrari Missas in Altari, sub quo reconduntur cadavera 3682.

Altare portatile erigi posse in Ecclesia pro Baptismate Infantium Baronis Domini loci S. R. C. permisit. 3780. *ad* 7.

Altaria non sunt de novo consecranda, si Imagines, et Tituli amoti, et ad alium locum translati fuerint, non amota tamen mensa jam conseer ata, quia Altaria non Sanctis, sed Deo in honorem Sanctorum consecrantur 4127.

Altare ligneum cum Ara lapidea permittitur, ut collocari possit in medio Ecclesiae, ad effectum exponendi quamdam sacram Imaginem; arbitrio tamen Ordinarii pro diebus, et occasionibus ab eo indicatis, dummodo, perpensis omnibus, absit periculum cujuscumque scandali, aut irreverentiae 4239.

Amictus. Albae, Tobaleae Altarium, Pallae, et Corporalia confici nequeunt ex tela composita ex lino, et gossypio 2120.

S. *Anastasiae* commemoratio in secunda Missa Festi Nativitatis Domini, nedum Romae, sed ubique fieri debet. 2710. *ad* 1.

Angeli, et Archangeli. V. Officium.

Anniversarium, cui satisfieri nequit in

tioni VV. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Congregatio, re mature discussa, nuper per suum Decretum *die 3. Aprilis proximi praeteriti* praefatas *Alexandri, et Clementis* Praedecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missae defunctorum celebrari non possunt, responderit; hinc est, quod nos commissae nobis coelitus dispensationis munere fidelium defunctorum animarum in Purgatorio existentium suffragiis peramplius consulere cupientes, Decretum hujusmodi a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut praefertur Apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate supradictae Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. Die 4. Maii millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Decreta autem S. R. C. in praefatis Literis in forma Brevis laudata habentur suis apte locis, scilicet num. 2030. 2031. 2157. 2337. 3009.

diebus ferialibus, permittitur in duplici, non de praecepto 653.
Anniversarium Episcopi ultimo loco defuncti 1543.
Anniversaria certis diebus persolvenda nequeunt tuta conscientia transferri ad aliam diem; nec prodest aut consuetudo, aut Episcopi permissio. 1704.
Anniversaria relicta ex dispositione Testatorum celebrari possunt etiam in diebus rit. dup. maj., nec comprehenduntur in Decreto generali relato sub num. 2030. 2031. 2157., ut ex altero Decreto pariter generali 2234. Vide etiam 2505. 2964. 3141. *ad* 1. Quae intelligenda sunt de una Missa cantata tantum, nam Missae privatae, etsi a Testatoribus praescriptae, si occurrat Officium duplex, dicendae sunt de Festo cum applicatione Sacrificii 2770. cum declaratione, quod privilegium respicit tantum Anniversaria relicta ex dispositione Testatorum, nec extendi potest ad dies 3.7., *et* 30. ab obitu, nec ad dies, in quibus vetitum est fieri de duplici, aut ad Octavam Corporis Christi 2846. *ad* 1. 2., *et* 3. Praeterea stricte accipiendum est de Anniversariis faciendis recurrente die obitus, nec extendi debet ad alia, quae non habent certam determinatam diem 2865. Anniversaria vero, quae hujusmodi privilegio gaudent, si fieri nequeant in diebus propriis, transferri possunt cum eodem privilegio 2961. *ad* 1., prout etiam dum primum accipitur nuntium mortis alicujus *Ibidem ad* 2. Quo in casu statuitur Oratio dicenda *Ibidem ad* 3. Quod si nuntium mortis perveniat Sabbato post meridiem, tunc Missa cum privilegio cantari poterit Feria secunda sequenti 4150. *ad* 13. Quid quoad Ecclesias rurales, in quibus unicus habetur Sacerdos, nec celebrari potest Missa cum cantu? 3416. *ad* 9. *et* 10. Ubi mos est celebrandi Anniversaria mense undecimo a die obitus, potest cantari Missa de requiem etiam in dupl. min. et maj. non festivis, ut in Anniversario, dummodo dies illa vel ex locorum consuetudine, vel ex Testatorum dispositione stata, et fixa sit pro celebrandis hisce Anniversariis 4150. *ad* 12.
Anniversaria possunt anteferri 2198. *ad* 6. de absolutione facienda in Anniversario *Ibidem ad* 7.
Anniversaria, et Missae votivae celebrari debent horis a Rubrica praescriptis 2248. *ad* 5.
Anniversarium, etsi Regis sit, vel magni Principis, celebrari non licet iis diebus, in quibus vetitum est celebrari Missas votivas, aut de Requiem 2695.
Anniversarium praescriptum pro stata die, si nequeat celebrari, quia occurrit cum altero Anniversario omnino celebrando, permittitur, ut transferri possit in sequentem diem 2828.
Anniversariis, seu piis Legatis de requiem pro statis diebus, sed non obitus, si cadant in diebus festi duplicis, vel octavis, et feriis privilegiatis satisfit per celebrationem Missae currentis 3079. *ad* 1. Verba Decretorum generalium quoad Anniversaria accipienda sunt, ut sonant, nec extendenda ad alios casus non expressos 3180.
Anniversarium occurrens in festo secundae class. nequit celebrari 3328. *ad* 7. nec potest in Octavis privilegiatis *Ibidem ad* 9. Si anticipetur, vel postponatur, dum de eo fit, dicenda est Missa prout in Anniversario *Ibidem ad* 16. Anniversaria ultra Octavas privilegiatas num fieri possit in dupl. maj.? 3455. *ad* 3.
Anniversaria, quae alicubi celebrantur in solemnitate Corporis Christi, et per Octavam, celebranda esse jussit S. R. C. ante hanc festivitatem, et diebus per Rubricas non impeditis 3510.
Anniversaria ex dispositione Testatorum fieri possunt in duplicibus min. et maj., non autem in duplicibus 1. aut 2. classis. Quoad Missas de requiem in prima feria secunda Mensis, servanda Rubrica 3552. *ad* 1., 3633. 3722.
Anniversaria celebrari posse conceditur, validis concurrentibus circumstantiis, in duplicibus, exceptis illis 1. et 2.

class., appositis tamen clausulis, et conditionibus, etsi non sint in die obitus pro Ecclesia Cathedrali Corduben. 3871.

Anniversarium omnium confratrum defunctorum, quod fieri solet a quadam Confraternitate feria 2. infra Octavam omnium Sanctorum, permititur in festo dup. min. tantum 3923. *ad* 2.

Anniversaria adimplenda non sunt inter Octavas privilegiatas 3970. *ad* 4.

Anniversaria ex Testatorum voluntate praesertim circa quatuor Tempora cum cantu celebranda, etiamsi dies non sit vere anniversaria obitus, nihilominus absolvi posse etiam in festo dup. maj. per annum non de praecepto S. R. C. respondit 4088. *ad* 1. Quod si celebranda sint, recurrente die obitus, et transferri contingat; quaevis dicatur Missa, sive ut in Anniversario, sive ut in quotidianis, verba Orationis: *cujus anniversarium depositionis diem commemoramus etc.* non sunt varianda. *Ibidem ad* 2. Die anniversaria obitus impedita, nequit cantari pro anniversaria Missa de festo currenti, vel de feria privilegiata per applicationem *Ibidem ad* 3. Poterit tam transferri ad alteram ex diebus antecedentibus, vel subsequentibus, etiamsi occurrat Officium ritus dup. non de praecepto *Ibidem ad* 4.

Anniversarium solemne pro omnibus Monialibus defunctis solitum Eugubii celebrari feria 2. post festum SSmae Trinitatis, si occurat cum festo duplici, negat S. R. C. celebrari in eo posse Missas de requiem, et supplicandum SSmo respondit: Pro una Missa solemni tantum 4244. *ad* 5.

De Anniversariis pro defunctis alia habes 4219. 4222. 4231.

Anniversarium Consecrationis Episcopi, incidens in hebdomadam majorem, vel in dies privilegiatas, non debet anticipari 3515. *ad* 1. *et* 2. Sed dum fieri nequit, omittendam est, potest tamen currenti addi collecta sub unica conclusione 3569. *ad* 2. Hujusmodi Anniversarium non est cum Missa celebrandum in tota Dioecesi 3594. Do Episcopo translato celebranda est Missa in Ecclesia, cui fuit ultimo loco praepositus, recurrente die, qua Pontifex eum tali Ecclesiae praefecit, et annuntiandum erit hoc festum cum termino *translationis* 3970. *ad* 11.

Anniversarium Consecrationis Episcopi si occurrat cum Festo duplici, Missae privatae celebrandae sunt de hujusmodi Festo cum commemoratione consecrationis, et collecta *Deus omnium fidelium etc.* post alias commemorationes, si quae faciendae sunt. Post Nonam vero celebranda est Missa solemnis de consecratione Episcopi cum Gloria, Credo, et Praefatione de communi 4272. *ad* 3.

Annuli delatio in Missa omnibus Sacerdotibus vetita, etiamsi sint Protonotarii titulares, Dignitates, et Canonici Cathedralis 633. 716. 2094. *ad* 11. 2362. *ad* 2.

Annuli delatio quoad Episcopum 2230. *ad* 2.

Annunciationis Festum vid. *S. Maria etc.*

Antiphonae praeintonandae ad formam Caeremonialis 132., et ad instar Ecclesiarum Urbis 2515., nisi alia adsit immemorabilis, et laudabilis consuetudo 158. Quid Episcopo Vesperas celebrante? 1356. Praeintonandae in Vesperis tam Episcopo, quam Canonicis ab eo, qui die sequenti in Missa solemni Epistolam erit cantaturus 142. 186. Praeintonandae primum Celebranti, mox Dignitatibus, et Canonicis ordine successivo 168. 2172. In Antiphonarum distributione servandus est ordo antianitatis, non habilitatis 1781. dum intonantur, omnes surgere debeut praeter Hebdomadarium 2101. ad 1. alias responsum fuit surgere debere Canonicos, si ab ipsis intonentur Antiphonae, eodemque modo Beneficiatos, *si* ad eos canere spectet 2693.

Antiphonas canere de Sancto Titulari in propria Ecclesia occasione Processionis Rogationum, spectat ad Parochum,

non ad Archipresbyterum pluviali indutum 2559.

Antiphonae feriales ad Laudes ante Nativitatem Domini omittuntur in Officio duplici, vel semiduplici: sed tam in primis, quam in secundis Vesperis dici omnino debent Antiphonae majores feriae currentis 218., et hujusmodi Antiphonae non excludunt duplicia, et semiduplicia, etiam translata 1345. 3129. 3172. Ubi vero ex privilegio Antiphonae feriales majores incipiunt die 16. Decembris, ab hac die excludunt Octavas 2660. *ad* 3.

Antiphonarum, et Lectionum distributio a quo facienda? 1139.

Antiphona Alma Redemptoris etc. dici nequit ultra diem 2. Februarii, etiamsi Festum Purificationis transferatur 2789. 3152. *ad* 6.

Antiphona Salve Regina etc., vel alia de tempore dicenda ad Laudes omitti non debet, etiamsi statim subsequantur litaniae, quibus initium datur Orationi Mentali 3212.

Antiphonae quomodo distribuendae in Vesperis Pontificalibus. 3402. *ad* 18.

Antiphona B. M. V. quae dicitur dum est discedendum a Choro expletis horis matutinis, dicenda non est, si statim subsequatur Missa 3561. *ad* 8.

Antiphonae praeintonandae sunt ab eodem tam Episcopo, quam Canonicis 3702. *ad* 3.

Antiphonae pro commemoratione dici infra octavam unde sumendae? 3678. *ad* 3.

Antiphonae in feria VI. et Sabbato post Octavam Ascensionis relate ad Breviarium Monasticum, quales esse debeant? 3894. *ad tit. de Antiph. dub.* 1. Quae in Officio S. Joannis de Deo? *Ibid. dub.* 2. Quae in 2. Nocturno Officii S. Jo: Baptistae ultimo loco? *Ibid. dub.* 3. Quae in Officio S. Raphaelis Archangeli, quod recitatur post Pascha? *Ibidem dub.* 4. Quae in tertio Nocturno Officii inventionis S. Stephani? *Ibidem dub.* 5. Quae dicendae sint cum Alleluja in festo SSrum Apostolorum Philippi, et Jacobi translato post tempus Paschale? *Ibidem ad* 6.

Antiphonae, et Versus quomodo variandi, et unde desumendi sint, si plures fieri debeant commemorationes simplicium ejusdem classis 3894. *ad tit. de versibus dub.* 3.

Antiphona in commemoratione de aliquo Patrono habet *Alleluja*, si exprimat gaudium, victoriam, aut quid simile; secus non 3931. *ad* 4.

Antiphona Ecce Sacerdos Magnus dicenda in ingressu, et receptione Praelatorum, dici, vel omitti potest toties, quoties Praelati accedunt ad Cathedralem ad actus pontificales exercendos juxta ac fert consuetudo 3991. *ad* 2.

Antiphona pro commemoratione in Laudibus de infra Octavam confessoris, si Officium fiat de Sancto pariter confessore: num sumenda ex primis, vel secundis Vesperis? 4229. *ad* 11. 4246. *ad* 6.

S. Antonii Patavini V. *Festum*. *Officium*.

Apostoli, et Evangelistae aequiparantur, ideo in eorum Festorum translatione dignitas attendenda non est, sed de eo fieri debet, quod est in ordine anterius 2229. 2947.

Aqua benedicta dum conficitur, non est necesse, ut sal simul exorcizetur, sed adhiberi potest sal jam exorcizatus, et in hunc usum reservatus 3704. *ad* 3.

Archidiaconus, qui praeter Presbyterum assistentem, et binos Diaconos assistit Episcopo baculum sustinens, thurificandus est post eosdem, etsi sit dignior 198. 221.

Archidiaconus, qui assistere debet Episcopo, si recuset, compelli potest etiam per censuras 250. 1450. *ad* 6. dum assistit Episcopo solemniter celebranti, vel in Cathedrali, vel extra intelligitur praesens in Choro 225. *ad* 1.

Archidiaconus recipiens pacem ab Archipresbytero solemniter celebrante, stare debet, facta prius, et post receptam pacem, genuflexione 908.

Archidiaconus, etsi in Ordine Disconali constitutus; praecedit Presbyteris 1326.

Archidiaconus prima Dignitas etsi Protonotariatus gandeat titulo, debet tamen Divinis Officiis interesse in habitu chorali, si frui velit distributionibus 1425. *ad* 1. Neque ei licet assistere Episcopo in habitu Protonotarii. *Ibidem ad* 2. Neque in Edictis per eum fieri solitis suum nomen inscribere potest: *Dei, et Apostolicae Sedis gratia Archidiaconus* 1456. Nequit uti pulvinari serico, sed coraceo tantum 2362. *ad* 1.

Archidiaconus, qui obtinet aliam dignitatem extra Cathedralem, in functionibus, quae ad hanc pertiuent dignitatem, uti potest Iusigniis ejusdem propriis, non autem illis Archidiaconatus 2641.

Archidiaconum praecedere debere Archipresbytero quoad absolutionem *Libera me Domine etc.* in funeribus Episcopi, vel alicujus magui Principis; in aliis funeribus id ad Archipresbyterum spectare S. C. respondit 2340. 2414.

Archidiaconus assistens Episcopo in Ordinatione generali ministrare debet, detecto capite, non cum bireto 2378. Debet ducere Ostiarios ad Ecclesiae jannam, nec ei licet alteri hoc munus demandare 2653. *ad* 4.

Archidiaconus prima, vel sola Dignitas Cathedralis debet dare signum pro inchoando Officio, et intonare Orationem Dominicalem 3183. *ad* 1. determinare horam celebrationis Officii. *Ibidem ad* 2. deferre Pluviale in Processione solemni Corporis Christi. *Ibidem ad* 3. peragere solemnes functiones absente Episcopo. *Ibidem ad* 4. licentiam impertiri Canonicis exeundi a Choro *Ibidem ad* 5. Haec decreta sunt in casu particulari: Ideo, reproposita causa, S. C. respondit = Ad 1. servandum esse Caeremoniale *lib.* 2. *cap.* 6. = Ad 2. serventur ordinationes Episcopi = Ad 3. servetur Caeremoniale lib. 2. cap. 33. = 3209. Mox ad alia dubia cohaerenter ad haec ab Archidiacono excitata super delatione pluvialis, qunm in proposito casu unica tantum esset Dignitas, S. C. respondit: Archidiaconum non deferentem SSmum Sacramentum, associandum esse a duobus Canonicis planeta indutis: Ipso vero deferente SSmum Sacramentum duo antiquiores Canonicos assumere debere pluvialia 3237.

Archidiaconus prima Dignitas, absente, vel impedito Episcopo, debet peragere functiones solemnes ad normam *cap. Alma Mater*, sed ei debetur tantum assistentia Diaconi, et Subdiaconi 3224. *ad* 1. *et* 2.; absente Episcopo, ejus est impertiri licentiam exeundi a Choro *Ibidem ad* 3. In alia causae propositione S. C. extendit Decretum super. 1. et 2. ad festa expressa in Caeremoniale Episcoporum 3235. quod iterum confirmavit, rejiciendo novas Archidiaconi petitiones 3254., declaravitque non licere Archidiacono pro suo arbitrio solemniter celebrare, praeterquam in diebus expressis in Caeremoniali 3280.

Archidiacono Cathedralis Caveu., qui occupat primum stallum licere respondit S. R. C. uti habitu Protonotarii, suamque sedem occupare amissis distributionibus; secus tamen quoad Archipresbyterum, qui occupat secundum, et Thessurarium, qui sedet in sexto 3526.

Archidiaconi Cathedralis Ovetensis, habentes, vel non habentes praebendas temporales aduexas, tenentur exercere munus Diaconi, et Subdiaconi in turno cum Canonicis 4143. *ad* 2. Decretum contumaciale.

Archidiaconus Pontificalibus assistens nequit sumere, et exuere paramenta in solio, et loco proprii scamni, sed debet descendere ad immediatum gradum 4207.

Archidiacono Metropolitanae Hydruntinae, qui etiam est Cantor competit conficere tabellam horariam pro Divino Officio, et aliis functionibus Ecclesiasticis 4209. *ad* 2. 3. 4., *et* 5., ei non licet suspensionis poenam imponere iis, qui deficiunt servitio Ecclesiae, nisi de

speciali mandato Episcopi. *Ibidem ad* 6. Non ei, sed Praefecto Chori competit corrigere defectus, qui committuntur in Choro; Episcopo vero mulctare in distributionibus. *Ibidem ad* 7. Ei licet suis sumptibus deputare vicecantorem, quem mavult de gremio, vel non. *Ibidem ad* 8. Ei competunt, impedito Episcopo, functiones in Pontificali notatae. *Ibidem ad* 9. Dum fungitur officio Presbyteri assistentis, sedere debet in solio prope Episcopum. *Ibidem ad* 13.. Quod munus exercens aliis praefertur in thurificatione. *Ibidem ad* 15. *et* 16. Ad eum spectat dare signum pro inchoando Officio, sed ad hebdomadarium pertinet intonare *Pater noster etc. Deus in Adjutorium etc. Ibidem ad* 18. Discedentes a Choro non ab eo petere debent veniam, sed a Praefecto Chori, vel Punctatore. *Ibidem ad* 19. Prout etiam facultatem non interessendi Concionibus in Quadragesima, et Adventu. *Ibidem ad* 20. Prima sedes Chori in Divinis Officiis non ei, sed Hebdomadario debetur *Ibidem ad* 21. Invitato Capitulo a Magistratu ad canendam Missam, vel Te Deum etc., functio spectat ad Archidiaconum. *Ibidem ad* 22. Non ei debetur distincta sedes. *Ibidem ad* 23. Neque Paramenta pretiosiora illis, quibus utuntur Canonici. *Ibidem ad* 25.

Archidiacono Metropolitanae Ravennaten. non licet secum ducere ad latus proprium Cappellanum in publicis supplicationibus, praesente, aut absente Archiepiscopo, ac proinde ei denegatur manutentio 4305.

Archiepiscopus, vel Episcopus concionaturus singulis diebus tempore Quadragesimae, debet id facere rochetto, mozzetta, et stola indutus 28.

Archiepiscopus exigere debet primum suum ingressum, juxta regulas Libri caeremonialis, et consuetudinem 323. Nequit in sua Ecclesia exercere Pontificalia, nisi Pallium receperit 558. Potest cum Cruce elevata ingredi Ecclesias Regularium 2605. Divina peragens, vel in Choro assistens nullum obsequium exigere debet a Praefecto cubiculi, cum id spectet ad Magistrum caeremoniarum 1882. *ad* 1. Potest ante se Crucem deferri facere per Monasteria, et loca exempta suae Provinciae 328. Degens in alterius Provincia nequit incedere cum rochetto detecto, et benedicere Populo 687.

Archiepiscopus, et Episcopi Suffraganei simul convenientes omnes procedant, et genuflectant in linea, sed Archiepiscopus digniori loco in faldistorio; Episcopi hinc inde super pulvinaribus, vel omnes in eodem genuflexorio medium tenentes Archiepiscopum 1752.

Archiepiscopi, et Episcopi nequeunt adhibere pileolum coloris rubri 1293.

Archiepiscopi locumtenens. V. *Locumtenens*.

Archiepiscopo titulari suffraganeo Archiepiscopi debetur praecedentia supra Episcopum 1632. Idem, aeque ac Episcopo de residentia, debentur praelatio, et obsequia a Dignitatibus Episcopo inferioribus 1710. 1712. 1761.

Archiepiscopi Granaten. immemorabilis consuetudo deferendi in Processionibus post se sellam, in qua sedeat, dum Processio consistit, servanda est 231. 1696. 1703. 2377. 2962. Ut etiam consuetudo habendi semper duos Canonicos assistentes sive pontificaliter celebret, sive Divinis assistat, sive e domo ad Ecclesiam procedat 232. 267.

Archiepiscopus in sua Provincia ubique potest ante se deferri facere Crucem, dummodo non sit in curru 2230. *ad* 7. 3571.

Archiepiscopus habens ordinationem generalem, sed celebrans Missam privatam (quod tamen a S. R. C. reprobatur) debet in fine benedicere Populum cum Cruce ante se 3625. *ad* 2.

Archiepiscopo Nexivan. in Armenia S. R. C. facultatem concedit monendi, dispensandi, indulgendi quoad Regulares, qui quodammodo coguntur Orationes mortuorum dicere in Missis de die, etiam occurrentibus majoribus

festivitatibus etc. uti etiam quoad Patrinos in Baptismo 3708.

Archipresbytero nullo modo debentur associatio, aliaeque honorificentiae, quae soli Episcopo conveniunt. Consuetudo contraria improbatur ut abusus omnino eliminandus 359.

Archipresbytero absente, Missa, et Divina Officia, quae ad ipsum pertinerent, spectant ad Canonicos; non autem ad ejus substitutum, cui nulla competit praeeminentia supra Canonicos 405.

Archipresbyter Ecclesiae non Collegiatae potest deputare quem maluerit pro benedictione palmarum, cinerum, et candelarum 577.

Archipresbyter Ecclesiae sub titulo Assumptionis B. M. V., qui tenetur accedere ad Ecclesiam Cathedralem in die solemni ejusdem Assumptionis, debet alium mittere ad praestandam obedientiam, ne propriam deserat Ecclesiam 619.

Archipresbyter prima Dignitas nequit ab Episcopo cogi nisi ad Missas, quas celebrare debet ut Dignitas, vel vice Episcopi absentis, aut impediti 624. Neque ei celebranti deneganda est solita assistentia Canonicorum. *Ibidem*.

Archipresbyter in Processione SSmi Corporis Christi debet incedere cum suo Clero, non sub Baldachino. Contraria consuetudo prohibenda, etiam sub censuris 962. Si est dignior de Clero, debet incedere ad dexteram Decani Canonicorum, vel si numerus sit dispar, medius inter duos antiquiores, sed numquam solus 2608.

Archipresbytero cujusdam Collegiatae, unicae Dignitati aliquas praeeminentias, et honorificentias permitti posse S. R. C. respondit 1396.

Archipresbyter, qui hanc Dignitatem resignavit, habendus est ut simplex Sacerdos, nec ullam praeeminentiam habet supra Sacerdotes ordine antiquiores 1769.

Archipresbyter dare potest Literas testimoniales pro ordinandis super exercitio functionum etc. 2720. *ad* 7. Nequit immisceri in decernenda taxa pro funeribus etc. *Ibidem ad* 8.

Archipresbytero excommunicato, functiones ad ipsum pertinentes sunt peragendae a Dignitate, quae proxime sequitur, non autem a delegato ad placitum Vicarii 1398.

Archipresbyter Collegiatae manutenendus in possessione habendi sedem fixam cum genuflexorio a latere Evangelii, quam habebat priusquam per erectionem Cathedralis ejus jurisdictio cessaret, absente tamen Episcopo 1226.

Archipresbyter Melitensis manutenendus in possessione canendi submissa voce psalm. *Miserere*, et *De profundis* cum oratione supra cadaveribus in quacumque Ecclesia Regularium 2095.

Archipresbyteratus beneficium obtinens, quod simplex est, et etiam Clericis conferri solet, non gaudet privilegiis, quae competunt Dignitatibus, et Archipresbyteris cum cura animarum 1350.

Archipresbyter nequit functiones aliis pro suo arbitrio delegare 2732.

Archipresbytero Metropolitanae Ecclesiae Nazzarenae conceditur, ut celebrans Vesperas vice Episcopi, habeat sex Presbyteros cum pluvialibus; in Missa solemni usus pelvis cum urceolo, ex gratia: denegatur usus stolae latioris 3358., etiamsi sit Vicarius 3430.

Archipresbyteri Coadjutori in Synodo debetur praecedentia supra Archipresbyteros aliarum Collegiatarum, si Coadjutus sit aliis possessione antiquior, ubi mos est, ut ille praecedat, qui antianitate gaudet 3366.

Archipresbyter Cathedralis in associatione cadaverum, aliisque Processionibus ingredi potest Ecclesiam parochialem cum stola 3501. *ad* 7.

Archipresbytero Terrae Sideronis, Dioecesis Hieracen. amplam jurisdictionem competere supra caeteros Parochos, et Ecclesias, perpensis erectionis Parochiarum Bullis, probataque imme-

morabili consuetudine S. R. C. declaravit 3673.

Archipresbytero Collegiatae celebranti in solemnitatibus non debetur Presbyter assistens 3812. *ad* 3.

Archipresbyteri Parochiarum S. Severi interessentes Cathedrali sedere debent in eodem scamno post Abbates beneficiatos, et thurificandi sunt duplici ductu, ut praedicti Abbates 4113. *ad* 3. *et* 4. Associantes una cum Capitulo defunctos propriae Paroeciae in Cathedrali tumulandos, possunt deferre stolam tam intra, quam extra limites Parochiae, ac etiam in Cathedrali, praesentibus Episcopo, ac Capitulo, dummodo in eadem Cathedrali Officium non peragant supra cadaver. *Ibidem ad* 5. In omnibus Processionibus pariter possunt deferre stolam. *Ibidem ad* 6. Ipsis competit jus administrandi Sacramenta Canonicis, et Abbatibus beneficiatis Cathedralis in eorum Parochiis domicilium habentibus, non autem Archipresbytero Cathedralis. *Ibidem ad* 7. Cui nec licet independenter a Parocho domicilii cadaver asportare ad Cathedralem. *Ibidem ad* 8. Quemadmodum nec Archipresbyteris aliarum Parochiarum independenter ab Archipresbytero Cathedralis asportare ad respectivam Ecclesiam receptitiam cadaver alicujus participantis, decedentis intra fines Cathedralis. *Ibidem ad* 9. Decedente aliquo ex Presbyteris participantibus alicujus Ecclesiae Parochialis intra limites Parochiae Cathedralis, non electa sepultura, tumulandus est in Cathedrali. *Ibidem ad* 10. Non ita tamen procedit, si aliquis de Capitulo Cathedralis decedat intra limites aliarum Parochiarum, qui nihilominus asportandus, et tumulandus est in Cathedrali, solutis juribus Parochialibus Parocho domicilii. *Ibidem ad* 11. Respectivis Archipresbyteris privative competunt Officia funebria in propria Ecclesia, etiam praesente Capitulo. *Ibidem ad* 13. Absolutis exequiis Archipresbyteri, et alii de Clero tenentur associare Capitulum Cathedralis usque ad Ecclesiae januam. *Ibidem ad* 14.

Archipresbytero Ecclesiae Cathedralis Aquinaten. non competit jus sedendi in majori stallo posito in medio Chori 4161.

Archipresbytero Ecclesiae Archipresbyteralis S. Pauli Terrae Massae Lombardorum, Dioecesis Imolen. non licet dispensare Regulares ab accessu ad dictam Ecclesiam, occasione publicarum supplicationum 4165.

Archipresbytero Ecclesiae S. Andreae Vallerani, de cujus Matricitate impropria constare dixit Sac. Congr., jus competit faciendi Processiones generales, et alias, in quibus convenit totus Clerus, quod tamen jus ipse non habet quoad Processiones particulares Ecclesiae S. Victoris, et illam SSmi Corporis Christi, pro qua servanda est quaedam transactio 4237. *ad* 1. *et* 2. Ei competit praeeminentia in illis functionibus, in quibus convenit totus Clerus. *Ibidem ad* 3. Ipse potest ingredi Ecclesiam Parochialem S. Victoris, et alias quascumque cum stola, et Cruce elevata tantummodo in Processionibus, aliisque functionibus, quibus interest totus Clerus, alias ei non licet. *Ibidem ad* 4. *et* 5.. Quoad receptionem in Processionibus publicis servandum est Caeremoniale. *Ibidem ad* 6. Alia plura habes quoad hujusmodi controversias sub num. 4258.

Archipresbyter cum Clero Matricis praecedentiam habet supra Parochum, et Beneficiatos Ecclesiae inferioris, qui vel incedere debent cum Cruce matricis, digniorem locum relinquendo dicto Archipresbytero, ejusque Clero, aut sub propria Cruce in loco inferiori 4330. *ad* 1. In Processionibus Rogationum, quae egrediuntur a Matrice, Archipresbyter, qui preces praecinit, et agris benedictionem impertitur, non debet stolam deponere in Ecclesiis Parochialibus, et Regularibus, sed ipse debet preces absolvere. *Ibidem ad* 2. *et* 3.

Ascensionis Domini Festum, si concurrat cum Festo titularis Ecclesiae, celebrandum omnino est, translato Titulari ad aliam diem juxta Rubricas. Consuetudo contraria eliminanda. 2000.

Aspersio aquae benedictae, quae fit in Dominicis, fieri debet per Celebrantem, non obstante qualibet contraria consuetudine 776. *ad* 1. 1466. *ad* 1. etiamsi, qui celebrat sit prima Dignitas, et usus contrarius, corruptela declaratur, quae adversatur Rubricis 821. Fieri tantum debet in die Dominico 2198. *ad* 3. ad formam Ritualis 2442. *ad* 8. Facienda est ante Altare, ibique preces, et orationes dicere oportet, non apud sedem. Consuetudo contraria eliminanda 1845. Si in Choro plures adsint Episcopi, ut accidit in Capella Regia Ulyssiponensi, omnes a Celebrante aspergendi sunt, ut Romae fit in Patriarchalibus 1406. *ad* 3. Fieri omnino debet a Celebrante, etiamsi sit Canonicus, aut Dignitas 2816. dum fit aspersio, si adsit Episcopus, stare debet 3465. *ad* 2. Non fit in Dominica Palmarum si Episcopus peragat solemnem benedictionem. *Ibidem ad* 3.

Aspersorium ingredienti Episcopo Ecclesiam Cathedralem ministrandum a prima Dignitate 128. 1218. Quid ubi praebendae non sunt distinctae? 204. *ad* 5. Quid si prima Dignitas absit? 645. 2189.

Aspersorium tradendum est Episcopo a digniore Ecclesiae, quam ingreditur, etiamsi intersit Capitulum Cathedralis 225. *ad* 2. 801. *ad* 2. 1219. 1409. 1563. 1584. 2289. 2307. 2535. 2714. 2758. 2769. *ad* 2. 2875. 3025. *ad* 1. 3800. etiamsi Canonicus Cathedralis sit pluviali indutus 2869. Id etiam obtinet, dum Episcopus associatus a duobus suae Cathedralis Canonicis, Ecclesias ingreditur visitationis causa 1317. *ad* 1. Quod si in Processionibus Rogationum ingredienti Episcopo Ecclesiam Regularium vigeat consuetudo, ut per digniorem Canonicum Cathedralis Aspersorium porrigatur, servanda est 1438., secus servanda est regula, ut tradatur a digniori Ecclesiae 2802. In solemnioribus Processionibus totius Cleri spectare ad primam Dignitatem, vel digniorem de Capitulo Cathedralis S. R. C. in *Comen* respondit 3025. *ad* 2., si accedat Cardinalis Legatus, etiam interveniente Capitulo, ei nihilominus tradi debet a digniore propriae Ecclesiae 799. Numquam vero id pertinet ad Vicarium generalem 1059. Neque licet Episcopo extra Cathedralem praecipere, ut aspersorium sibi a digniore Cathedralis tradatur 1210. Quae decreta aliquo cum discrimine sunt accipienda, nam alias S. C. distinxit casum a casu, et respondit a digniori Cathedralis porrigendum Aspersorium, si capitulariter, et cum habitu chorali conventus fiat. 1511. 2769. *ad* 2.

Aspersorium tradendum Episcopo, detecto capite 1347. *ad* 3.

Aspersorium in Processione Rogationum, quae fit in Urbe, ab altero ex Acolythis Basilicae Vaticanae immediate tradendum est Diacono ministranti Episcopo, non autem Magistro caeremoniarum Ecclesiae Lateranensis 3049. 3066.

Aspersorium, Thus, Navicula, Crux ad osculandum Episcopo visitanti Ecclesias Parochiales, et Monialium tradenda sunt a Parochis, et respective Confessariis, non autem a Canonicis convisitatoribus 2657.

Aspersorium Cardinali Titulari, aliisque Cardinalibus accedentibus ad Ecclesiam S. Pantaleonis de Urbe tradendum est a digniore ex Patribus Matris Dei Scholarum Piarum, qui debent eos excipere: et neutrum fieri debet a Capitulo Collegiatae S. Eustachii ibi interessente Vesperis, et Missae solemni 3729.

Assistentes Episcopo quoad pacem, et incensum omnibus aliis dignioribus praeferendi 50. Ita etiam Dignitas, vel

Canonicus, qui baculum sustinet, et ministrat 198. 221.

Assistentes Episcopo omnes in eodem plano sedere debent, si locus sit capax 751. Si Dignitates, et Canonici, qui tenentur assistere, id facere recuseut, censuris compellendi 1452.

Assistentes Episcopo Feria V. in Coena Domini ad pedum lotionem, sedere debent in scamnis nudis. Consuetudo contraria abusus declaratur 3012. *ad* 1. *et* 2.

Assistens Episcopo a dexteris debet ei auferre, et imponere pileolum, quoties id convenit 3476. *ad* 2.

Assistentes Episcopo. Ubi praebendae non sunt distinctae, duo Dignitates immediate sequentes post primam fungi debent officio Diaconorum apud solium. Si autem inter Praebendatos Canonicos perpetua, non accidentalis esset Ordinum distinctio, tunc pro munere assistentiae assumuntur duo Canonici ex ordine Diaconali. Diaconus vero Evangelii, et Subdiaconus pro Epistola in Missa pontificali inservientes, (quando tale onus inter omnes per vices, vel alias juxta Ecclesiae consuetudinem distribuendum non sit) erunt duo digniores, sive Canonici, sive Dignitates fuerint, qui sequuntur in ordine post Assistentes Canonicos in solio; si, ut supra dictum est, nulla intercedat ordinum, vel praebendarum distinctio 4027. *ad* 3.

Assistentia praestanda Episcopo a Dignitatibus, vel Canonicis 24. 69. ad formam Caeremonialis 117. *ad* 2. 252. Ubi Praebendae sunt distinctae, praestanda ab iis, qui sunt ex ordine Diaconorum 50. Quae ratio habenda sit ubi Praebendae non distinguuntur? 204. *ad* 2.

Assistentia Episcopo Pontificalia celebranti in Parochialibus, vel Collegiatis praestanda est a Canonicis Cathedralis, non autem a Presbyteria, vel Canonicis Parochialis, aut Collegiatae, in qua Episcopus Pontificalia exercet 398., 721. Quantumvis Ecclesiae, ad quas accedit sint exemptae 1032. Assistentia tamen extra Cathedralem ita est moderanda, ut in Cathedrali remaneat major Canonicorum numerus pro Divinorum celebratione 2113.

Assistentia Canonicorum non debetur Episcopo in Missis privatis 664. 1420. *ad* 5. Neque dum Episcopus assistit Matutino, et Completorio, etiamsi indutus sit cappa 1420. *ad* 2. debetur tamen concionem cum cappa audienti. *Ibidem*, *et* 1400. *ad* 1. Si talis sit usus Ecclesiarum vicinarum 630. *ad* 5. 1420. *ad* 2., nec debetur assistentia in Processionibus, si Episcopus post eas cappa indutus incedat; debetur tantum dum ipse sacris indumentis paratus est. *Ibidem ad* 3.

Assistentiae ratio habenda non est in receptione Palmarum, Cinerum, Candelarum, sed quilibet debet accedere juxta proprium ordinem 50.

Alia vide sub V. *Canonici*, *Dignitates*, *Episcopi*.

Associatio Episcopi venientis ad Ecclesiam cum habitu Chori, et ad proprias aedes redeuntis fieri debet non ex urbanitate, sed ex debito 251. Id intelligendum de solemnioribus Festivitatibus, in quibus associatio fieri debet a cubiculo ad Ecclesiam, et viceversa in reditu. Quoad alios dies, sat est, ut aliqui ex Dignitatibus, et Canonicis ad ostium Ecclesiae eum excipiant, et reducant 268. Fieri debet in habitu chorali solummodo, dum Episcopus est cappa indutus 1400. *ad* 2. 1420. *ad* 4. *et* 8. 1430. Circa associationis modum, scilicet praecedendi, et incedendi S. R. C. respondit: Servari solitum 2703., tenenda forma praescripta in Caeremoniali Episcoporum 3913. *ad* 8. Praestanda est associatio diebus solemnioribus, et quandocumque est pontificaliter celebraturus, etiam si ingrediatur Ecclesiam per januam privatam 3914.

Alia habes V. *Canonici*, *Episcopus*.

Assumptionis B. M. V. Festum protrahi

bidem ad 11. Praejudicium tamen non infertur iis, qui potioribus praerogativis decorantur vel ex indulto, vel ex immemorabili. Quod si cultus a centum citra annis auctus sit, in pristinum restituendus. *Ibidem* §. *Sac. tamen Congregatio*. Ubi indultum est, celebrari Missam de Beato, licet etiam Imaginem exponere super Altare, ac tabellas votivas appendere 1899. *ad* 1. Prohibitio Festi non extenditur ad Festa devotionis. *Ibidem ad* 2. Indolta specialia recitandi Officium per decretum generale non sunt revocata. *Ibidem ad* 3. Possunt exponi Reliquiae ubi recitatur Officium, et celebratur Missa. *Ibidem ad* 4. Episcopi Regulares gaudentes privilegiis suae Religionis, nequeunt de Beatis ejusdem recitare Officium, celebrare Missam, ac Altaria erigere in propriis Cathedralibus. *Ibidem ad* 5. Moderatio, ac declaratio Decreti generalis 1907.

Beati nondum Canonizati, sine speciali Indulto, nequeunt assumi in Titulares Ecclesiarum 3952. *ad* 1. Quod si aliqois Beatus fuerit in Titularem assumptos, deleto hujosmodi titulo, aliquis Sanctus canonizatus substitui debet. *Ibidem ad* 2. Ubi vero Beati ex speciali Apostolicae Sedis indulto assumuntur in Patronos principales, ac fruuntur rito dup. primae classis debent habere Symbolum in Missa 4110. *ad* 1.

Benedicamus Domino, quo tono cantari debeat infra Octavas Festorum B. M. V., si fiat de aliquo Festo dup.? 2242. 2250. In Festis etiam solemnioribus cantandum ad formam Caeremonialis 2734. *ad* 5.

Benedicendi Privilegium Concessum Abbati non extenditur ad consecrationes 2448.

Benedicendi congruentior modus est manu recta, et digitis unitis, ac extensis 2876. *ad* 6.

Benedicendi sacra Suppellectilia concessa facultas extenditur etiam ad Imagines Domini Nostri Jesu Christi, B. M. V., aliorumque Sanctorum, Tabernaculum, in quo asservatur SSmum Sacramentum, Pyxidem, et generaliter id omne, in quo Sacra Unctio non adhibetur 4141.

S. Benedicti V. *Festum*, *Officium*.

Benedictio Candelarum, *Cinerum*, *Palmarum*, absente, vel impedito Episcopo, pertinet ad primam Dignitatem, quae tamen Missam celebrare debet, non ad hebdomadarium. 259. 1222. 1581. 1600. 1830. *ad* 1. et ad simul celebrandam Missam cogi potest per censuras 1516.

Vide *Functiones*.

Benedictio Candelarum, *Cinerum*, *Palmarum* fieri potest in omnibus Ecclesiis 1061. In Collegiatis pertinet ad digniorem, si celebrare velit, sin minus ad Celebrantem 2057. Quoad distributionem faciendam Praesidibus, et Magistratui, servanda Caeremonialis dispositio 1060.

Benedictio Candelarum etc. spectat ad Parochum, sed non privative, ideo servanda est locorum consuetudo. Candelae vero in die Purificationis distribuendae sunt in Ecclesia, non transmittendae per domus 2293. *ad* 1.

Benedictio Crucis positae in eminenti loco ad arcendas tempestates fieri potest de licentia Episcopi 617.

Benedictio Mulierum post partum est de juribus parochialibus 752. 762.

Benedictiones Agnorum, Ovorum, et similium spectant ad Rectores Ecclesiarum, et sunt de juribus parochialibus 1740. 1915.

Benedictio novarum navium non est de juribus parochialibus 2397.

Benedictio cum Sanctissimo Sacramento danda est post finem Hymni, non autem ad ℣. *sit et benedictio* 977.

Benedictio unica impertienda est Populo, expleta Processione Corporis Christi, non autem per viam, ubi erecta sunt Altaria 1492. neque impertiri potest, servata forma Caeremonialis Epi-

iteranda non est in Ecclesiis Monialium, scilicet prius versus Moniales in Choro existentes retro Altare, deinde versus Populum; nam, omissa speciali, et separata Monialium benedictione, unica tantum impertiri debet versus populum, qui comprehendit etiam Moniales in Choro existentes. Contraria consuetudo, etsi immemorabilis, Decreto generali damnatur 4223.

Benedictio cum Sacra Pyxide danda non est Monialibus a Confessariis post Communionem, et consuetudo contraria abolenda 4300.

Benedictio Papalis ab iis, qui gaudent eam elargiendi indulto, impertiri nequit bis in die 4294.

Benedictus XIV. jubet, ut in Calendario, sive Ordine Divini officii quotannis imprimendo festivitati Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli addatur = *Urbis Patronorum Principalium* = quoad eorum commemorationem in suffragiis satisfieri declarat per communem, quae fit post commemorationem B. M. V. 4000.

Beneficiati parati thurificandi sunt post Canonicos ante reliquos de Clero 16. tenentur canere versiculos, *Benedicamus Domino* 2479.

Beneficiati tenentur obire munia a Caeremoniale ipsis praescripta, et ab Episcopo compelli possunt, etsi Abbates nuncupentur 94.

Beneficiati in horis canonicis persolvendis stare, et sedere debent ut Canonici 1835.

Beneficiati, seu Mansionarii Cathedralis praecedere debent supra Curatos 1029.

Beneficiatis uti de gremio Cathedralis, et inseparabilibus a Capitulo praecedentia debetur supra Rectores Ecclesiarum 1746. Hoc Decretum in casu particulari emanatum, fuit postea revocatum, quia Rectores Ecclesiarum ostenderunt esse de gremio Capituli 1851.

Beneficiati, Clerici, et omnes, qui unum corpus efficiunt cum Capitulo Cathedralis praecedunt Parocho defuncti dum incedunt cum Capitulo 295. 2075. *ad* 4. 2291. 3492.

Beneficiati tenentur deferre feretrum cum cadavere defuncti Episcopi, et ad id compelli possunt 1668.

Beneficiati assistentes Celebranti in munere Diaconi, et Subdiaconi debent genuflectere, nec surgere, nisi expleta confessione, quam facit Episcopus cum Celebrante 2733.

Beneficiatus, seu Capellanus, celebrans Vesperas pluviali indutus, nequit sedere in loco, ubi sedere solet Canonicus celebrans 1936. *ad* 4.

Beneficiatus praecedentiam habet supra simplices Sacerdotes 2513. 2536. 2547. 3093.

Beneficiati simplices locum habere debent in Choro post omnes praebendatos propriae Ecclesiae 1775.

Beneficiati non tenentur quotidie facere commemorationem de Sanctis titularibus Beneficii simplicis 2259. *ad* 1. si titularis sit S. Maria in Coelum assumpta, sufficit in suffragiis pro commemoratione Antiphona *Sancta Maria etc.* cum oratione etc. *Ibidem ad* 2.

Beneficiati, et Clerici beneficiati S. Petri in Vaticano tam parati, quam non parati, semper genuflectere debent, quoties transeunt ante Altare, nisi simul incedant eodem ordine, et gradu cum Canonico parato celebrante, quia tunc genuflectere tantum debent quando et Canonicus genuflectit 320.

Beneficiatis praecedentia debetur in Processionibus, interveniente Capitulo 2888.

Beneficiati parati, vel non parati assistentes, vel incedentes cum Episcopo, vel Canonico celebrante, genuflectere debent in transitu ante Altare, et quoties Episcopus, vel Canonicus capitis inclinatione salutat Crucem 2922. 2941. 3040.

Beneficiati, seu Mansionarii, aut Cappellani parati pluvialibus, thurificari debent duplici ductu 3402. *ad* 20. et

praecedunt omnibus non indutis vestibus sacris. *Ibidem ad* 21.

Beneficiatos Ecclesiae Cathedralis Gerunden. uti posse pluvialibus in Processionibus, sicuti Dignitates, et Canonici, attenta immemorabili consuetudine non controversa, S. R. C. respondit 3491. Vide etiam 3545.

Beneficiati, et Portionarii, dum accipiunt candelas, palmas etc., debent genuflectere, et manum Celebrantis osculari 3500.

Beneficiati pluvialibus, aliisque sacris paramentis induti genuflectere debent tam Altari, quam Episcopo 4019.

Beneficiati Cathedralis Asten. tenentur assistere Canonico Cantori, et exercere munus choristarum in functionibus tam pontificalibus, quam semipontificalibus, tam praesente, quam absente Episcopo 4020.

Beneficiati Metropolitanae Neapolis Hebdomadarii nuncupati, tenentur in functionibus Ecclesiasticis servare omnia, et singula, quae praescribuntur Beneficiatis Cathedralium a Caeremoniale Episcoporum, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis 4099. *ad* 1. In die Purificationis, et Dominica Palmarum tenentur accipere candelas, et palmas genuflexi, et cum osculo manus Celebrantis. *Ibidem ad* 2. Genuflexi pariter tenentur accipere cineres in capite jejunii. *Ibidem ad* 3.

Beneficiatis, seu mansionariis incedentibus in Processionibus cum suo Cathedralis Capitulo, debetur praecedentia supra Parochos: Verum in Choro solitum servandum esse S. R. C. respondit 4121. *ad* 1.

S. Bernardini V. *Officium*.

Biretum Episcopus suis manibus imponere, et deponere debet, neque id praestandum est ab Assistentibus 486. 820. 971. 996. 1550. 2879. *ad* 1. Vide *Episcopus*, *Canonici*.

Breviarium Romanum ubi receptum est, integre servandum 2530. ubi nonnullae enodantur quaestiones.

Breviarium quoddam reprobatum 2149. Vide etiam 135. 203.

Bugia, seu Palmatoria nequit adhiberi loco Candelabri ut materia Ordinis Acolythatus 3660. *ad* 5.

C

Cadavera Defunctorum, qui sibi elegerunt Sepulturam in aliqua Regularium Ecclesia, recto tramite ad illam deferenda sunt, quin prius deponantur in Matrice, seu Parochiali 150. 478. 1190. 1437. 2421. 2422. *ad* 4. 2467. 2468. 2581. *ad* 3. 2750. 2756. 3092. *ad* 3. A solo Parocho via, per quam incedendum est, determinanda 2421. 2422. *ad* 4. Nequeunt levari a Capitulo Cathedralis, inconsulto Parocho Ecclesiae, sub qua decesserunt 689. Possunt tamen tam a Capitulo Cathedralis, quam illo Collegiatae invitato ad funus, requisito, et expectato Parocho nolente venire 2139. *ad* 6. Imo et a Regularibus, in quorum Ecclesiis sunt tumulanda 3694. *ad* 1. secus enim sine interventu Parochi ea asportare non licet. 913.

Cadavera Defunctorum in carceribus asportanda sunt ad normam Ritualis Romani. 2241.

Cadavera condenda omnino sunt sub humo in Ecclesiis tam Saecularium, quam Regularium, super quo servanda est constitutio S. Pii V. 1276. *ad* 1. Nequeunt tumulari sub Altari. 179. 671. Imo nec prope, nec sub pradella, et si quae sunt, amovenda 1313. 1681.

Cadavera nullo modo permitti debet ab locorum Ordinariis, ut in altum ponantur 889.

Cadavera parvulorum condenda sunt in sepulcro separato: licet tamen Patri eligere sepulturam 443. 2195.

Cadavera alicujus pauperis derelicti, vel conspicuae personae sepeliri posse in Capucinorum Ecclesiis S. R. C. respondit, sed in sepulcro ab eo separato, in quo reconduntur Religiosi 3113.

Cadavera Defunctorum deferenda ad Ecclesiam Regularium possunt deponi in quacumque Ecclesia arbitrio Testatorum, vel Haeredum 3373. *ad* 3. Nec tamen sunt prius deponenda in Ecclesia Parochiali, sed directe deferenda ad illam, in qua sibi elegerunt sepulturam 3454. ad 1., et a Parochis relinquenda sunt ad Ecclesiae januam. *Ibidem ad* 2. *et* 3.

Cadavera Presbyterorum, et Clericorum decedentium sine electione sepulturae, et habentium sepulcrum majorum in Ecclesiis Regularium, in hoc humanda sunt 3573. *ad* 15.

Alia habes V. *Exequiae*. *Funus*. *Parochi*. *Regulares*.

Caeremoniale Episcoporum non tollit immemorabiles, et laudabilrs consuetudines 120. 171. 235. *ad* 1. *et* 2.

Caeremoniale Episcoporum, ubi receptum est, quoad omnia servandum, iis tantum exceptis, quae immemorabilis, ac laudabilis consuetudinis sunt 124. 332. 341. 987. 1073. 1291. 1292. 1307. 1435. 1493. 1524. 2115. etiam a Regularibus, nisi aliter ab Apostolica Sede fuerit indultum 1480. *ad* 4. *et* 5.

Caeremonialis observantia commendatur, et ab Episcopis opportuuis remediis procuranda 526. 1659.

Caeremonialis regulae quoad associationem Episcopi aeque servandae sunt tam ab Episcopo, quam a Canonicis 474.

Caeremonialis regulae servandae tam in receptione candelarum, quam cinerum, et palmarum a Canonicis, et aliis inferioris Ordinis 2711.

Caeremoniale Episcoporum in Cathedralibus praecipue Ecclesiis omnino servandum 2798.

Caeremonialis praescripta servanda sunt, nec sufficit consuetudo contraria 3012. *ad* 4. (nisi tamen haec sit laudabilis, et immemorabilis, ut ex aliis Decretis supra laudatis) caeremoniae, scilicet, inclinationes, manuum junctiones etc. peragendae sunt juxta Rubricas tam generales, quam particulares Missalis Romani 4004. *ad* 5.

Caeremoniarum Magister V. Magister caeremoniarum.

Calendarium novum ubique Terrarum recipiendum, et servandum 1372.

Calices, *et Corporalia* contrectandi facultas impertiri potest Clericis in minoribus, et tonsuratis, non autem laicis 477. *ad* 2.

Calix ante versiculum *communio* cooperiri debet in anteriori parte, prout ante confessionem 3310. *ad* 1.

Calix purificari non debet in prima, et secunda Missa diei Nativitatis Domini 3486.

Calix unicus adhibendus, si idem Sacerdos bis eadem die celebrare debeat in locis inter se dissitis 4365.

Campanas pulsari non licet in Sabbato Sancto, priusquam in Cathedrali, seu Matrice pulsentur 105. 393. 990. 993. 1000. 1765. 1867. 2422. *ad* 6. 2634. 3377. contra inobservantes, Episcopus procedere debet ad poenas 485.

Campanas primum pulsare ante Collegiatam pertinet in Sabbato Sancto ad Ecclesiam, in qua Capitulum provisionaliter residet loco Cathedralis 1903. *ad* 1.

Campanas pro signo salutationis Angelicae pulsari licet, non expectato sonitu Ecclesiae Collegiatae 945. 2417.

Campanae Cathedralis sonitus attendi debet pro inchoatione jejunii quadragesimalis 1530.

Campanae, dum Sacrum Viaticum defertur ad Infirmos, pulsandae continuo non sunt usque dum redeat ad Ecclesiam 2576.

Campanarum pulsatio in Sabbato Sancto non est de juribus parochialibus, sed fieri debet ab Ecclesia digniore loci 3521. *ad* 9.

Campanarum benedictio haud debet ab Episcopo demandari alteri Episcopali charactere non insignito, omissa unctione 2985.

Cancellario Civitatis Theatinae permittendum non esse S. R. C. edixit, ut Feria V. in Coena Domini publico Civitatis sigillo obsignet arcam, in qua reconditur Sacramentum, illudque die sequenti auferat 3603.

Candelarum, Cinerum, Palmarum benedictio, et distributio pertinet ad digniorem Ecclesiae, impedito Archipresbytero, non autem ad hujus Vicarium 2781.

Candela in die Purificationis tradenda Episcopo a digniore de Choro 376. 540. *ad* 5. qui vicissim ab Episcopo primus eam recipit 235. *ad* 3.

V. *Benedictio*.

Candela Episcopo Pontificalia exercenti ministranda est per Cappellanum 1228. *ad* 1.

Candelabrum septimum apponitur tantum dum Episcopus pontificaliter celebrat solemnem Missam, non autem in Vesperis, et Missa defunctorum 204. *ad* 8. et apponendum eorum sumptibus, qui ad ceteras Missae Pontificalis expensas tenentur 4168. *ad* 7.

In Canone non licet aliquid mutare, addere, adimere, nec loco Antistitis, proprium nominare Superiorem 127. 2699. *ad* 11.

In Canone, *et collectis* omnino facienda est mentio Episcopi, etiam ab exemptis 1464 *ad* 6. ut etiam Sabbato Sancto in Praeconio 3059. *ad* 1. *et* 2. Tempore Sedis vacantis nemo alius nominandus loco Pontificis, aut Episcopi defuncti 2300. *ad* 12. Non licet in eo nominare Abbatem, etsi jurisdictione quasi Episcopali fulgentem 2893. *ad* 1. 3059. *ad* 1. *et* 2. 4344. Neque Episcopum administratorem 3802. *ad* 5.

In Canone, *Collecta*, *Praeconio* nominandum esse Cardinalem Hispaniarum Infantem Ecclesiarum Toletanae, at Hispalensis administratorem, et possessorem, licet Sacris destitutum Ordinibus. S. R. C. respondit 3986.

Canonicatus Theologalis conferendus est Clerico saeculari, numquam regulari 74.

Canonicalia Insignia V. Insignia.

Canonici non sunt cogendi ab Episcopo ad integrum Officium pro unoquoque defuncto, ubi mos viget decantandi unum tantum Nocturnum 7.

Canonici, ubi Praebendae non sunt distinctae digniorem occupant locum, ratione ordinis, non possessionis, et semel adeptum non amittunt, etiamsi antiquiores ad eumdem ordinem ascendant 13. 68. 96. 440. 846. 1023. 1071. 1834. 1854. 1863. 2143. 2298. 2311. 2359. 2419. 2562. 2602. 2616. 2807. 3048. 3162. 3227. 3345. 3346. 3627. 3648. *ad* 1. *et* 2. 3672. 4228. 4273. Ubi autem omnes Praebendae sunt presbyterales competit praecedentia prius recepto 431. Ita S. C. respondit: verum simili quaestione postmodum proposita, decrevit servandam esse consuetudinem Ecclesiae, dummodo Canonici infra tempus a Concilio Tridentino praescriptum ad Sacerdotium ascenderint. Si consuetudo probari nequeat, qui prius ordinatus est Presbyter post adeptam possessionem praecedentiam obtinet 1837. In casu particulari, quia provisus non habebat aetatem idoneam, dispositus tamen erat ad Ordinem suscipiendum, cum primum liceret, S. C. respondit: locum suae possessionis recuperare, statim ac Sacerdos ordinatus fuerit, nisi alia esset Ecclesiae consuetudo 1868. In altero casu particulari, etsi adjudicaverit praecedentiam Presbytero possessione posteriori, jus tamen reservavit Clerico repetendi stallum, postquam is ad Sacerdotium ascenderit 3903. 3918. Similiter in alio casu particulari, etsi primum S. C. adjudicaverit praecedentiam prius promotis ad Sacerdotium; causa tamen iterum, ac tertio proposita, recedendo a decisis, stetit favore illius, qui erat anterior in possessione 4170. Ita etiam 4271. 4310. Ex his colligimus, regulam stare pro prius promotis: limitationes vero respicere con-

suetudinem, et circumstantias particulares pro casuum diversitate.

Canonici non omnes simul frui debent vacatione a Tridentino concessa, sed ordo servandus est, ne Ecclesia debito fraudetur servitio 26. *ad* 2. 81. *ad* 7.

Canonici praesentes debent per se ipsos sua exercere munia, non per substitutos 26. *ad* 3.

Canonici hortandi sunt, ut, voce non impediti, alte canant in Choro 26. *ad* 4. Non eis licet a Choro recedere ad celebrandam Missam. *Ibidem ad* 5. Qui fabricae administrationi est deputatus a servitio Chori non censetur exemptus, et mulctandus est, sicut alii mulctantur. *Ibidem ad* 6.

Canonicis non licet celebrare Capitulum, dum Divina Officia persolvuntur in Choro 1. *ad* 1. 34. Parendum ab iis est Episcopo jubenti, ut faciant Officium Vesperarum diebus Dominicis, non obstante contraria consuetudine 43.

Canonici compelli nequeunt ad Vesperas, et Officia persolvenda cum cantu; sat est, ut alta, clara, intelligibili voce, recitent 141. Sed obedire tenentur Episcopo, si jubeat cum cantu persolvi in solemnioribus 1542. Quoad Officium Defunctorum, Psalmos graduales, et poenitentiales servare debent Constitutionem S. Pii V. 141. Ita etiam de Officio parvo B. M. V. 254. Si alia sit Ecclesiae consuetudo, nequeunt adstringi 666. Missas, Vesperas, et alia Officia facere recusantes debitis remediis cogendi 159.

Canonici prius thurificandi sunt, et pacem accipere debent ex utraque parte Chori ante Mansionarios, non obstante contraria consuetudine 204. *ad* 3. A digniore parte Chori thurificandi Canonici aeque, ac Dignitates; postea Dignitates, et Canonici ex altera parte 1430. *ad* 1.

Canonici stare debent durante eorum thurificatione: alii de Clero usque ad finem 1936. *ad* 8.

Canonici, qui tantum circa horarum finem adsunt Choro, non lucrantur distributiones respondentes, similiter qui tempore Chori audiunt Confessiones, nisi id fiat de expresso Episcopi mandato 241. Qui tempore Chori recedit, ut Sacrum faciat, punctari potest juxta consuetudinem Ecclesiae, sed non suspendi a Divinis 2363. *ad* 1. discedens a Choro, iterumque rediens, non tenetur denuo orare, ut fieri debet prima vice. *Ibidem ad* 2. Nequit sub poena suspensionis cogi ad celebrandum in Cathedrali. *Ibidem ad* 4.

Canonici, et alii de Clero vel in Choro assistant, vel per Ecclesiam processionaliter incedant, in elevatione SSmi Sacramenti semper genuflectere debent. Consulendum idcirco, ne tempore Chori, Missae celebrentur in Altaribus, quae sunt in ejusdem conspectu 441.

Canonici Missam conventualem celebrantes, dum sedendum est, sedere debent in loco ad id parato a latere Epistolae 540. *ad* 2.

Canonici nequeunt uti pallio, et pileo, dum in Choro assistunt Completorio 550. *ad* 2. Nec possunt propria auctoritate habitus choralis colorem mutare, quod si fecerint, tenentur deponere 581. aut quidquam addere Insigniis ipsis concessis 2622. Missarum, aut Vesperarum Divinis inserviendo, nequeunt deferre pileolum. Usus contrarius, ut abusus, eliminandus 1449. *ad* 1.

Canonici ad Chorum pergentes diebus solemnioribus debent bini processionaliter incedere, praecedente Cruce; in aliis diebus, prout libuerit 600. *ad* 4.

Canonicus facturus Officium debet ad Chorum cum paramentis accedere 1354. *ad* 1.

Canonici, praeter Crucem, quae ante Clerum defertur in Processionibus, nequeunt aliam immediate ante ipsos erigere, qua a reliquo Clero quodammodo dividantur 615.

Canonici semper praecedunt Beneficiatis, dummodo hi non sint parati sacris indumentis 776. *ad* 3.

Canonici per se ipsos tenentur ad celebrationem Missarum, non per Presby-

teros condnctitios 1370., nisi adsint Cappellani, qui hoc munus expleant: Missarum distributio fieri debet per turnum 1422. *ad* 1. *et* 3.

Canonici collegialiter assistentes in aliqua Civitatis Ecclesia Vesperis, et Missae solemni, interesse debent cum habitu chorali. Contraria consuetudo improbanda 1354. *ad* 5.

Canonico celebranti, seu Officium facienti debetur praecedentia, etiam supra Dignitates in sessione, intonatione etc. 1567.

Canonici stare non debent ad nonam Lectionem a Celebrante hebdomadario cantari solitam, etiamsi is sit pluviali indutus, cum hujusmodi obsequium praestandum solummodo sit, dum cantatur ab Episcopo 1819. *ad* 1.

Canonicis paratis danda est pax, item thurificatio ante Dignitates; et Beneficiatis paratis post Canonicos ante alios de Clero 16.

Canonici nullatenus inservire debent in munere Diaconi, et Subdiaconi Portionariis, et aliis inferioris ordinis Presbyteris, quacumque non obstante consuetudine 27. 345. Quod si Praebendis adnexum sit onus cantandi Epistolam, et Evangelium, possunt per alium hujusmodi officium adimplere de licentia Episcopi 84. Tenentur tamen inservire tam Dignitati, quam Canonico celebranti 663. 754. *ad* 1. 947. 966. 1062. 1069. 1124. 1300. *ad* 6. 1312. 1354. *ad* 3. 1391. *ad* 2. 1552 1554. 1614. 1725. 1809. 1878. 1977. 2674. 3099. 3132. *ad* 1. 3190. 3239. 3267. *ad* 2., 3560. (quoad Dignitates, et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Neritonen. respondit: non teneri, et servari solitum 3880. *ad* 1. 2. *et* 3.) Id intelligitur in propria Ecclesia, sed non extra, nisi interveniente Capitulo 992. 1009. neque in Vesperis, in quibus pluvialia sumere debent Presbyteri de gremio Ecclesiae, sed Canonicis inferiores 754. *ad* 2. 760. *ad* 2. 966. Regula obtinet quoad omnes Missas solemnes, in quibus requiritur Diaconus, et Subdiaconus 760. *ad* 1. *et* 3. 1743. 1795. 1800., etiamsi Praebendae non sint distinctae 1799. quo in casu omnes debent sibi invicem ministrare, nulla habita ratione antianitatis 3307. Ubi tamen pauci sunt numero, laudandi si eo fungantur officio, sed non cogendi 1941. Ubi Praebendae omnes sunt presbyterales, Canonicos non teneri ad munus Diaconi, et Subdiaconi S. R. C. respondit 2604.

Canonicus, qui permutavit Praebendam cum Ecclesia Parochiali, quae tamen permutatio non habuit effectum, ad Canonicatum restitutus, recuperat locum, et jura antiquae provisionis, nihilque solvere debet 76.

Canonicus celebrans coram Vicario sui Capituli, non tenetur ei reverentiam facere 90.

Canonici supranumerarii praecedunt Canonicis de numero postea receptis. Ita in casu particulari, attenta consuetudine 590. qui gaudent omnibus praerogativis aliorum Canonicorum, sed non habent vocem in Capitulo, et semper sedent post Canonicos de numero: eodem modo sunt thurificandi, et recipere debent osculum pacis 2405. 2461. 2466.

Canonicus de novo Canonicatu provisus nequit retinere primum stallum 610.

Canonicus, qui ob senectutem abdicavit Canonicatum, cogi nequit ad interessendum functionibus Episcopalibus inter simplices Clericos 587.

Canonici, dimisso Canonicatu, si retineant stallum, nequeunt praecedere Canonicis postea provisis 665.

Canonici obtinentes Praebendas Diaconales, et Subdiaconales, quolibet non obstante statuto, aut consuetudine, debent inservire in munere Diaconi, et Subdiaconi 790.

Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, stallum Praebendae debent occupare, etiam super alios superiores in possessione, sed obtinentes Praebendas Ordinis inferioris 797. *ad* 2.

Canonicus habens pretiosam suppellectilem cum propriis Insigniis pro Missa celebranda, debet ab horum usu

particulari. Regula tamen est, ut superpelliceum adhibeatur, ceu patet ex posterioribus Decretis 3335. 4065. 4216.

Canonicis non est permittendus usus sedium cameralium, dum assistunt concionibus 2618. *ad* 3.

Canonici habentes usum cappae magnae possunt tempore congruo, ac etiam in Processionibus uti superpelliceo supra Rochettum 2656.

Canonici tenentur recitare Officium propriae Ecclesiae, etiamsi ab ea absint 2676. *ad* 3.

Canonicus, cui incumbit onus ministrandi pro Diacono, non excusatur, quia organum pulsat 1325.

Canonici ex urbanitate rogandi sunt, secus cogendi ad supplendas vices in canonicalibus officiis Decani, qui gaudet duplici Praebenda decanali, et canonicali, dum is functurus decanatus officio, nequit simul canonicale munus exercere 1846.

Canonicus extra propriam Ecclesiam nequit uti Insignibus canonicalibus 2712.

Canonicis, *et Portionariis* ordinandis permitti potest ex aequitate, et indulgentia, ut super sellas sedeant dum alii ordinantur 3012. *ad* 5.

Canonici, qui non habent Insignia distincta, interesse debent Choro, decenti habitu talari, cotta, et bireto induti 3050. *ad* 2. etsi pauci sint numero, ad Missam conventualem singulis diebus tenentur, neque huic oneri satisfaciunt, celebrando Missam votivam 3050. *ad* 3

Canonici coadjutores Praepositi in cura Animarum praecedentiam habent supra Canonicos inferiorum ordinum 3065.

Canonicis processionaliter accedentibus ad Monachorum, vel aliorum Regularium Ecclesiam danda per Monachum, vel alium Religiosum cotta indutum, aqua benedicta per aspersionem, Sacerdoti vero pluviali induto per contactum 3381. *ad* 1. 3730.

Canonici, *et Dignitates*, dum cantare debent Lectiones, accedere debent ad Legile 3402. *ad* 22.

Canonicus, qui uno dimisso, alterum Canonicatum obtinuit in eadem Ecclesia, occupare debet stallum secundi Canonicatus 3436.

Canonicis non licet occupare sedes Dignitatum absentium, vel praesentium 3444. *ad* 5.

Canonicis, aliisque Lectiones cantantibus in choro, solus Caeremoniarius assistere debet 3448. *ad* 2. Non eis ministrandum instrumentum vulgo *Bugia*, sed, ingruentibus tenebris, apponendum candelabrum prope legile super humo. *Ibidem ad* 3. Accedentibus ad adorationem Crucis cum cappis solutis, nequeunt Clerici harum extremitates elevare. *Ibidem ad* 4. Ad hanc adorationem cogi possunt Canonici non impediti, ac propterea mulctari *Ibidem ad* 5.

Canonicus Theologus, dum legit Scripturam etc., semper est dispensatus a servitio Chori 3448. *ad* 11.

Canonici eam partem tenentes, ubi intonatur Antiphona, omnes surgere debent 3448. *ad* 13.

Canonici Missam solemnem celebrantes, tenentur intonare *Gloria in excelsis*, et *Credo* sine praeintonatione 3479. 3503.

Canonicus indutus pluviali pro repositione Sanctissimi Sacramenti, genuflectere debet cum ministris ante Altare, etsi terga vertat Episcopo existenti in suo genuflexorio, cui tamen tunc non debetur assistentia duorum Canonicorum, sed omnes in suis stallis interesse debent 3483. *ad* 5. *et* 6.

Canonici quoad habitum, et colorem servare debent formam Apostolicae concessionis 3552. *ad* 4. *et* 5.

Canonicus, qui simul cum Mansionario parato ex consuetudine assistit primae Dignitati Vesperas celebranti, et Chorum incensat, debet etiam incensare Mansionarium paratum 3552. *ad* 6.

Canonici debent in Choro recitare Vesperas defunctorum pro prima die mensis, etiamsi die sequenti ad Chori servitium non teneantur 3552. *ad* 7.

Canonici, aliique de Clero in Choro existentes: num stare, vel genuflectere

clesia biscentum passibus 2056. Non excusantur ab associatione praetextu modicae pluviae 2127. *ad* 2. Non tenentur, si Episcopus accedat ad Ecclesiam in sede portatili 2737. Quamvis vero in causa *Melphiten.* S. R. C. responderit, Canonicos semper debere associare Episcopum venientem cum cappa magna in Dominicis, et Festis minus solemnibus 3954. *ad* 1. in altera tamen propositione addidit: *juxta mentem*: quae est, ut Episcopus se abstineat, et discrete se gerat quoad assistentiam cum pluviali, vel cappa in diebus minus solemnibus 3996. *ad* 1. 4014. *ad* 1. *et* 2.

Canonici associantes Episcopum debent accedere induti Insigniis canonicalibus: contraria consuetudo evellenda 1826. Quatenus associent cum habitu ordinario, scilicet subtana, et pallio debent anteire, et non sequi 600. *ad* 1. ad associandum compelli possunt etiam sub censuris 1944. 2423. Non tenentur eum associare, dum mozzetta indutus supra Rochettum accedit ad Ecclesiam, ut Divinis assistat 486. 1228. *ad* 3. 1392. *ad* 2. In associatione non debent Diaconi hinc inde incedere a latere Episcopi, nisi is sit paratus cum mitra 11. Non ex urbanitate, sed ex debito tenentur Canonici eum a cubiculo excipere, quando solemniter est celebraturus, vel Divinis cum cappa interfuturus 128. Quod non procedit, si indutus cappa ad aulam capitularem accedit pro aliquo negotio; hoc enim casu associatio fit ex urbanitate. *Ibidem*.

Canonici tenentur expectare Episcopum ad Ecclesiam accedere volentem, ut horis Canonicis intersit, nec licet Divina inchoare Officia ante ejus adventum; sed Episcopus diu morari non debet ultra statutam horam 128. 541. Si inchoatis horis adveniat, sat est, ut quatuor, vel quinque eum ad januam excipiant 541.

Canonicus primus Presbyter debet Episcopo aspersorium ministrare, si Praebendae sint distinctae; quatenus vero non sint distinctae, prima Dignitas, vel Canonicus primum occupans locum, qui proximior Episcopo est 204. *ad* 5.

Canonici, qui ex antiqua consuetudine solent Episcopo Missam planam in Cathedrali celebranti assistere, nequeunt punctari: neque contra hanc consuetudinem quidquam licet attentare 199.

Canonici manutenendi sunt in possessione assistendi Episcopo in Ecclesia Collegiata Pontificalia exercenti, quousque Collegiata contrariam immemorabilem consuetudinem probaverit 229. Quod procedit etiam relate ad quamcumque aliam Ecclesiam: nam non convenit, ut Episcopus alios inferiores assumat 780. Et ad hanc assistentiam cogi possunt 627. *ad* 2. Quod intelligitur de Ecclesiis intra Civitatem tantum, in quibus tres saltem Cathedralis Canonici assistere debent, sed extra Civitatem non tenentur 1763. *ad* 2. 2178. *ad* 5. 2202.

Canonici Cathedralis tenentur assistere Episcopo tam intra, quam extra Cathedralem Sacras Ordinationes peragenti; dummodo tamen, si Ordinationes fiant extra Cathedralem, in Ecclesia remaneat numerus Canonicorum sufficiens ad peragenda Divina Officia 312. 1392. *ad* 3. Id intelligitur de Ordinationibus publicis, nam in privatis sat est, ut tres eidem inserviant 1797. *ad* 1.

Canonici Episcopo pontificaliter celebranti Missam debent ministrare septem candelas, etiamsi aliter Ecclesiae statuta disponant 630. *ad* 2. assistentes Episcopo sedere debent in scabellis nudis 727. In porrigendo aspersorio, et benedictione incensi, osculari debent manum Episcopi 1455. *ad* 2.

Canonici tenentur inservire Episcopo extra Cathedralem publicas Ecclesiasticas functiones obituro 1414.

Canonicus Presbyter deserviens in Missa pontificali pro Subdiacono, incedere debet paratus indumento muneri convenienti, et sedere post Canonicos indutos Planetis 732. *ad* 1. Deserviens

pro altero ex Diaconibus impedito, praecedentiam dare debet alteri Diacono munus suum exercenti, et sedere a sinistris 981.

Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, sedere, et incedere debent singuli in proprio ordine, et Dignitates gestare pluvialia. Canonici Ordinis presbyteralis planetas, Diaconi, et Subdiaconi dalmaticas, et tunicellas 204. *ad* 1. ubi omnes Praebendae sunt presbyterales, tenentur nihilominus assumere sacras vestes, ut Caeremoniale praescribit, dum Episcopus solemniter celebrat 1303. Declaratur abusus, quod Canonici, ubi Praebendae non sunt distinctae, assistant Missae pontificali cum cappa; permittitur tamen, ut omnes tam Dignitates, quam Canonici assistant pluvialibus induti 1808. *ad* 1. *et* 2.

Canonici celebraturi, paullo ante quam Episcopus in Chorum veniat, debent sumere paramenta, eumque venientem ad loca sua expectare 1347. *ad* 2.

Canonici in confectione Sacrorum Oleorum implere debent numerum duodecim Presbyterorum, quatenus sine ipsis numerus sufficiens non reperiatur 161. *ad* 1.

Canonico juniori competit publicare in die Epiphaniae anni festa mobilia 189.

Canonici digniores decet, ut sedeant in sedibus Episcopo proximioribus 227. *ad* 14.

Canonici Cathedralis tam in propria, quam in quacumque alia Ecclesia assistentes Divinis Officiis, et concioni in habitu chorali, praecedere semper debent Magistratum 277.

Canonicus paratus celebrans Vesperas, seu Matutinum sedere debet in primo stallo, sed choralis sedes Episcopi semper vacua remanere debet 408.

Canonici Episcopo cum Rochetto, et Mozzetta Divinis assistenti non tenentur imponere, et deponere biretum 486. 1550. nec tenentur, etiamsi assistat cum cappa 971. 996., ei tamen cappa induto assistentes accipere debent de ejus manibus, eique reddere biretum. Ita decrevit S. R. C. sub num. 2099. etsi prius respondisset per Cappellanum, et non per Canonicum id munus esse implendum 2027. V. *Biretum*. *Episcopus*.

Canonici in Minoribus constituti tolerari potest, ut assistant Episcopo amictu sacerdotali induti 2092. *ad* 1. Ita, ut relatum est, legitur in Regestis; mendosum tamen puto, quia iterum proposita quaestione *sub die* 4. *Augusti* 1664. tunc responsum dicitur = *Non esse permittendum, quod Canonicus non consecratus Episcopo celebranti assistat amictu sacerdotali indutus* = 2140. *ad* 1.

Canonici, si ob modicum numerum non sufficiant pro assistentia Episcopi, debent nihilominus eidem ministrare una cum Sacerdotibus ab Episcopo in supplementum seligendis 2168. quod Decretum moderatum fuit in altera Congregatione, quae respondit: Canonicos extra Cathedralem non esse cogendos 2188.

Canonici Cathedralis tenentur inservire in officio Diaconi, et Subdiaconi Dignitati, vel Canonico celebranti, absente, vel praesente Episcopo, in diebus, in quibus Dignitates, vel Canonici ad celebrationem tenentur, nedum in Cathedrali, sed etiam extra propriam Ecclesiam, quatenus tamen alibi celebrandum sit ex obligatione Capituli 2133.

Canonicis Cathedralis uti licet panno, seu tapete in scamno 2542. *ad* 11.

Canonicus, qui causa infirmitatis gaudet indulto utendi pileolo in Missa, nequit eo uti in Missis solemnibus, praesente Episcopo 2617.

Canonicus, qui pluviali indutus sustinet baculum Episcopi, tenere debet locum in Processionibus juxta consuetudinem: si haec nulla sit, solus ante Episcopum incedat 2653. *ad* 2.

Canonicus Theologus primam sedem post Dignitates occupare debet, si haec ab initio eam obtinenti Praebendam fuit assignata 95.

Canonicus auditor Episcopi in Congre-

gationibus, et sessionibus nullam habet praeeminentiam, sed sedere debet in loco suae receptionis 115.

Canonici, et Clerici Cathedralis in ducendis funeribus praeeminentiam semper habent, etiamsi defunctus deferatur ad Ecclesiam Abbatialem exemptam, et per ejusdem territorium transeundum sit: Officium vero in Ecclesia faciendum a Parocho ejusdem 180.

Canonici parati praecedere debent Vicario 276.

Canonicus Pro-Vicarius deputatus, si intersit Choro tamquam Canonicus, debet obedire seniori ei jubenti, ut aliquam ex lectionibus canat 480.

Canonici cogi possunt ab Episcopo, ut in Feriis Quadragesimae canere faciant a Cappellanis Missam Feriae cum Diacono, et Subdiacono 550. *ad* 1.

Canonici nequeunt cogi ab Episcopo, ut descendant ad Lectorale, ubi ad hoc munus adsunt alii Presbyteri, et Clerici 741. *ad* 1. Adstante Episcopo, et non celebrante, debent e stallo descendere ad circulos 741. *ad* 2.

Canonicis sine habitu canonicali nulla competit praecedentia supra Magistratum 748.

Canonici nequeunt concedere aliquod signum mazzerio, confalonerio, et magistro caeremoniarum, sine licentia Sedis Apostolicae 776. *ad* 7.

Canonico Ecclesiae Concathedralis unitae nullus competit locus, dum residet apud Episcopum in altera Concathedrali 855.

Canonicus accedens ad Paroeciam sitam in Castro mensae Capitularis, nullam habet praecedentiam supra Vicarium Paroeciae 863.

Canonicis uti singulis sine habitu Canonicali extra Cathedralem nulla debetur thurificatio 873.

Canonicus Theologus, qui gaudet Praebenda subdiaconali, debet occupare locum Praebendae convenientem 1022.

Canonici non sunt cogendi ad deferendas hastas Baldachini, quod praestandum est a dignioribus ex Beneficiatis, seu Mansionariis 1024. Contraria consuetudo improbatur 1082.

Canonici Cathedralis praeeminentiam habent in Ecclesia Collegiata, dum ad hanc Episcopus, occasione Visitationis, accedit 1168.

Canonici Cathedralis induere debent Sacras Vestes in solemni Processione SSmi Sacramenti: Collegiatarum Canonicis non licet 1173.

Canonici, et Dignitates in actu praestandae obedientiae admitti debent ab Episcopo ad osculum dumtaxat manus 1194.

Canonicus Poenitentiarius num possit tenere virgam dum audit confessiones? 1205.

Canonicus ab Episcopo deputatus pro erigendo Seminario, ratione hujus deputationis, nullam habet praecedentiam supra alios Canonicos 1393.

Canonici non tenentur inservire Episcopo Missam privatim celebranti 1418. *ad* 3.

Canonici assistere Episcopo renuentes plectendi sunt aliis poenis ultra amissionem distributionum 1447.

Canonicis nullo modo licet, operto capite, SSmum Sacramentum aut Episcopum thurificare. Abusus eliminandus 1449. *ad* 2. prout etiam in petendo ab Episcopo benedictionem, in circulis, et reverentiis, in deferendis ac ostendendis sacris Reliquiis 1455. *ad* 1.

Canonici accedentes in habitu ordinario ad aliquam Ecclesiam, ad quam Episcopus in habitu pariter ordinario accedit, non tenentur genuflectere, dum ipse Populo solemniter benedicit, neque eum abeuntem usque ad rhedam associare 14 6. 1499. 1546.

Canonici assistentes Episcopo Feria V. in Coena Domini, in pedum ablutione, tenere debent Caeremonialis praescriptum quoad colorem indumentorum 1459. *ad* 3.

Canonici assistentes sine habitu canonicali non sunt thurificandi 1535.

Canonici non interessentes concioni in Ecclesia subrogata Cathedrali, eadem poena plectendi sunt, ac si concioni-

bus non interessent in Cathedrali habendis 1596.

Canonici per viam occurrentes Episcopo nequeunt cogi ad eum comitandum; laudandi sunt si faciant 1676.

Canonici, *et Dignitates Cathedralis*, etiam absente Episcopo, interesse tenentur solemni Processioni Corporis Christi sacris vestibus induti 1684.

Canonici digniores, absentibus Dignitatibus, vel impeditis officio dirigendi Chorum, debent Officia peragere 1749.

Canonicis, *et Dignitatibus* non licet in Missis privatis adhibere duos ministros, quatuor candelas, et abacum 1849.

Canonici Cathedralis, qui ob aliquam causam collegialiter Divina peragunt in aliqua Ecclesia Dioecesis temporanee Cathedrali suffecta, nequeunt functiones peragere in Ecclesiis sitis intra limites Collegiatae 1903. *ad* 2.

Canonici Cathedralis in functionibus Ecclesiasticis praeferuntur Dignitatibus Collegiatarum: quo vero ad actus privatos nihil decernendum duxit Sac. Congregatio, cum id ad Ritum Ecclesiasticum non pertineat 1922.

Canonici possunt, etiam sub censuris, compelli ad Episcopum associandum, et ad ei assistendum, dum privatim celebrat in Cathedrali 1944. Alias non teneri S. R. C. responderat 1418. *ad* 3. Forte descrimen ex diversa Ecclesiarum consuetudine.

Canonici antiquiores Poenitentiario, et Curato, qui in ipsa admissione Presbyteris adnumerantur, si, aliis advenientibus Canonicis, transeant ad Ordinem Praesbyterorum, praeferendi sunt Poenitentiario, et Curato; dummodo tamen data alias optandi Presbyteratum opportunitate, optare non neglexerint, ne Sacerdotium suscipere cogerentur 1985. 2010. Nec locum suae possessionis amittunt, si Diaconi, facta protestatione citra praejudicium, jam optarint Presbyteratum, sed ascendere nequiverint, et in Diaconatus Ordine permanere debuerint, ne deesset qui hoc fungeretur officio 1990. 2010.

Canonici Cathedralis vocati ad funus, convenire debent in Parochiali. Ita S. C. in casu particulari 2075. *ad* 3. (puto tamen ita respondisse, vel quia talis erat immemorabilis consuetudo, vel quia non capitulariter, sed uti singuli Canonici accedebant ad funus).

Canonici parati thurificandi ante Vicarium 2107. Item dum sunt parati vel duo sint, vel numero plures, semper praecedunt 2447.

Canonicus Poenitentiarius, licet ultimo loco provisus, cogi non debet ad obeundum munus Diaconi, et Subdiaconi, quaecumque consuetudine, aut constitutione contrarium disponente non obstante 2464. An, quomodo, et a quo compelli possit, ut assistat Confessionario tempore convenienti? 3221. 3256. *ad* 5.

Canonici Cathedralis uti singuli non praecedunt Parocho 2508.

Canonici Cathedralis Episcopo non genuflectunt, sed tantum caput inclinant 1295.

Canonici Cathedralis non sunt cogendi ad inserviendum Episcopo in Missis privatis 1418. *ad* 3. 1727. praesertim si celebret extra Cathedralem 3169. 3184. *ad* 5. Ultro volentes, probiberi possunt a detrectantibus 4059. Non induti Canonicalibus indumentis nequeunt assistentiam praestare Episcopo 1727. Debent expectare Episcopum volentem assistere Choro; sed Episcopus debet esse discretus, nec diu morari. *Ibidem*.

Canonici Clerici antiquiores locum cedere debent Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus recentioribus. Item Subdiaconi, et Diaconi relate ad Presbyteros 2705.

Canonici usum habentes cappae magnae, nequeunt pro libitu promiscue ea uti, vel Superpellicco supra Rochettum, sed alterutro uti debent tempore congruo, quod S. C. determinat 2656. 2706.

Canonici assistentes Episcopo stare debent, discooperto capite, dum is legit Epistolam, Graduale, et Evangelium 2734. *ad* 7. et dum ei quoquo modo

non autem si celebret ibi dumtaxat Missam privatam 2879. *ad* 2.

Canonicos Cathedralis capitulariter associantes cum propria Cruce funus ad Ecclesiam Regularium, posse hanc ingredi, ibique cum Cruce erecta usque ad humationem cadaveris assistere: S. C. respondit, ita tamen ut in absolutione funeris sola adhibeatur Crux Ecclesiae tumulantis 3258. *ad* 1. *et* 2. etsi non invitati, possunt associare funus ad eorum Ecclesiam deferendum, citra tamen Haeredum praejudicium. *Ibidem ad* 3.

Canonicus, praesente Episcopo, nequit uti pulvinari 3367. *ad* 1. Celebrans, assistente Episcopo, nequit sedere in sede cum suppedaneo, Ministris hinc inde adstantibus. 3367. *ad* 2. nequit gestare comam fictitiam deferens processionaliter Sacramentum 3367. *ad* 4. aut Missam celebrans 3365. *ad* 5.

Canonicus Diaconus ministrans Canonico celebranti, dum thus offert, dicere debet: *Benedic Rev. Pater* 3367. *ad* 6.

Canonici parati, assistentes Episcopo pontificaliter celebranti, nequeunt deferre pileolum, et biretum, dum actu ministrant. 3367. *ad* 7.

Canonicis celebrantibus, Clerici genuflectere non debent, dum ministrant thuribulum, et naviculam 3367. *ad* 8.

Canonici Metropolitanae possunt in Synodo sedere in scamno duorum graduum, dummodo sedes Archiepiscopi sit elevatior, 2400. *ad* 4. in sedendo servare debent formam Caeremonialis. *Ibidem ad* 5.

Canonici Cathedralis, etsi non sint parati, in recipiendo candelas, ac cineres debent dumtaxat se inclinare 3406.

Canonici Cathedralis quoad ordinem, locum, et praecedentiam in Synodo 3410.

Canonico antiquiori competit officium Presbyteri assistentis, ubi viget consuetudo, quod Dignitates nullam praestent assistentiam Episcopo, quando is cum cappa tantum assistit 3413.

Canonico Cathedralis Spoletanae induto alba, stola, et pluviali, gestanti Sacras Reliquias in Processionibus Rogationum, non licet extra portam Civitatis pluvialem dimittere, et sic pergere ad Ecclesias ad quas Processio dirigitur 3421.

Canonico vel Dignitati celebranti. absente Episcopo, debetur pulvinar cum tapete 3448. *ad* 7.

Canonicis Cathedralis solemniter celebrantibus vel in propria, vel in aliena Ecclesia non debetur assistens cum pluviali 3448. *ad* 14. Simul convenientibus cum Capitulo Collegiatae debentur sedilia elevata per unum gradum tantummodo in Synodo, non in aliis functionibus 3452.

Canonici Cathedralis cogi possunt ab Episcopo ad sibi capitulariter assistendum, etiamsi Pontificalia peragat extra tempora Divinorum Officiorum, vel solemnes ad Populum conciones habere velit, dummodo id faciat cum pluviali, mitra, et baculo 3456. *ad* 2. saltem duo tenentur excipere ad januam Episcopum accedentem rochetto, et mozzetta indutum dum Clerus occupatus est in Choro 3483. *ad* 1. *et* 2. Interessentes concionibus in propriis stallis induti esse debent habitu canonicali 3495.

Canonici Cathedralis capitulariter in funere incedentes praecedunt Parocho, nedum in via, sed etiam in Parochiali, non obstante contraria consuetudine, praeter quam in actu faciendi officium, quod spectat ad Parochum 3501. *ad* 3. erigenda est Crux Cathedralis, praeterquam in actu peragendi officium *Ibidem ad* 4.

Canonici Cathedralis obtinentes Cappellanias in eadem Ecclesia possunt assistere Anniversariis cum Mansionariis, aliisque Cappellanis, ac emolumenta percipere; debent tamen deferre habitum Cappellanorum, et sedere inter eos, servato ordine antianitatis 3531.

Canonici Metropolitanae Turritanae nequeunt in Missis privatis, et solemnibus uti instrumento vulgo bugia 3538. *ad* 1. neque eis licet Missam solemnem

celebrantibus in Cathedrali sedere in sede cum postergali. *Ibidem ad* 3.

Canonici Metropolitanae, vel Cathedralis tenentur processionaliter accedere ad palatium Episcopi, ad effectum eum associandi, etiamsi distantia sit passuum biscentum, et ultra 3538. *ad* 6.

Canonici Cathedralis tenentur assistere Anniversario Episcopi Praedecessoris immediati, sine ulla distributione 3564.

Canonicis Cathedralis cum Parocho Stola redimito, et Cruce elata licere respondit S. C., ingredi Ecclesias PP. Societatis Jesu 3582.

Canonicus Cathedralis celebrans nequit impertiri benedictionem concionatori inter Missarum Solemnia, non interessente Episcopo 3587.

Canonici Cathedralis distingui debent a Sacerdotibus inferioris Ordinis quoad paramenta, et similia 3591.

Canonici Cathedralis Episcopo accedenti cum mozzetta et rochetto non tenentur imponere ad Ecclesiae januam cappam magnam 3597.

Canonici assistentes Episcopo parati, et illum ad Altare comitantes in pontificalibus debent incedere, cooperto capite ratione paramentorum 3637. *ad* 4.

Canonici numero quatuor assistentes Episcopo in absolutione ad tumulum, debent esse Sacerdotes 3660. *ad* 6.

Canonici parati associantes Episcopum e Sacrario exeuntem, et ad Altare pergentem, nequeunt praecedere Sacerdotes, Diaconos, et Subdiaconos, qui assistere debent Oleorum consecrationi, sed sequi 3661. *ad* 1.

Canonicis Cathedralis Placentinae, capitulariter accedentibus ad Ecclesiam Collegiatae S. Antonini, quatuor saltem hujus Collegiatae Canonici obviam ire debent in habitu Chorali una cum Clerico aquam lustralem deferente, et aspersorium. Idem servandum est in recessu 3667. *ad* 1. in Processionibus vero Synodalibus, et Corporis Christi dictae Collegiatae Canonicis non licet deferre indumenta pretiosiora illis, quibus utuntur Canonici Cathedralis *Ibidem ad* 2.

Canonici assistentes Episcopo Pontificalia celebraturo, debent eum induere sacris paramentis, ad formam Caeremonialis 3696. *ad* 1. tenentur eum associare ante Altare, ibique immorari, donec revertatur *Ibidem ad* 2. Canonicus Subdiaconus tenetur ei reverentiam facere antequam porrigat Manipulum *Ibid. ad* 4. ad Diaconos assistentes pertinet elevare fimbriam pluvialis *Ibidem ad* 5. assistentes tenentur folia Missalis revolvere, et digito indicare legenda *Ibidem ad* 6. Omnes Canonici tenentur eum excipere, et associare ex aula ab ipso destinata *Ibidem ad* 7. In Vesperis semipontificalibus, quibus Episcopus assistit cum pluviali, et mitra, dum is adveniens e Sacrario genuflectit in faldistorio, Canonici pluvialibus parati, non debent genuflectere in plano Cappellae post Episcopum, sed orare suis in locis, nec sedere debent in scamnis, verum in stallis Canonicorum 3702. *ad* 1. *et* 2. in quibus manent dum Episcopus accedit ad thurificationem Altaris *Ibidem ad* 4.

Canonici Cathedralis cum Cruce, Clero, et Decurionibus Civitatis accedentes ad Ecclesiam Canonicorum Regularium Lateranensium, ab his excipi, et tam in accessu, quam in recessu, honorifice debent associari 3720.

Canonici Cathedralis tenentur interesse cum sacris indumentis Processioni Corporis Christi, etiamsi absit Episcopus 3738.

Canonici Cathedralis existentes uti singuli in locis Dioecesis, nequeunt assumere habitum canonicalem, vel praetendere praecedentiam, et locum distinctum 3742.

Canonicis, et Dignitatibus Cathedralis, non licet in celebratione Missae privatae habere Ministrum cotta indutum, qui Missale sustineat, folia vertat, indicet legenda, detegat calicem, vinum, et aquam ante Offertorium infundat 3777. 3791.

Canonici, praesente, vel absente Episcopo, intra, vel extra Cathedralem ne-

queunt adhibere sedes cum brachiis, et subselliis, sed sedere debent in scabellis, seu scamnis 3837. *ad* 3. *et* 4.

Canonici assistentes Episcopo sub throno nequeunt caput tegere, dum alii Canonici, detecto capite, circulum faciunt 3875. si renuant, cogendi sub poena suspensionis 3877.

Canonicis Cathedralis jus competit incedendi in Processione SSmi Corporis Christi cum paramentis sacris privative quoad Canonicos Collegistarum Rectores Parochialium etc. 3816.

Canonici Cathedralis distingui non debent a Dignitatibus quoad quasdam honorificentias, videlicet, dum solemniter celebrant, debent habere scamnum aequaliter ornatum, et abacum sine ulla distinctione retinere, et sola habeatur distinctio ratione solemnitatis, et Festorum, non personarum 3915. *ad* 1. *et* 2. Item quoad intortitiorum numerum *Ibidem ad* 3. debentur sedilia aequalia in Capitulo generali celebrari solito in Aula Episcopi: Item candelae in Festo Purificationis, ac funerum emolumenta *Ibidem ad* 5. 6. *et* 7. Campana magna aequaliter pulsari debet sive celebrent Canonici, sive Dignitates, habita tamen ratione Festorum majoris, vel minoris solemnitatis, ut etiam quoad paramenta minus, vel magis pretiosa. *Ibidem ad* 8. *et* 9. sive celebret Canonicus, sive Dignitas, debent esse in eodem numero Canonici, qui in Officio solemni cantant lectiones *Ibidem ad* 11. Aspersorium vero Episcopo ad Ecclesiam accedenti tradi debet ab altera ex Dignitatibus, non a Canonico seniore *Ibidem ad* 14. In confectione notulae Capitularium, qui tenentur assistere Episcopo nequeunt designari Dignitates diverso titulo, ac designantur Canonici. *Ibidem ad* 18. Canonicis celebrantibus non debetur assistentia ab caeremoniarum Praefecto, sed a Chori Magistris. *Ibidem ad* 19.

Canonicis, et Dignitatibus Cathedralis solemniter celebrantibus extra Cathedralem debetur assistentia Canonicorum, dummodo Capitulum intersit 3910. *ad* 2.

Canonici Metropolitanae Capuanae tenentur juxta solitum in die Epiphaniae annuntiare Festa mobilia 3910. *ad* 6. Canonico celebrante, non tenetur alter ex Canonicis psalmos intonare tam in Choro, quam in Processionibus, cum id competat hebdomadariis *Ibidem ad* 7. Iidem Canonici tenentur canere in Choro ex proprio stallo cum hebdomadariis, quis hoc onus commune est omnibus in Choro existentibus *Ibidem ad* 8. si transferatur Festum, in quo celebrare tenebatur Canonicus, non tenetur is celebrare in die translationis, nisi haec habeatur pro festiva in Metropolitana *Ibidem ad* 9.

Canonicis Cathedralis non licet retinere expositam in Sacrario tabellam, in qua ipsorum Nomina decorentur titulo *Illmi* et *Rmi* 3913. *ad* 12. Dum Episcopus cappa indutus venit ad Ecclesiam, et Ven. Sacramentum adorat in genuflexorio, Canonici circa ipsum genuflectere debent, nec eis licet pergere ad sedes chorales, ibique genuflectere *Ibidem ad* 13. Neque Canonicis, neque Dignitatibus, neque Vicario debentur ullae distinctiones in Missa privata. *Ibidem ad* 14. *et* 15.

Canonicus Cathedralis concionaturus in actu recipiendi benedictionem ab Episcopo; utrum debeat genuflectere, an caput inclinare? 3913. *ad* 9.

Canonici sacris amicti dum assistunt Episcopo, sedere debent super scabellis nudis 3926. *ad* 27.

Canonici Cathedralis deputati ad Seminarii administrationem praeferendi aliis deputatis de Clero, etsi hi primum fuerint electi 3934.

Canonici assistentes Episcopo, dum is impertitur benedictionem cum Ven. Sacramento, debent genuflectere, non autem hinc inde stare sub praetextu consuetudinis, quae reprobatur 3950.

Canonici Cathedralis Civitatis Notabilis Melitae non invitati nullum jus habent interessendi Festivitati Naufragii S.Pauli in Ecclesia Collegiata Vallettae 3959.

ad 1. *et* 2. possunt interesse invitati ab Episcopo, dummodo Cathedralis suo non fraudetur servitio, et reservato jure Canonicis Collegiatae peragendi functiones *Ibidem ad* 3. Competunt tamen Canonicis Cathedralis assistentia Episcopo, primae sedes, et praecedentia in Processionibus *Ibidem ad* 4. 5. 6. *et* 7. illis vero Collegiatae competit excipere Episcopum *Ibidem ad* 6. *et* 7. Omnes indistincte thurificandi sunt duplici ductu *Ibidem ad* 8. alia quoad hasce controversias habes 4290.

Canonici Metropolitanae Urbinaten. possunt uti anulo, cruce pectorali etc. juxta modum: id est in Missis solemnibus solus Presbyter celebrans uti possit enunciatis indumentis auro non ornatis, nec non annulo cum unica gemma, et cruce pectorali sine gemmis 4075. *ad* 1. Pontificaliter celebrantes nequeunt uti faldistorio, et sedere debent in scamno cooperto tapete, vel panno currentis coloris *Ibidem ad* 2. *et* 3. nequeunt uti palmatoria vel in solemnibus, vel in Missis privatis *Ibidem ad* 4. Nequeunt Populum salutare dicendo *Pax vobis* loco dicendi: *Dominus vobiscum*. *Ibidem ad* 5. Benedictionem in fine Missae unico signo impertiri debent, ut alii Sacerdotes *Ibidem ad* 6. Nequeunt dare trinam benedictionem cum Ven. Sacramento *Ibidem ad* 7. etiamsi induti sint Mitra, aliisque paramentis, vel non *Ibidem ad* 8. Missas pontificaliter nequeunt celebrare in Ecclesiis Monialium absque consensu Episcopi *Ibidem ad* 9. In Metropolitana nequeunt uti Mitra, et pontificaliter celebrare Missas pro defunctis *Ibidem ad* 11. Neque Mitra uti possunt in vestitione, et velatione Monialium factis, jubente Episcopo *Ibidem ad* 10. In Insigniis, et Armis suae familiae Mitram tantum apponere possunt. *Ibidem ad* 12. In Processionibus Corporis Christi nequeunt incedere capite Mitra cooperto *Ibidem* ad 13.

Canonici Cathedralis Episcopo celebranti in aliqua Collegiata assistere debent invitati, aliisque praecedunt, capitulariter tamen, non singulariter 3989. *ad* 1. 2. 3. *et* 4. In convisitatores assumpti gestare possunt propria Insignia, tam in Collegiatis, quam in aliis Ecclesiis, eisque debetur praecedentia. *Ibidem ad* 5. *et* 6.

Canonici assitentes Episcopo non Albam, sed Rochettum, seu Cottam quoquo modo, et forma compacta illa sit, induere debent una cum Amictu subtus Dalmaticam, vel aliud Chorale peculiare signum 4027. *ad* 2.

Canonicis Cathedralis S. Severi licet solvere cappas Feria VI. in Parasceve in adoratione Crucis 4029. *ad* 1. Non autem licet in Processionibus poenitentiae, et associatione funerum etc. *Ibidem ad* 2.

Canonici et Dignitates Cathedralis juris remediis compellendi sunt ad obsequia praestanda Episcopo, juxta S. R. C. resolutiones 4168. *ad* 14.

Canonici Cathedralis, dum circulum faciunt, tenentur caput detegere, neque eis licet retinere pileolum, non obstante quacumque consuetudine 4138.

Canonici Cathedralis in solemni Processione Corporis Christi debent induere sacras vestes, etiam tempore Sedis vacantis, aut Episcopo non deferente Sacramentum 4232. Tam intra, quam extra Cathedralem distingui nequeunt in Missis privatis a simplicibus Sacerdotibus 4285. *ad* 1. nequeunt extra Cathedralem uti pulvinaribus ad genuflectendum *Ibidem ad* 2. Permitti nequit, ut a Magistro caeremoniarum tradatur Ostensorium in manus Canonici impertituri benedictionem cum SS.mo Sacramento *Ibidem ad* 3.

Canonici assistentes Episcopo Feria VI. in Parasceve, dum is procedit ad Crucis adorationem, tenentur illum associare tam in genuflexionibus, quam etiam in osculi actu, ibique expectare quousque adorationem, et osculum compleverit; deinde eum ad Cathedram pontificalem comitari: mox idem

obsequium adorationis Crucis, et osculi cum aliis Canonicis in suo ordine praestare 4286. *ad* 1. *et* 2. Nequeunt induere, et deponere Sacra paramenta super solio in loco proprii scamni, sed descendere tenentur ad propria stalla canonicalia, ibique ea assumere, et deponere, interim aliis Canonicis eorum munere fungentibus. *Ibidem ad* 3.

Canonici Diaconi juxta Caeremoniale praestare debent assistentiam Episcopo 4185. *ad* 1.

Canonici Collegiatae sub Cruce Cathedralis incedentes praeire debent separatim a Clericis, et Canonicis Cathedralis sine propria Cruce, aut aliis insigniis loco Crucis in casu particulari 106. Iterum, proposita causa, et consuetudine probata, responsum fuit licere deferre Crucem elevatam cum solito vexillo appenso loco convenienti ante Canonicos Cathedralis 140.

Canonici Collegiatae thurificandi sunt duplici ductu, Clerici Parochiarum unico ductu 321.

Canonici Collegiatae convenientes una simul cum Capitulo Cathedralis admittendi non sunt ad circulos, qui fiunt coram Episcopo, et genuflectere tenentur, dum Episcopus tam in Missa, quam in Vesperis solemnem benedictionem impertitur 585.

Canonici alicujus Collegiatae, ad quam accedit Episcopus, tenentur eum associare juxta ordinem *Lib.* 1. *cap.* 15. *Lib.* 2. *cap.* 32. Caeremonialis 883.

Canonici Collegiatae capitulariter convenientes in aliqua Ecclesia Parochiali, praecedentiam habent supra omnes alios praeter solemniter celebrantem, aut Officium facientem 898. Missa tamen solemnis, et Officium super cadaveribus peragi debent a Parocho, etiam adstante Capitulo. *Ibidem*.

Canonici Collegiatae, etsi habeant pro se consuetudinem, nequeunt tamen Officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium 1182. Ad associandum unus interesse nequeunt, nisi vocati. Quod si sponte velint, non in habitu, et collegialiter sub propria Cruce, sed in abitu ordinario uti singuli post feretrum incedant 1198.

Canonicus Collegiatae accedente Capitulo Cathedralis ad Ecclesiam Collegiatam, occasione Processionum, non tenetur inservire de libro primae Dignitati Cathedralis orationem recitanti 1340.

Canonici Collegiatae interesse debent in Cathedrali pro confectione Sacrorum Oleorum 1412.

Canonici Collegiatae semper praecedunt in funeribus supra Parochum 1419.

Canonici Collegiatae, qualibet contraria consuetudine minime obstante, nequeunt officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium 1707.

Canonici Collegiatae Cappellani Regii nuncupati interesse debent Processionibus, nullumque jus habent praecedendi supra alias Collegiatas 2065.

Canonici Collegiatae quoad ordinem incedendi, et sedendi in Synodo 2073. 3410.

Canonici Collegiatae assistentes Divinis in Cathedrali thurificandi sunt duplici ductu 2542. *ad* 2. assistentes Episcopo debent sedere in eodem aequaliter parato scamno, ut Canonici Cathedralis *Ibidem ad* 3. manutenendi in possessione sedendi in loco aequali *Ibidem ad* 5. Possunt celebrare Festum devotionis eodem die, quo celebratur in Cathedrali. *Ibidem ad* 7. Transeuntes ante Episcopum debent se tantum profunde inclinare. *Ibidem ad* 8. (Haec forte erat in casu particulari immemorabilis consuetudo).

Canonici Collegiatae nequeunt pulsare Campanas Sabbato Santo, priusquam pulsentur ea in Ecclesia, in qua per accidens, et provisionaliter peraguntur functiones Cathedralis 2821. *ad* 3.

Canonici Ecclesiae Parochialis nequeunt extraordinarias Processiones ducere sine licentia Episcopi 2821. *ad* 8.

Canonici Collegiatae post Epistolam,

et ante Evangelium accipientes benedictionem a Celebrante, genuflectere debent 2876.

Canonici Collegiatae alicujus Civitatis, quam Antistes perlustrat, tenentur eum associare cum Clero, et Cruce 2877. *ad* 1. Eum excipere debent a domo, dum ad Ecclesiam venit solemniter celebraturus cum toto Clero, et elata Cruce *Ibidem ad* 2. 3. 4. 5. *et* 6. Nequeunt facere circulum *Ibidem ad* 10. Parati, vel non parati tenentur genuflectere in solemni Antistitis benedictione *Ibidem ad* 11.

Canonici Collegiatarum, Parochi, simplices Presbyteri Ecclesiae Abbatialis, in publicis Processionibus convenientes cum Cathedrali, nequeunt assumere indumenta sacra 2963. 3121.

Canonicis Collegiatae competit porrigere aspersorium ad januam eorum Ecclesiae Episcopo venienti cum suo Capitulo, non autem eum hinc inde associare 3101.

Canonici Collegiatae debent parere Episcopo demandanti, ut ad eorum Ecclesiam pontificalia exercendi causa accedenti incedant post ipsum, et Vicarium, dummodo non incedant processionaliter 3357.

Canonicis cujusdam Collegiatae non licere edixit S. R. C. in alicujus Ecclesiae ingressu Feria III. Rogationum, et in altera Processione cantare: *De profundis etc.*, *et Libera me Domine etc.* 3381. *ad* 2.

Canonicis Collegiatae convenientibus cum Capitulo Cathedralis debetur thurificatio ab eodem ministro, sed unico ductu; similiter de osculo pacis 3399.

Canonicos Collegiatae Foggiae Trojanae Dioecesis S. R. C. respondit, posse assumere indumenta sacra, dum Episcopus in eorum Ecclesia pontificaliter celebrat 3414. *ad* 1. Ut etiam in sola Processione Corporis Christi *Ibidem ad* 2. Haud tamen in Synodo, in quo sedere debent ad formam Caeremonialis *Ibidem ad* 4. 5. *et* 6.

Canonici Collegiatae debent ad januam excipere Episcopum in Feriis Rogationum eorum Ecclesiam processionaliter ingredientem, et eorum digniori competit aspersorium porrigere 3448. *ad* 12.

Canonici Collegiatae convenire debent in Cathedrali occasione publicarum Processionum 3461. *ad* 2. nec separari debent a suis Beneficiatis, ut incedant in fine Processionis ante Capitulum Cathedralis *Ibidem ad* 3. Utrum in funeribus incedere debeant sub Cruce Cathedralis? *Ibidem ad* 4.

Canonici Collegiatae, cujus Parochus est simul Abbas, habens usum Pontificalium, in distributione candelarum etc. debent, praeter candelam etc., etiam Abbatis manum osculari 3466.

Canonici Collegiatae nequeunt cogi ad excipiendum Episcopum pro visitatione accedentem ad portam civitatis processionaliter, nisi pro prima vice 3475.

Canonicis Collegiatae S. Mariae Carignani non licet deferre Crucem tripartitam, seu patriarchalem in Processionibus 3484.

Canonici Collegiatae in particulari suae Ecclesiae Processione infra Octavam Corporis Christi, quae fit sine interventu Capituli Cathedralis, possunt incedere cum planetis 3539.

Canonici Collegiatae S. Bartholomaei Civitatis Sorae interesse debent omnibus functionibus ab Episcopo celebrandis in Ecclesia Cathedrali, et in Processionibus publicis, atque votivis dictae Civitatis 3746.

Canonici Collegiatae S. Antonini Placentiae nequeunt tempore Divinorum Officiorum ab eorum stallis descendere, et cum Beneficiatis canere ad Legile 3770. Neque tenentur stantes in propriis stallis *Ibidem ad* 1. *ex novis dubiis* Tam Canonici, quam Beneficiati tenentur assurgere, detecto capite, dum Canonico praeintonatur Antiphona *Ibidem ad* 3. Nequeunt peragere in propria Ecclesia, occasione funerum Pontificum, Episcoporum, Principum solemnes exequias cum quinque

absolutionibus, cum id privative competat Capitulo Cathedralis 383 . *ad* 3.

Canonici Collegiatae S. Michaelis Archangeli Surrenti nequeunt in Processionibus cappas solvere 3881. *ad* 3. Episcopo pontificalia exercenti in eorum Ecclesia ipsi assistentiam praestare debent, dummodo Canonici Metropolitanae capitulariter non intersint. *Ibidem ad* 4. cum paramentis sacris. *Ibidem ad* 5. Nequeunt retinere thronum stabilem, licet inversum, qui apponi solummodo debet dum Episcopus interest *Ibidem ad* 6. Accedentes ad Cathedralem occasione Synodi, aliarumque functionum, habere debent locum digniorem post Capitulum Cathedralis *Ibidem ad* 7. et sedere in scamnis cum postergali, suppedaneo, et panno decoratis. *Ibidem ad* 8.

Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Majoris Capuae cogi non posse arbitrio Episcopi ad interessendum in Cathedrali benedictioni sacrorum Oleorum S. R. C. respondit 3917.

Canonici Collegiatae Terrae Montis Brandoni Dioecesis Ripanae debent servare solitum circa accessum ad Ecclesiam Patrum Minorum Observantium in consuetis Festivitatibus quoad locum in Choro, et Antiphonarum intonationem 3912. *ad* 1. occasione Processionis Rogationum, accedente Capitulo ad dictam Ecclesiam, Religiosi tenentur tradere pluviale Canonicorum Praeposito. *Ibidem ad* 4. In binis Festivitatibus, et Processionibus fieri solitis Canonici cedere debent praecedentiam Religiosis paratis. *Ibidem ad* 5. Nec licet Canonicis initio Processionis intonare Hymnum *Iste confessor etc.*, quod spectat ad Celebrantem. *Ibidem ad* 6.

Canonici Collegiatae S. Mariae Majoris de platea Civitatis Casalen. possunt interesse Congregationibus habendis ante Synodi celebrationem, arbitrio Episcopi 4077. *ad* 1. In hisce Congregationibus Praepositus nequit praecedentiam habere supra Canonicos Cathedralis. *Ibidem ad* 2. omnesque tam Cathedralis, quam Collegiatae in Synodo incedere, et interresse debent cum habitu chorali. *Ibidem ad* 3. Quoad modum sedendi in Synodo, et in Ecclesiis, occasione Rogationum, servandum solitum. *Ibidem ad* 4 5. *et* 6. conveniente utroque Capitulo in Missis Rogationum, osculum pacis, et thurificatio dari debet etiam Canonicis Collegiatae. *Ibidem ad* 7. Quoad Ministrum, qui osculum pacis, et thurificationem dare debeat Canonicis Collegiatae, exquisito voto, responsum fuit; thurificationem faciendam esse unico ductu per Acolythum cum inclinatione capitis ante, et post singulis Canonicis, et pacis osculum dandum esse per eumdem Ministrum 4083. Pontificalia celebrante Episcopo in Ecclesia dictae Collegiatae, assistentia debetur a Canonicis Cathedralis 4077. *ad* 10., celebranti vero Missam privatam, vel alias functiones privatas exercenti in eadem Collegiata, potest prestari assistentia a Canonicis utriusque Capituli non renuentibus. *Ibidem ad* 11.

Canonici Collegiatae Alonae Oriolen. Dioecesis possunt habere Presbyterum assistentem 4040. *ad* 1. Nequeunt compelli ad celebrandum per se ipsos in diebus minus solemnibus, sed supplere possunt per Hebdomadarios. *Ibidem ad* 2. Iidem, ut alii Ecclesiastici dictae Collegiatae, hortandi, non cogendi ad peragendum spiritualia exercitia, praeterquam debentes suscipere Sacros Ordines. *Ibidem ad* 3. 4. *et* 5.

Canonico Curato Terrae Luniani licet interesse primis Vesperis in Ecclesia Cathedrali Ameriae in Vigilia S. Firminae, sed non licet deferre Almutiam. Quoad locum in Choro, solitum servandum 4094.

Canonici Collegiatae noviter institutae cogi nequeunt ad recitandum in Choro statutis diebus Officium parvum B. M. V., defunctorum, et Psalmos tam graduales, quam poenitentiales 4105.

Canonici Collegiatae S. Petri oppidi Saxoferrato Nucerinae Diaecesis te-

nentur assistere Archipresbytero celebranti in officio Diaconi, et Subdiaconi: qui vero posterioris sunt erectionis, tenentur tantum in defectum aliorum, juxta legem fundationis 4326.

Canonici Collegiatae, seclusa consuetudine in contrarium, uti personae graves, et in Dignitatae constitutae, non genuflectunt Altari, et Episcopo, sed caput, et humeros inclinant 3942. *ad* 2. quod pariter declaratum fuerat in Fundana etc. 2542. *ad* 8. Postea vero S. C. respondit, Canonicos, et Dignitates Collegiatarum debere genuflectere tam Altari, quam Episcopo 4119. et relate ad Canonicos insignis Collegiatae S. Pauli Vallettae, et S. Helenae Birchirehariae in Insula Melitae, etiam expressius 3957. 3963. 4210. Quod certe intelligendum, quando Episcopus vel solemniter celebrat, vel assistit, pluviali, aut cappa indutus: Nam S. C. eodem tempore, quo respondit pro genuflexione, rogata: num genuflexio deberetur, quando Episcopus privatim assistit, respondit *providebitur in casibus particularibus*: eamque non deberi edixit, quando Canonici occasione Processionis in festo S. Gregorii transeunt ante Episcopum. *Ibidem*. Verum acta iterum quaestione, responsum fuit, in omnibus functionibus debere genuflectere Episcopo, etsi non induto pontificalibus, sed dumtaxat cappa, vel mozzetta 4287. Ex hisce Decretis, quae secum speecietenus pugnantia videntur, colligimus decidendi rationem a diversa Ecclesiarum consuetudine fuisse desumptam.

Canonici Regulares cedere locum debent Clericis saecularibus in Processionibus 2040. Tenentur ad duas Missas conventuales diebus, in quibus, juxta rubricas, dici debent 2042.

Canonici Regulares Lateranenses, quibus indultum est recitare Officia Sanctorum Ecclesiae Lateranensis, celebrantes in propriis Ecclesiis nequeunt dicere *Credo* ratione Reliquiarum, quae in eadem Basilica asservantur, aut in Festo, et Octava S. Joannis Baptistae 2924. *ad* 2.

Canonici regulares concionaturi num debeant petere benedictionem ab Episcopo genuflexi? 2965. 2977.

Canonici regulares associantes funus praecedunt aliis Regularibus 3182. *ad* 3. non autem Collegiatis. *Ibidem ad* 4.

Canonici Regulares Ordinariis subjecti, sed utentes proprio Calendario, non tenentur recitare Officia de Sanctis Dioecesis 3868.

Cantiones vulgari sermone, licet non prophanas, cantare non convenit in Festivitate SSmi Sacramenti 258. Episcopus eas prohibere potest Regularibus auctoritate Sacrae Congregationis 618. Neque eas canere licet inter Missarum solemnia 982. vel in alia quacumque Ecclesiastica functione 1672. et cantilenae omnes, quae scandalum pariunt, nec fovent devotionem ab Ecclesia eliminandae 2659. *ad* 7.

Cantoris officium est dirigere Chorum, non autem dirigere, et ordinare Processiones 35. Vide etiam 2720. *ad* 4.

Cantores incedere debent in Processionibus cotta induti 1473. tenere debent locum Episcopo benevisum, neque ex hoc infertur praecedentia supra Beneficiatos, aut Capitulum Collegiatae 1523. 1700.; de rigore tamen debent servare locum ad praescriptum Caeremonialis 2235. 2248. *ad* 3. In Ecclesiis, per quas transit Processio debent intonare Antiphonas ad Legile, non autem in libro substentato per Acolythum 2216.

Cantores, sive Musici nequeunt sub quolibet praetextu sibi praecedentiam usurpare supra Beneficiatos 2730. *ad* 1. Aut in Processionibus incedere cum Clero in habitu laicali. *Ibidem ad* 2.

S. Canuti Officium, licet sit ad libitum, celebrari potest, quamvis ea in hebdomada anticipanda sit Dominica 3. post

Epiphaniam, nec alia occurrat dies libera; quo casu Sabbato ante Dominicam Septuagesimae legenda est nona lectio de dicta Dominica cum commemoratione ad Laudes 2817. In Ordine Benedictino, in quo fit de S. Canuto die 20. Februarii, varianda non est dispositio Martyrologii, sed pridie legendum *S. Canuti Regis, et Martyris* 7. *Idus Januarii* 3894. *alia dubia ad* 2.

Cappella palatii Episcopalis gaudet privilegio, quod in ea celebrari possit Missa etiam absente Episcopo, vel sede vacante, potissimum per Vicarium generalem, et adstantes satisfaciunt praecepto 1956. 1960.

Cappella, in qua asservatur SSmum Sacramentum Feria V. in Coena Domini nequit obtegi lugubribus pannis 1999.

Cappellae, quae dependent ab Abbate, possunt ab Episcopo visitari, sed jure delegato 3674. *ad* 5.

In Cappella rurali nequit celebrari Missa ante Parochialem, pro qua tamen Episcopus horam destinare debet 3798. *ad* 1. *et* 2. Potest in ea retineri campana cum campanili. *Ibidem ad* 3.

Cappellani Ecclesiae Cathedrali addicti tenentur praestare officia, quae iisdem ex consuetudine incumbunt 12.

Cappellani pluviali induti debent ministrare Canonico capite detecto 99.

Cappellanis praecedentia debetur ex anterioritate suscepti Ordinis, non a possessione Cappellaniae 123.

Cappellanus Curatus Cathedralis ratione stolae in ducendis funeribus habet praecedentiam supra Collegiatam 238.

Cappellani Cathedralis intervenientes funeribus sine Capitulo cedere debent praecedentiam Canonicis Collegiatae, nisi corum favore adesset consuetudo immemorabilis 510.

Cappellani, et Sacrista Collegiatae in funeribus, quibus interest Capitulum praecedunt Parocho defuncti, quia, cum sint de gremio, nequeunt dividi 2074. *ad* 1.

Cappellani Collegiatae interessentes funeri cum, aut sine stola loco Archipresbyteri non praecedunt aliis Parochis, quia praecedentia competit Archipresbytero, non autem substitutis 2074. *ad* 4.

Cappellani, Sacrista, Clerici addicti servitio Collegiatae tam in Processionibus, quam in funeribus incedere debent sub cruce capituli 2269. *ad* 1. *et* 2.

Cappellani, seu Beneficiati nequeunt reiterare exequias occasione mortis Pontificis, Episcopi etc. jam expletas a Capitulo 2407. *ad* 1. si supplere debent pro Canonico non ipsis debentur eaedem honorificentiae. *Ibidem ad* 2. Quoties transeunt ante Altare genuflectere debent. *Ibidem ad* 3.

Cappellanis Saecularibus unum corpus, ut collegium, constituentibus praecedentiam competere supra Monachos S. R. C. declarat 736. 1686. 1770.

Cappellani deputati ad aliquam Cappellam nequeunt celebrare Missam de ejus Titulari sine speciali concessione, licet de eo fieri alicui Religioni indultum fuerit 715. *ad* 1.

Cappellani quamvis addicti Ecclesiae, in qua peragenda sunt munia parochialia, nequeunt officium facere super cadaveribus, quod ad Parochum spectat 1745. *ad* 2.

Cappellani Monialium celebrare possunt Missas de Sanctis Ordinis etc., sed cum Missali Romano 625. *ad* 11. 3439. *ad* 1. 4351. *ad* 12 *et* 13., etiamsi inferioris sit ritus Officii, quod ipsi recitant 3473. *ad* 2. Quod privilegium extenditur ad omnes, qui ex debito tenentur celebrare in Ecclesiis earumdem Monialium 3468. *ad* 3. Hinc iidem Cappellani, aliique in iisdem Ecclesiis celebrantes nequeunt legere Missam de Requiem, si in iis fiat duplex de non praecepto, vel de aliquo Sancto Ordinis 3468. *ad* 4. de Privilegio indulto Confessariis, et Cappellanis addictis Monialium Ecclesiis habetur generale decretum 3754.

Cappellano Monialium, in ducendis cadaveribus in Monialium Ecclesiis tumulandis, non licet erigere Crucem, deferre stolam, Officium facere 2015. 2044.

Cappellanus Confraternitatis non potest reiterare absolutionem jam factam a Parocho in exequiis confratrum 2151. *ad* 3.

Cappellani, *et Collegiales Ecclesiae Valentinae*, qui ex fundatione tenentur qualibet Feria V. recitare horas de SSmo Sacramento, cum cantu, in quo septem fere horas insumunt, non eximuntur ab onere Officii currentis 3265.

Cappellani, *et Rectores Ecclesiae Jurispatronatus laicalis* sitae intra fines Parochiae N. possunt Anniversaria, et funebria facere circa cadavera in eadem Ecclesia tumulanda, sine ulla dependentia a Parocho, vel ejus interventu, excepto casu, quod defunctus sit ejus Paroeciae 3572. *ad* 1. si Parochus intersit digniori loco sedere debet, Officium dirigere, stolam deferre, primam canere Antiphonam, Orationes etc. Nec tamen ei, et Vicario Foraneo duplex debetur eleemosyna *Ibidem ad* 2. Possunt independenter a Parocho Missas votivas solemnes celebrare, benedicere palmas, candelas, cineres, *Ibidem ad* 3. ut etiam celebrare Festivitates solemniores eorum Ecclesiae. *Ibidem ad* 4. Nec potest Parochus in Festo Titularis ad sui libitum Missam solemnem, vel privatam ibi celebrare, nisi annuentibus Recturibus, sive Cappellanis. *Ibidem ad* 5.

Cappellani cappellaniarum erectarum in Cathedrali gravandi non sunt onere inserviendi pro Diacono, et Subdiacono, si hujusmodi onus non est eis impositum a Fundatore 3677.

Cappellani Societatis Mortis Perusiae erectae intra limites Parochialis S. Severi, aliique Sacerdotes ab Episcopo adprobati, et a confratribus invitati, possunt Sacramentales Confessiones excipere in Ecclesia Societatis sine consensu Parochi, ac possunt Parochum impedire, ne Confessiones audiat in dicta Ecclesia 3761. *ad* 1. *et* 2. Possunt Missas canere, benedicere, et distribuere candelas, palmas, cineres, excepta benedictione ovorum, et frugum. *Ibidem ad* 3. Possunt sine Parochi interventu Officium funebre peragere super cadaveribus ibi tumulandis, dummodo tamen defunctus sit de aliena Parochia. *Ibidem ad* 4. Parochus tamen, si defunctus sit de Parochia S. Severi, non tenetur deponere stolam. *Ibidem ad* 5. Cappellani, praesente Parocho, nequeunt deferre stolam extra propriam Ecclesiam. *Ibidem ad* 6. Interveniente Parocho nequeunt confratres erigere Crucem. *Ibidem ad* 7. Potest in Ecclesia retineri die, noctuque SSmum Sacramentum, illudque exponi in forma quadraginta horarum, sive alio modo, sine interventu, et licentia Parochi. *Ibidem ad* 8. *et* 9. (Intellige vigore Indultorum) Possunt Confratres Processiones ducere per publicas vias, ibique Altaria erigere, ad quae sistat Sacerdos, et Sacramentum deponat, ac benedictionem impertiri, renuentibus Parochis, de licentia, arbitrio, et prudentia Ordinarii. *Ibidem ad* 10. 11. *et* 12. Nequeunt peragere functiones hebdomadae majoris. *Ibidem ad* 13. Missae nequeunt celebrari ad libitum, sed juxta arbitrium, et prudentiam Ordinarii quoad horas. *Ibidem ad* 14. Possunt confratres exigere eleemosynas, mediante publica quaestuatione, de quibus rationem reddere tenentur Parocho tamquam ab Episcopo deputato. *Ibidem ad* 15. *et* 16.

Cappellani Metropolitanae Ecclesiae Jannen. tenentur excipere, et comitari Episcopum etc., et tam in accessu, quam in recessu genuflectere debent in aula 3847. *ad* 1. 2. *et* 3. Tenentur ministrare librum, et bugiam Episcopo celebranti, non autem paramenta, nisi deficientibus Acolythis. *Ibidem ad* 4. Harum resolutionum confirmatio 3866.

Cappellanos Monialium Ordinis S. Benedicti Civitatis Patavinae, et Sacerdotes ad earum Ecclesiam confluentes posse celebrare Missam propriam S. Benedicti non solum in die Festo, sed etiam per subsequentes dies alias non impeditos infra Octavam cum Missali Monastico S. R. C. respondit 4005.

Cappellani Confraternitatum nequeunt deferre stolam, nisi in propriis Ecclesiis 4033.

Cappellani Ecclesiae Cathedralis haud decet, ut in publicis supplicationibus, sive in defunctorum associationibus procedant absque interessentia Capituli almutias in brachiis deferentes. Quod si interveniant in funeribus sine Capitulo, cedere debent praecedentiam Presbyteris de Clero Ecclesiae tumulantis 4180.

Cappellano Societatis de Consortio erectae in Ecclesia collegiata Terrae Massae Fiscajae Cervien. Diaecesis licet deferre stolam in omnibus functionibus solitis, et ad ipsam societatem specialiter spectantibus, etiam in transitu per Ecclesiam. Quo vero ad associationem cadaverum tenentur incedere cum Societate, adhibita stola extra Ecclesiam tantum 4311.

Cappellani Monialium, qui in earum Ecclesiis Missas celebrant juxta earum ritum, nequeunt se iisdem conformare quoad Officium 4315. *ad* 3.

Capitulo Cathedralis in ducendis funeribus praecedentia debetur supra Parochum 18. 64. 77. 78. 295. 703. *ad* 1. 916. 951. 2944. *ad* 1. dummodo intersit cum propria Cruce 1122. 1268. Nec alia est elevanda Crux, praeter illam Cathedralis 703. *ad* 2. 2424. *ad* 1. Parocho tamen defuncti, etiam adstante Capitulo, licet deferre stolam 703. *ad* 3., 2424. *ad* 2. 2044. *ad* 3.

Capitulo, et Clero non licet Officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium 422.

Capitulo Cathedralis praecedentia debetur in Ecclesiis Collegiatis 1006. Ita etiam, et semper supra Magistratum 1702. 3396. *ad* 1.

Capitulum, et Canonici Ecclesiae Cathedralis associantes funus nequeunt prohiberi ab ingressu Ecclesiae Regularium cum Cruce elevata 1143. 2331. Capitulo Cathedralis vocato ad funus, et interveniente, tam Parochus, quam Regulares, aliique omnes, debent ad Cathedralem accedere, etsi defunctus sepeliendus sit in propria Parochia, vel in Ecclesia Regularium. Jus tamen faciendi functiones supra cadaver spectat ad Parochum 2373. 2394.

Capitulum non vocatum ad funus, non debet ad illud accedere 1181.

Capitulum, sede vacante, nequit propria auctoritate novum aliquem ritum inducere 1276. *ad* 2.

Capitulum nequit admittere ad distributionem Canonicum interessentem in habitu Protonotarii 2045.

Capitulum facere tempore Divinorum Officiorum non licet 1. *ad* 1. 34. 595. 776. *ad* 10. 1185. 2707. *ad* 5.

Capitulo Cathedralis licet, absente Episcopo, Processiones ducere per omnes vias, quin necessaria sit licentia Superiorum Ecclesiarum, per quarum fines transit Processio 1007. Ei semper praecedentia debetur, ac propterea etiam Capitulum repraesentantibus, ut sunt tres, quatuorque Canonici de ordine Capituli incedentes sub Cruce capitulari 1015. 1080.

Capitulum Cathedralis nequit in aliquo casu mutare locum Chori sine licentia Episcopi 2954. *ad* 5.

Capitulo, et Clero Cathedralis Gravinen. S. R. C. respondit, non licere asportare ad eorum Ecclesiam cadavera Clericorum in civitate decedentium, licet alibi elegerint sepulturam, atque in eadem Cathedrali funus peragere, et postea consignare Ecclesiae tumulanti cum retentione partis cerae ad funus adhibitae 3384.

Capitulum, Canonici, et Clerici cogi possunt ad interessendum cappellae, et functionibus ab immemorabili fieri solitis in Ecclesia extra Cathedralem

occasione Festivitatis praecipui Civitatis Patroni 2106.

Capitulo Collegiatae unito Capitulo Cathedralis cum communicatione privilegiorum non suffragatur hujusmodi communicatio, nisi ambo simul procedant 2294.

Capitulum Collegiatae non tenetur subministrare Capitulo Cathedralis ad Collegiatam accedenti alios libros, praeter Breviarium 1159.

Capitulum Collegiatae interesse potest publicis Processionibus, etsi non invitatum 2078. *ad* 1.

Capituli convocatio pertinet ad digniorem 2720. *ad* 1. Prout etiam ad eum pertinet retinere alteram ex clavibus capsulae, in qua asservatur sigillum Capituli: alteram retinere debet electus a Capitulo. *Ibidem ad* 2.

Capitulum loci non est necessario invitandum ad omnes functiones communitatis, dummodo non invitentur extranei 3321 *ad* 2.

Capitulo Collegiatae interessenti cum Archipresbytero praecedentiam deberi super aliam Collegiatam S. R. C. respondit in casu particulari 3366.

Capitulo Cathedralis privative competit peragere solemnes exequias cum quinque absolutionibus, occasione funerum Episcoporum, Principum etc. 3830. *ad* 4.

Capitulo convenit adesse concionibus in scamno intra Presbyterium; idcirco S. C. jussit, transferri pulpitum sumptibus communitatis in loco commodo Capitulo 3842. *ad* 3.

Capitulo Cathedralis vocato ad funus competit dirigere Processionem funebrem ad Ecclesiam tumulantem 3983. *ad* 1. Quae tamen fieri debet per viam breviorem, dummodo commoda sit, et decens. *Ibidem ad* 2. omnes teneantur ad Cathedralem accedere, dein ad domum defuncti. *Ibidem ad* 3. Capitulo assistenti Missae, praesente corpore in Ecclesia parochiali tumulante, competit digniori praeintonare Introitum Missae, non autem Parocho Ecclesiae tumulantis. *Ibidem ad* 4. (quoad hoc dubium postea S. C. recessit a decisis. *Ibidem*) Processionibus, quae fiunt per Capitulum tenentur interesse Cleri Parochiarum civitatis. *Ibidem ad* 5.

Capitulo Cathedralis Amerinae interveniente ad funus, servandum est solitum, ut functio funebris peragatur ab aliquo ex ejusdem Canonicis, non a Parocho defuncti, qui, aliique Parochi interessentes nequeunt deferre stolam 4166. *ad* 3. 4. *et* 5.

Cappa magna adhibenda est a Vigilia Festi omnium Sanctorum usque ad Sabbatum Sanctum: reliquo anni tempore utendum est superpelliceo supra Rochettum 2706. nequit deferri extensa vel in adoratione Crucis Fer. VI. in Parasceve, vel alio tempore 3395. *ad* 3. ubi tamen mos viget, potest solvi, et relaxari tantum in adoratione Crucis 4029. *ad* 1. sed non licet adhibere Clericos, qui elevent extremitates 3448. *ad* 4.

Cappae, seu Pluvialia juxta solitum in Ecclesia Burgen. ministrari debent Canonicis a Capellanis, capite detecto 99.

Capuccini erigere possunt propriam Crucem, sub qua incedant in publicis Processionibus, dummodo tamen teneant locum juxta praescriptum Bullae Gregorii XIII. 375. 409. 778. 969. cedere debent locum digniorem iis Regularibus, qui sub propria Cruce, et in proprio loco incedebant in Processionibus priusquam ipsi propriam Crucem deferrent 413. 453. 946.

Capuccinis Provinciae Leodiensis, sequentibus ritum romanum, non licet se conformare peculiaribus consuetudinibus Ecclesiae Leodiensis 3600.

Capuccinis licet induere simulacrum S. Antonii, ejusque Imagines pingere, ac retinere in locis publicis, et privatis cum habitu Capuccino; minime tamen licet iisdem vel subtus Imaginem S. Francisci inscribere eam esse veriorem formam habitus: et siquae

sunt inscriptiones hujusmodi, delendae, et in posterum prohibendae 3612.

Caput repertum in effodiendis lapidibus cum apposita Epigraphe graeca, quod alicujus Sanctae putabatur, quum nihil certi colligi posset ex inscriptione, et documentis, reponendum esse in caemeterio, absque ulla veneratione, S. R. C. respondit 569.

Cardinalis Legatus utrum a Canonicis excipiendus sit, et associandus? 1611.

Cardinales Diaconi in suis Diaconiis solemni Missae assistentes possunt Populo benedicere, dummodo celebrans non sit Episcopus 2304.

Cardinalis Legatus aliquam ingrediens Ecclesiam debet Aspersorium recipere a digniore ejusdem 799.

Cardinalis ex ordine Diaconorum, nondum in Sacris constitutus potest delegari ad aperitionem Portae Sanctae 1467.

Carmelitae nequeunt in fine Missae, vel cum Ven. Sacramento triplicem benedictionem impertiri 3241.

Carmelitis Imolae licet induere Sacras Vestes in Processione extra claustra, et ambitum Ecclesiae infra Octavam Corporis Christi (excipiuntur laici) 4009. *ad* 1. ac ingredi Ecclesiam Monialium de consensu Episcopi, ibique unicam benedictionem Monialibus impertiri. *Ibidem ad* 2. Populo vero, expleta Processione, in eorum Ecclesia. *Ibidem*.

Carmelitae in Polonia tenentur ad Officium S. Stanislai Mart. Patroni totius Regni sub rit. dup. maj. 1. class. (aequivalet dup. 1. clas.) nec eis licet servare ritum inferiorem 4120. *ad* 1. et ad Officium proprium prout recitatur ab aliis. *Ibidem ad* 2. Tenentur se conformare cum aliis quoad Officium S. Joachim, quod in Regno Poloniae concessum est recitari Dominica non infra, sed post Octavam Assumptionis *Ibidem ad* 3.

Carmelitae comprehenduntur in Decreto, quod vetat celebrari Missas privatas post solemnem, et administrari Eucharistiam in nocte Nativitatis Domini quin prosit consuetudo, etsi immemorabilis, contraria, saltem quoad Moniales, et Religiosos clericos, et laicos 4252 *ad* 7. *et* 8. Possunt suum servare ritum se prosternendi ad terram in Missa solemni post elevationem Calicis usque ad Orationem Dominicam. *Ibidem ad* 9. *et* 10. nequeunt continuare tempore Quadragesimae, et Adventus recitationem Officii votivi eis indulti semel in hebdomada, licet bona fide illud in praeteritum recitaverint, putantes indultum sine ulla limitatione. *Ibidem ad* 12. 13. 14. 15. *et* 16.

Cathedrali Ecclesiae adscripti sive sint Canonici, sive Clerici etc., debent incedere sub Cruce ejusdem Cathedralis; neque ex hoc infertur praejudicium Canonicis Ecclesiae Collegiatae, qui distinctum corpus efficiunt 271.

In Cathedrali nullatenus omitti debent Officium mortuorum, Psalmi graduales, et poenitentiales in diebus praescriptis, non obstante immemorabili 2597. *ad* 2.

In Cathedrali cantandae omnino sunt Missae a Rubricis praescriptae, et reprobatur usus unam cantandi, alteram legendi; reservatur tamen jus probandi antiquam consuetudinem 4084. *ad* 1. Reprobatur consuetudo non adhibendi incensum in Missa conventuali. *Ibidem ad* 3.

Cathedralis Conimbricensis peculiares quasdam consuetudines retineri posse S. R. C. respondit 4084. *ad* 9. 10. 11. 12. 13. *et* 14.

Caudatariis Cardinalium conceditur, ut valeant uti subtanis violacei coloris 243. eis non debentur quaedam suppellectilia de Cappellis Cardinalium in horum decessu 723.

Caudatarius Archiepiscopi Sacris amicti debet indui cotta, et dum ille cappam defert, Caudatarius utatur veste vio-

Officia votiva semel in mense ejusdem S. Scholasticae, et semel in hebdomada S. Benedicti: ut etiam Lectiones proprias quoad Officia plurium Sanctorum iisdem concessas, licet id numquam fuerit in Calendario notatum 4322. *ad* 1. 2., *et* 3. In Monasteriis, in quibus non fit de Dedicatione propriae Ecclesiae recitari debet Officium Dedicationis Cathedralis sub rit. dup. 2. class., etiamsi Monasteria sita sint extra Civitatem *Ibidem ad* 4. Recitandum ab eis est Officium S. Joannis Nepomuceni prima die non impedita, etiamsi illud numquam recitaverint *Ibidem ad* 5. eis conceditur translatio Festi Dedicationis Ecclesiae ad Aquas salvias, quae cadit Feria V. post Dominicam Passionis ad diem 6. Septembris, vel 21. Octobris, ut habere possit Octavam. *Ibidem ad* 6. Nec non translatio quorumdam Officiorum, quae sunt ab aliis perpetuo impedita *Ibidem ad* 7. *et* 8.

Civitates, *et oppida*, quae proprium habent peculiarem Patronum, de hoc tantum agere tenentur Festum 4118.

Clavis capsulae, in qua reconditur SSmum Sacramentum Feria V. in Coena Domini, non est tradenda Gubernatori, aut alteri Laico cujusque status, et conditionis, sed tradi debet Canonico in crastinum celebraturo 273. 840. 901. 2110. 3857. 3920. 4030. nec valet regionum consuetudo 1243. 2283. Quae sane prohibitio afficit tam Saeculares, quam Regulares quovis modo ab Episcopi jurisdictione exemptos 792. 1265. ac etiam intelligenda de altera ex clavibus, quae prius, dum aderat, tradi Inquisitori S. Officii consueverat 574.

Claves capsulae, in qua asservatur sigillum Capituli, a quo, vel a quibus retinendae? 2720. *ad* 2.

Clausuram Regularium occasione Processionis vetitum est Mulieribus ingredi 669. 757. 765. 886. 1068. 2279. 2632. 2684. *ad* 3. Privilegia vero in contrarium concessa revocantur 773.

Clerici parati praecedentiam habent supra Beneficiatos in thurificatione 2.

Clerici Seminarii praecedentiam habent supra alios Clericos in Minoribus constitutos 433. 891.

Clerici cotta induti aliis praeferendi nullo chorali indumento amictis 1938.

Clerici Cathedrali adscripti, qui non tenentur ad Chorum, ita etiam Clerici tam Saeculares, quam Regulares Dioecesis non obligantur ad Officia votiva, quae recitantur in Choro 21. *ad* 1. *et* 2. Qui sunt de gremio, et praefata Officia recitant, sed extra Civitatem, et Dioecesim degunt, decet, ut in iis recitandis perseverent *Ibidem ad* 3. Possunt tamen qui non tenentur se conformare Ecclesiae Cathedrali, si ab ea fructus percipiant *Ibidem ad* 4. Qui ad Chorum tenentur debent in privata recitatione recitare Officium, prout fit in Choro *Ibidem ad* 5. Nulla gaudentes in Cathedrali Praebenda, neque peculiari servitio illius Choro addicti nequeunt se conformare cum eadem Cathedrali in recitatione Officiorum 3028.

Clerici funeribus interessentes praeferendi sunt Sodalitatibus laicorum 81. *ad* 6.

Clerici in Sacris constituti praeferendi sunt aliis, qui posteriores sunt quoad Ordines majores, etsi anteriores quoad Ordines minores 173.

Clerici, ubi non adsunt Beneficiati, aliive Presbyteri, possunt in Vesperis sumere pluvialia, ut assistant Canonico celebranti 227. *ad* 8.

Clerici Regulares ministrantes Infirmis. Eorum Constitutio singularis 1281.

Clerici tantum, qui aliquod Beneficium possident in matrice, possunt se conformare cum eadem in recitatione Officii Divini 3078.

Clerici Seminarii incedere debent immediate post Crucem Capitularem 3524. 3536.

Clerici tertiarii saeculares professi tertii Ordinis S. Francisci de Poenitentia

nequeunt recitare horas canonicas, juxta Breviarium trium Ordinum S. Francisci, nisi habeant speciale privilegium 3615. *ad*. 5. 3643

Clerici, qui non sunt addicti alicui Ecclesiae tenentur satisfacere Praecepto Paschali in propria Parochia 3807. *ad* 13.

Clerici saeculares, qui non sunt Choro adstricti, recitare possunt Officia de Sanctis Ordinis Carmelitani, si sint ejusdem Ordinis Tertiarii 4027. *ad* 6. Item Clerici saeculares professi in Militari Ordine D. N. J. C. possunt recitare de Sanctis, de quibus recitant ejusdem Ordinis Claustrales. *Ibidem ad* 7.

Clerici adscripti alicui Ecclesiae, non tamen Choro addicti, non tenentur ad Officia propria, quae in Choro dicuntur 4078. *ad* 4.

Clerici Seminarii sedentes in Choro, praesente, vel absente Episcopo, nequeunt uti pileolo 4086. *ad* 12.

Clericis Beneficiatis Ecclesiae Lateranensis tam in servitio Altaris, quam in functionibus Chori competit supplere vices Beneficiatorum, non autem Cappellanis, quibus tamen reservatur jus praeintonandi Antiphonas 4140.

Clericus nequit implere in sua hebdomada munus Hebdomadarii, vertendo versum *Dominus vobiscum* in alterum *Domine exaudi Orationem meam*: Sed hujusmodi Officium explendum est ab altero ex Sacerdotibus in Choro existentibus 4272. *ad* 6.

Clerici regulares S. Pauli, obtinentes in Civitate Cherii Ecclesiam non consecratam, nequeunt recitare Dedicationis Officium 4314. *ad* 1. Nec possunt recitare illud Dedicationis Ecclesiae principalis loci *Ibidem ad* 2. Nulla obligatione tenentur ad Officium Dedicationis Metropolitanae; quod si retinere voluerint consuetudinem istud celebrandi, poterunt sub consueto ritu a dup. secundae class. ad dup. min. *Ibidem ad* 3.

Clerus incedens in Processionibus sub unica Cruce, ordinatim procedat, ita ut quisque teneat proprium locum, digniori relicto Ecclesiae, quae Crucem elevat 822.

Clerus saecularis, qui sub propria Cruce pallio pensili more Regularium suffulta incedere consuevit, nuda Cruce uti nequaquam potest, sed pallium praedictum coloris convenientis adhibere debet 1914. 2016.

Clero saeculari non licet Missas, et Officium defunctorum recitare in alicua Regularium Ecclesia 3.

Clero saeculari semper et ubique competit praecedentia supra Regulares 374. 1785. 2231. V. *Regulares*.

Cleri thurificatio, exposito super Altari SSmo Sacramento, consueto more est peragenda 2047.

Clerus Ecclesiarum Suffraganearum nequit recitare Officia Sanctorum Calendarii Ecclesiae Metropolitanae 3804.

Clerus Collegiatarum convenire debet in Cathedrali, occasione solemnium Processionum generalium 3872. *ad* 7.

Clerus universus Sublacensis tenetur ad Officium Dedicationis Ecclesiae Abbatialis, habito tamen discrimine inter Clerum saecularem, et regularem, Civitatem, et Dioecesim 4062.

Clero saeculari Civitatis Bononiae competit praecedentia super Monachos Cassinenses S Proculi in Processione SSmi Corporis Christi, quae fieri solet Bononiae infra Octavam ejusdem Festi 4240.

Clerus Parochiarum Civitatis Barchinonen. in diebus S. Marci, et Rogationum non interest Processioni, quae fit cum Capitulo Cathedralis, et Senatu Civitatis tantum; nec propterea tenetur facere Processiones particulares in singulis Parochiis, sed obligationi satisfacit, recitando publice Litanias in Choro post Laudes Officii diei 4293. *ad* 2.

Clerus recitans Horas Canonicas ante SSmum Sacramentum expositum in Throno, sed velo tectum, sedere potest, tecto capite cum bireto; laudan-

dus tamen si sedeat, detecto capite 4320. *ad* 3.

Clerus adscriptus alicui Parochiali non obligatus Choro, nec ibi obtinens Beneficium, et Clerus pariter sub eadem Parochia degens, et alteri Ecclesiae non addictus, potest, sed non tenetur recitare Officia particularia ejusdem Parochiae, et satisfacit se in omnibus conformando Calendario Dioecesano 4350. *ad* 16. Quod intelligitur si consuetudo recitandi a praedicto Clero ea Officia inducta sit ante Constitutionem S. Pii V., quod si inducta fuerit postea, praefatus Clerus nec tenetur, nec potest ea Officia recitare. *Ibidem ad* 17.

Coadjutores eximi nequeunt a servitio Chori vigore statuti, quo facultas fit capitulo jubilandi senes, et invalidos 160. *ad* 1. non sunt exempti, etiamsi Coadjuti aegrotent, vel Officiis sint occupati, quibus a servitio dispensantur 160. *ad* 2. 178. *ad* 8., Coadjuto praesente, nequit Coadjutor lucrari distributiones quotidianas quacumque ex causa 160. *ad* 4., Coadjutore a residentia impedito, vel absente Coadjutus residere debet 160. *ad* 3. Non Coadjutor, sed Canonicus junior debet supplere vices Hebdomadarii, si is absit. In hoc tamen servanda est Ecclesiae consuetudo 160. *ad* 5. In vim possessionis coadjutoriae nullam acquirit praecedentam supra veros Canonicos, qui postea succedunt 178. *ad* 4. 1089. Potest tamen frui privilegiis concessis veris Canonicis, veluti optandi Beneficia, et similibus, ad utilitatem tamen, et commoditatem Coadjuti 178. *ad* 5. Lucratur distributiones quotidianas, absente Coadjuto, ad hujus tamen utilitatem 178. *ad* 6. Potest obligari ad onera sui principalis, non autem ad onera aliorum 178. *ad* 7. 902. 1193.

Coadjutor, mortuo Coadjuto, capere debet novam possessionem 178. *ad* 1. 370. 1089. 2999. Nam vivente Coadjuto non est verus Canonicus, gaudet tamen privilegiis in coadjutoria expressis 178. *ad* 2. Nihilominus est tutus annalis, triennalis, vel decennalis possessor, si per annum, triennium, decennium in possesione continuaverit, etiam non capta formali possessione post obitum Coadjuti 178. *ad* 3.

Coadjutori functiones peragenti pro Coadjuto Canonici tenentur inservire prout facerent cum Coadjuto 249.

Coadjutor, vivente Coadjuto, non est verus Canonicus, et post ejus mortem non praecedit veros Canonicos, qui provisi fuerunt postquam ipse jam Coadjutoris munus exercebat 344.

Coadjutores, quando aliquas functiones faciunt loco Principalium, ut cantare Lectiones etc. illas facere debent in novissimo loco, digniorem relinquendo veris Canonicis; quod pariter intelligendum est de pace, et thurificatione 378. *ad* 1. Tenentur celebrare Missas, quas Coadjuti celebrare deberent 378. *ad* 2. 1487. Non percipiunt distributiones dari solitas Canonicis, et Praebendatis, dum aliquas Missas celebrant, nisi id faciant pro Coadjutis 378. *ad* 3 Punctandus est Coadjutus, si Coadjutor non resideat, ad hujus tamen damnum 388. 437. 528. Non potest, vivente Coadjuto, ascendere supra veros Canonicos postea provisos 430.

Coadjutor junior, qui per mortem coadjuti adeptus est Canonicatum praecedit Coadjutori antiquiori, cujus Coadjutus adhuc vivit 532. sed nequit obtinere locum supra illos, qui, durante coadjutoria fuerant de Canonicatu provisi, non obstante qualibet contraria consuetudine, possessione, et acquiescientia 583.

Coadjutor Canonici primae institutionis cedere locum debet veris Canonicis novae institutionis, etsi in horum fundatione cautum fuerit, ne ullo umquam tempore praecedere possent 681.

Coadjutor debet inservire Choro pro suo Coadjuto; si negligat, rependere debet de proprio. Decretum S. Concilii Tridentini cum Decretis S. R. C. conciliatur 1088. *ad* 1.

Coadjutor, praesente Coadjuto, non habet personam assistendi Choro 1327. 1328. 1403 permittitur tamen, ut intersit, sed si sedes non sufficiant pro veris Canonicis, ipse discedere debet 1735. 1818. 2862. *ad* 1. Quod si sedes deficiant pro Coadjutoribus, quorum Coadjuti absunt, discedere illi debent, quorum Coadjuti praesentes sunt 1911. Quae Decreta respiciunt tantum servitium Divinum, nec extenduntur ad sessiones capitulares, congregationes etc. 1946. 2773. Quod si Coadjutus absit, Coadjutor habere debet suum stallum, lucratur distributiones, et ea omnia peragit, quae peragenda forent a Coadjuto si adesset 3018.

Coadjutori non licet in diebus liberis supplere vices Canonici obligati 1341.

Coadjutor in Capitulo, praesente Coadjuto, vocem non habet 2014. Nec potest passiva suffragia obtinere in electionibus capitularibus 2862. *ad* 2. ultimum locum obtinet 2999.

Coadjutori Dignitatis competunt functiones omnes sui Coadjuti privative quoad alias Dignitates, et Canonicos 4116. *ad* 2.

Coadjutor Archidiaconi secundae Dignitatis, impedito Archipresbytero prima Dignitate, facere debet, et exercere functiones, actus, jurisdictiones, quas faceret, et exerceret Coadjutus, si praesens esset, vice Archipresbyteri impediti 354.

Coadjutor primae Dignitatis paratus, vel non paratus, ea omnia exercere potest, quae fierent a Coadjuto, si praesens esset 368. 2053.

Coadjutor Dignitatis debet occupare locum sui Coadjuti absentis, ac iisdem Insignibus uti, quae illi conveniunt 543. 1021. In Ecclesiis, ubi consuetudo est, ut, prima Dignitate absente, quae succedit occupet primum stallum, Coadjutor in exercendis functionibus debet sedere in secundo 818. 2784. In obeundis muneribus sui Coadjuti praeferendus Dignitatibus inferioribus, in aliis actibus posthabendus 1673. 1757. 2053. 2114. etiam in sessionibus post Dignitates, ante Canonicos 1694. Verumtamen maturius discussa, S. R. C. respondit: Coadjutores Dignitatum, praesentibus Coadjutis, sedere debere post omnes Canonicos 2722. Alias respondit: Coadjutorem Archidiaconi, tam praesente, quam absente Coadjuto, sedere debere post omnes Dignitates, ante omnes Canonicos 4116. *ad* 1. (Nec mirum est, si apparens aliqua contradictio in praefatis Decretis occurrat, quia, ut plurimum, in hisce, ac similibus controversiis decidendi ratio desumpta est ex consuetudinibus Ecclesiarum quoad rem, quae variationem juxta circumstantias non respuit).

Coadjutor Dignitatis nequit se ingerere in exequutione Literarum Apostolicarum, quae diriguntur suo Coadjuto 623. *ad* 1.

Coadjutor Dignitatis, ad quem spectat candelas benedicere, absente Episcopo vel impedito, et huic candelam tradere, dum praesens est, debet utrumque peragere, dummodo tamen ipse Missam celebret, alias non 623. *ad* 2. Quatenus assistat Episcopo, vel solemniter celebret, ei competit praeeminentia tam in thurificatione, quam in Communione solemni Feria V. in Coena Domini, et adoratione Crucis Feria VI. in Parasceve. *Ibidem ad* 3.

Coadjutori Dignitatis etiam quoad locum omnia competunt, quae competerent Coadjuto 647. *ad* 1. 774. Quod tamen non est ita accipiendum, ut pro regula generali habeatur, imo potius militat in casibus particularibus, in quibus aut Dignitas unica est, aut quae prima est, non solum sede, sed etiam Insigniis distinguitur. Idcirco quoad Coadjutorem Poenitentiarii S. R. C. respondit, eumdem sedere debere in stallo sui Coadjuti, si hic habet stallum fixum 1133. Atque ita intelligendum alterum Decretum, scilicet, quod Coadjutor Dignitatis occupet sedem sui Coadjuti, Coadjutor Canonici ultimum stallum 1088. *ad* 2. et

casus apte distinguitur altero responso scilicet, Coadjutorem Dignitatis debere occupare sedem sui Coadjuti, si Dignitates habent locum fixum, et assignatum, nec gradatim ascendunt 2275. Quo in casu si Coadjutor primae Dignitatis velit interesse Choro, praesente Coadjuto, debet sedere post omnes Dignitates supra Canonicos, dummodo supersint subsellia pro veris Canonicis 1827. 1994. 2014. 2036. 2148. Caeterum ubi sedes fixa non est, nec Dignitas diversis Insigniis distinguitur, de regula est, ut Coadjutores primarum Dignitatum sedere debeant post ultimam 2236. 2258. et ubi Praebendae omnes presbyterales sunt, etiam Coadjutor primae Dignitatis debet sedere post ultimam 1374.

Coadjutor Dignitatis potest juvari beneficio regulae de annali, et triennali, si tale tempus impletum sit post admissionem ad Coadiutoriam 647. *ad* 2. nequit quidquam exercere invito Coadjuto *Ibidem ad* 3. Vocem non habet in Capitulo, nisi secus expressum sit in Bullis Coadjutoriae *Ibidem ad* 4.

Coadjutor Archipresbyteri primae Dignitatis, hac absente, praecedit Priori secundae Dignitati 2901.

Coadjutor Dignitatis, cujus est explere functiones pontificales, absente, vel impedito Episcopo, nequit easdem peragere, praesente Coadiuto, debet vero, eo absente 1460. 1667.

Coadjutor Praebendae presbyteralis in Choro cedere debet locum obtinentibus Praebendas diaconales, et subdiaconales: verum, si vestibus sacris indutus sit, locum obtinet post Canonicos Presbyteros 2041. Haec est regula: Verumtamen alias S. R. C. respondit, Coadjutorem. Praebendae presbyteralis sedere debere post omnes Canonicos obtinentes similes Praebendas ante alios obtinentes Praebendas diaconales, aut subdiaconales 2257. quod militat, etiamsi eas obtinentes sint Presbyteri, et Coadjutor in Minoribus constitutus 2345. Puto autem id locum habere, vel ubi talis viget consuetudo, vel ubi non datur optio, uti accidit in Sacrosancta Lateranensi Basilica, in qua ita distinguuntur Praebendae, ut certum ordinem requirant, nec datur optio, nisi ex. gr. obtinens Praebendam diaconalem, hac dimissa, de alia Presbyterali noviter provideatur. Quod magis patet ex Decreto relato num. 3112.

Coadjutor post mortem Coadjuti debet sedere in novissimo loco post alios prius de Canonicatu provisos 2408. Ubi Ordines sunt distincti, nulli tamen adnexi Praebendae, sed juxta antianitatem datur ascensus, Coadjutor, post mortem Coadjuti sedere debet post ultimum Subdiaconum, etsi, vivente Coadjuto, in ordine presbyterali inserviverit 3112.

Coadjutor Archipresbyteri alicujus Collegiatae deferens stolam praecedit Canonicis 1123.

Coadjutori Cappellani amovibilis nulla debetur praeeminentia, praeterquam quoad actus, quos exercet tamquam Coadjutor 1094.

Coadjutoribus in casu particulari quaedam non competere S. R. C. respondit 1601.

Coadjutores Dignitatum, absentibus Coadjutis, stare, et incedere debere in stallo Coadjuti tam in Choro, quam extra, recedendo a decisis, decrevit S. R. C. 3748.

Coadjutor Canonici Ordinis diaconalis in Choro existens, dum Coadjutus per se munus Diaconi exercet, sedere debet post omnes Diaconos 3567.

Coadjutori Primicerii Metropolitanae Bononien. competit praeeminentia tam in choro, et functionibus Capitularibus, quam extra 3767.

Coadjutori Prioris Ecclesiae Collegiatae S. Petri Civitatis Spoletanae Protonotario Apostolico, licere respondit S. C., adhibere vestem praelatitiam in Choro, et facere fructus suos 4308.

Coadjutori Mansionarii primae erectio-

nis non competit praecedentia supra veros Mansionarios secundae erectionis in Collegiata Montis Luponum Dioecesis Lauretanae, 4297.

Coadjutus, qui debet in sua hebdomada exercere munus Diaconi, nequit hoc officium committere suo Coadjutori, ut ipse possit aliud exercere munus 3898.

Coemeterium pro parvulis debet esse separatum 443.

Coemeterii reconciliatio potest committi Presbytero in Dignitate Ecclesiastica constituto 224.

Cognomina, *et Patriae* Sanctorum, ne exprimantur in Orationibus, aliisque actibus in Divino Officio occurrentibus 800. Postea S.R.C. limitavit prohibitionem ad solas Orationes 3895. *ad* 2.

Collectae concessae pro Papa, Rege, hujus prole, et exercitu, nequit adjici nomen Fundatoris, etsi Fundator id jusserit 144 Neque licet ulla in collecta addere Gubernatorem nostrum 2391. aut Religiouis Praesidem, vel Magistratum etc 2941.

Collecta Excita Domine in Populo tuo spiritum Charitatis e c. concludi debet repetendo: *ejusdem Spiritus etc.* 1034.

Collectae pro defunctis non admittuntur, nisi in Missis ferialibus, et Festorum simplicium 2098. *ad* 9.

Collectae in semidup. simplic. et Feriis dici debent praescriptae; aliae addi possunt, sed non necessario 2924 *ad* 9.

Collectae dicendae in Missa, occasione belli etc., legi debent prout jacent in Missali Romano 3041.

Collecta SSmi Sacramenti in expositione 40. horarum, vel in aliis extraordinariis, dicenda est ad formam praescriptam in Instructione pro Oratione quadraginta horarum 3651. *ad* 2.

Collecta specialis addenda Orationibus Missae pro aliqua necessitate, jussu Pontificis, vel Episcopi, debet recitari quarto loco, ea non omissa, quae est ad libitum 3665. *ad* 3.

Collecta de Spiritu Sancto addi potest Missae currenti sub unica conclusione, si agatur de re gravi in dupl. 1. class. 4212. *ad* 7. V. *Oratio*.

Collegiata semper est praeferenda aliis Ecclesiis simplicibus 4.

Collegiatae Canonici in Processionibus non debent incedere parati, sicuti Canonici Cathedralis 204. *ad* 20.1084. 1085.

Collegiatae Canonici in publicis Processionibus, Functionibus, Synodis praeferendi sunt Curatis, et Presbyteris Ecclesiarum Parochialium etc. 333. 974. 1690. *ad* 3. 1966. 2569.

Collegiatae noviter erectae competunt omnes praeeminentiae, et praerogativae, etiam supra Matricem: Huic tamen jus competit ante omnes alias Ecclesias pulsandi campanas in Sabbato Sancto 418. eidem Collegiatae conveniunt praerogativae aliarum Collegiatarum, ac praecedentia supra Plebanos, et Rectores aliarum Ecclesiarum, quae sunt tantummodo Parochiales, etiamsi non praecessisset, priusquam in Collegiatam erigeretur 421. 564. 954. 1433. Nec obstat clausula apposita a Plebano in illius erectione: sine praejudicio etc., quae limitatur ad jura parochialia 439.

Collegiatá erectione antiquior praecedentiam habet supra Matricem postea in Collegiatam erectam 2257.

Collegiatae noviter erectae debetur praecedentia in Synodo supra Priorem Canonicorum regularium 1293.

Collegiatae immemorabilis consuetudo erigendi Crucem in funeribus, vel defunctus ad Collegiatam deferendus sit, vel ad aliam quamcumque Ecclesiam, servanda est 419 Item Collegiata manutenenda in possessione, ut Parochi conveniant in ea, et inde simul cum ejusdem Cruce, et Canonicis discedant ad levandum corpus defuncti. *Ibidem*.

Collegiata in funeribus potest deferre Crucem usque ad januam Ecclesiae tumulantis, et sub ea omnes associantes funus incedere debent 1691. 1739. Quod intelligitur, si capitulariter Canonici conveniant; secus namque est, si interveniant uti singuli 1962. 2059. Haec est regula; neque contrarium censeri debet aliud Decretum, quo responsum fuit, licere Collegiatae elevare propriam Crucem, sub qua omnes incedant, praeterquam in funeribus, quae ad aliam Ecclesiam deferuntur 839. siquidem limitatio hujusmodi forte fuit apposita ad praeservandam consuetudinem loci in casu particulari.

Collegiata incedere debet in funeribus sub Cruce Cathedralis, quando hujus Capitulum interest 1238. *ad* 1. Ubi mos, est in publicis Processionibus incedere debet sub Cruce Cathedralis 1544. Quod si propriam Crucem velit elevare, pati simul debet, ut post Canonicos Clerici Seminarii, aliique de Cathedralis gremio incedant sub Cruce ejusdem Cathedralis 1973. Et Episcopus nequit Collegiatae jubere, ne deinceps incedat sub propria Cruce, ut illam Cathedralis sequatur. *Ibidem*.

Collegiata, quae simul est Matrix, plures habet praeeminentias, et praerogativas supra alias loci Collegiatas 900.

Collegiata, quacumque non obstante consuetudine, tenetur ad duas Missas conventuales in diebus a Rubrica praescriptis 1687. *ad* 4.

Collegiata cogi nequit ad Processionem, quae fit ex devotione in Cathedrali 1693.

In Collegiatis solemniores Missae celebrandae sunt per digniorem, quo impedito, ab altero, qui proxime succedit 985. 2495.

Collegiatae, salva legitima loci consuetudine, in funeribus debetur praecedentia supra Parochos, salvis tamen in reliquis juribus parochialibus 1357. quae praecedentia debetur etiam supra Parochos Ecclesiae matricis 1690. *ad* 1. 1966. ac etiam supra Parochum defuncti, quando cadaver ad Collegiatam defertur 1927.

Collegiata Belvederii nequit praecedere Ecclesiae Parochiali ejusdem loci 4354. ci tamen licet exercitium functionum consuetarum, dummodo non turbetur exercitium functionum propriarum Paroeciae. *Ibidem ad* 2.

Collegiatae Canonici interessentes functionibus Cathedralis praeferendi sunt Beneficiatis ejusdem 1972. *ad* 1.

Collegiata sic dicta, ab Episcopo erecta sine confirmatione Sedis Apostolicae, non gaudet praerogativis Collegiatarum 546. et sic erecta non sustinetur. Quod si accedat auctoritas Apostolica, jus praelationis acquirit a die expeditionis Literarum Apostolicarum 1690. *ad* 4.

Collegiatae in funeribus, quatenus sint aequales, praecedere debent, juxta antianitatem erectionis 3182. *ad* 5.

Collegiatae Capitulo interessenti functionibus Ecclesiae Cathedralis Episcopus assignare debet locum decentem in Ecclesia, quoad Processiones satis per Caeremoniale provisum 3431.

Collegiatae licet sonitu campanae indicere Chorum, quin attendere teneantur sonitum campanae Cathedralis 3461. *ad* 1.

Collegiatae oppidi Casalis Novi, Dioecesis Uritanae non licere declaravit S. R. C. celebrare Festum S. Antonii Patavini, contradicentibus Fratribus strictioris Observantiae S. Francisci 3676. *ad* 1. *et* 2. Licere tamen quotidie recitare Responsorium de dicto Sancto, cum antecedenti signo campanae. *Ibidem ad* 3. sed non esse recipiendas pro dicto Responsorio oblationes, et stipendia; nec licere occasione Responsorii, vel aliarum quarumcumque functionum in honorem dicti Sancti quaestuare per oppidum. *Ibidem ad* 4. *et* 5.

Collegiata S. Anastasiae Urbis, in associatione cadaverum, quae humanda sunt in ejus Ecclesia, Crucem erigere debet, et mittere ministrum cum

stola, qui saltem incedat ad sinistram Parochi 3721.

Collegiatae Capitulo, si privatim incedat sub propria Cruce, non debetur praecedentia supra Seminarium; debetur tamen si incedat sub Cruce Cathedralis 3732.

Collegiata S. Venantii Civitatis Camerini multis donatur praerogativis, vigore Motus proprii Pauli III., quibus quodammodo acquiparatur Canonicis, et Capitulo Cathedralis. Hinc S. R. C. respondit, quod Episcopo Pontificalia exercenti in Ecclesia Collegiata assistentia debetur a Canonicis Collegiatae, non ab illis Cathedralis 3858. *ad* 1. Quodque in Synodo sedere debeant Canonici Collegiatae in scamnis aequalibus, data solummodo dextera Canonicis Cathedralis. *Ibidem ad* 2.

Collegiatae S. Mariae Lauretanae Terrae Castiniani, Dioecesis Montis Alti, quae privative conveniant, quoad Parochialem ejusdem Terrae? 3892.

Collegiatae Sanctissimi Salvatoris Fulginei, in publicis Processionibus, quibus interest Capitulum Cathedralis, non licet erigere propriam Crucem 4112.

Color indumentorum in Consecratione Episcoporum 2076. *ad* 2.

Color veli adhibendi ad cooperiendam Crucem Feria V. in Coena Domini ad Mandatum 1466. *ad* 4.

Color paramentorum in Processione, quae fit post Missam cum SSmo Sacramento, idem esse debet, qui convenit Missae, uno excepto velo humerali coloris albi 2715. *ad* 6. Pallium vero Altaris, et conopoeum post expositum Sacramentum semper esse debent coloris albi. *Ibidem ad* 7. 8., *et* 9. In elargienda benedictione cum Ven. Sacramento exposito ad suffragandas Animas defunctorum color paramentorum debet esse albus, numquam niger 2808.

Color albus adhibendus est in Festivitatibus SSmi Sacramenti, aliisque Festis hunc colorem requirentibus: nulloque modo licet uti paramentis rubeis 2863.

Color niger nullo modo adhibendus in Expositionibus, et Processionibus, quae fiunt cum SSmo Sacramento tam in Missa, quam in Altaris, et Sacelli apparatu 2926.

Color stolae in Processionibus, quae fiunt Feriis 2. 3., et 4. majoris Hebdomadae in accedendo ad Ecclesiam, in qua expositum est Sacramentum, debet esse violaceus 2960.

Color paramentorum in Missis privatis, nullo habito respectu coloris adhibiti in quavis Missa votiva solemni, semper esse debet, qui convenit Officio in illa die occurrenti 3985. *ad* 5.

Color paramentorum Missae celebratae in Altari, ubi expositum est Sacramentum, debet convenire cum Officio diei 4074. *ad* 3.

Comitia generalia Cleri convocanda sunt a Praeposito Cathedralis in aula capitulari 3072. *ad* 8. Ubi debetur praecedentia tam in sedendo, quam in votando Canonico Cathedralis supra Dignitates Collegiatarum. *Ibidem ad* 9. Ut etiam in congressibus, qui fiunt coram Episcopo occasione Synodi. *Ibidem ad* 10.

Commemoratio de B. V. M. laudabile est, ut fiat quamvis recitatum sit ejus Officium parvum 185. 2840. *ad* 7. 2911. 3095. *ad* 2. 3353. 4229. *ad* 14. 4252. *ad* 21. Ubi est Titularis vel Patrona sub quolibet mysterio, aut titulo, commemoratio tamen facienda est, ut in consuetis suffragiis 2259. *ad* 2. 3072. *ad* 2. 3207.

Commemoratio defunctorum omnium fidelium V. Defunctorum.

Commemoratio de Patrono Ecclesiae in suffragiis facienda est, etsi contraria vigeat consuetudo 208. *ad* 2. De Patrono Dioecesis fieri potest, sed cogendi non sunt, qui recusent 1642. Patroni ex classe Apostolorum Commemoratio praeferenda non est Commemorationi Sanctorum Petri, et Pauli 2597. *ad*

1. de B. M. V. ubi est Titularis sub titulo Assumptionis, facienda est cum Antiphona *Sancta Maria etc.* nec licet eam facere cum Antiphonis Festivitatis 2312.

Commemoratio de Cruce facienda est prout in suffragiis communibus a Beneficiato, qui ad eam tenetur 448.

Commemoratio de Sancto Titulari Ecclesiae, per quam transit Processio, fieri debet stando 2268. *ad* 5.

Commemoratio Festi simplicis plurium Virginum simul concurrentis cum Festo duplici pariter plurium Virginum sumenda ex Festo Sanctarum Perpetuae, et Felicitatis 2779. *ad* 11.

Commemoratio Nativitatis B. M. V. fieri nequit in Officio ejus SSmi Nominis, neque fit hujus Commemoratio in secundis Vesperis Nativitatis, si hoc Festum cadit in Sabbato 2920. 2949. *ad* 1.

Commemoratio Patroni, *seu Titularis* omnino fieri debet in suffragiis. Quod si Titularis, vel Patronus sit aliquis e Sanctis Ordinis, quorum fit specialis commemoratio, in hac illius nomen omitti debet 3072. *ad* 3.

Commemoratio unius Martyris rit. simpl. qualis esse debeat si fiat in die, in qua recitatur Officium Sancti item Martyris rit. dup., vel semidup.? 3152. *ad* 4.

Commemoratio Octavae Sancti proprii coincidentis cum secundis Vesperis Dominicae secundae Adventus, et primis Festi Conceptionis B. M. V. primum facienda est, dein commemoratio Dominicae, quae regula militat etiam quoad alias Dominicas sive rit. maj., sive 1. aut 2. class. 3152. *ad* 7.

Commemoratio S. Dominici, quae fit in Officio S. Francisci ab Religiosis hujus Instituti S. R. C. declarat, quod locum habet tantum in Officio votivo, quod recitatur semel in mense post alias commemorationes 3348. *ad* 4.

Commemoratio Sanctissimi Salvatoris in suffragiis facienda est in Ecclesiis eidem dicatis, non omissa commemoratione altera de Cruce 3554. *ad* 1.

Commemoratione Sancti simplicis occurrente in Quadragesima Feria 2. quando dictum est Officium defunctorum, non debet in Missa quarto loco dici Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus*, *qui vivorum etc.* pro commemoratione defunctorum, sed sufficit 3. *a Cunctis*. Quod si dicatur 4. *Omnipotens etc.* 5. erit ad libitum 3659. *ad* 1. Si id accidat Feria II. post Dominicam Passionis, dicenda erit secunda Oratio tantum de simplici. *Ibidem ad* 2.

Commemoratio simplicis plurimorum Martyrum fit variando Antiphonas, si fieri debeat in semidup. pariter plurimorum Martyrum: verum si hoc transferatur, nulla hoc in casu variatio fit 3669.

Commemorationis S. Benedicti Festum non est celebrandum ab ejus Instituti Monachis cum Octava, nisi constet de speciali privilegio 3894. *ad Rubric. de Octavis*.

Commemoratio S. Josephi fieri non debet in Officio Desponsationis B. M. V. sine speciali concessione 3894. *ad tit. de Commemorat.* 3900. *ad* 3. 3907. *ad* 3.

Commemoratio S. Benedicti ab ejus Instituti Monachis quando fieri debeat? 3895. *ad* 25. *et* 27. In ejus Officio votivo fieri nequit commemoratio S. Scholasticae. *Ibidem ad* 26.

Commemorationem Octavae S. R. C. quandoque indulsit, etiamsi haec occurreret in solemni Festo Dedicationis, ratione Indulgentiarum, et concursus Populi 3899.

Commemoratio Sanctissimi Sacramenti in Missa, quae coram eo exposito cantatur, facienda est post alias commemorationes de praecepto: in Missis vero solemnibus 1. vel 2. class. fieri debet sub unica conclusione 3900. *ad* 8. Si Festum hujusmodi cadat in Dominica, Commemoratio SSmi Sacramenti conjungenda est Commemorationi Dominicae 4150. *ad* 6. Vide etiam 4246. *ad* 8.

Commemoratio in suffragiis de aliquo

Concionem habens Episcopus coram loci Ordinario, etsi Cardinali, haud convenit, ut veniam petat. 196.

Concionem habens coram Canonicis, et Magistratu, absente Episcopo, debet prius salutare Canonicos, dein Magistratum 364. 3396. *ad* 2. 3835. 3842. *ad* 2. Si neutrum salutari jubeat Episcopus, servandum Decretum 1501. Praesente, vel absente Episcopo, prius salutare debet Canonicos, quam Gubernatorem 3094. 3155.

Concionatori non licet salutare Magistratum cum titulo, *Illmi*, praesente, vel absente Episcopo 2728. 3396. *ad* 3. 3619.

Concionatori salutanti decet, ut Celebrans, et Ministri correspondeant 2971. *ad* 7.

Concionator primum, et distincte debet salutare Episcopum, priusquam salutet Gubernatorem Provinciae 3236.

Concionator non tenetur salutare Canonicos, absente Episcopo cum titulo *Rmi* 3285. 3619. Pro locis, ubi Archipresbyter dignior est, is salutandus est primus 3969.

Concionator, peracta generali reverentia, alteram, quae venia dicitur, debet tantum Episcopo, non autem Capitulo, eo absente 4285. *ad* 7.

Concionatores, etsi sint superiores Ordinum Regularium, petere debere benedictionem a Canonico celebrante in Collegiata Manresae, ejusque manum osculari S. R. C. edixit 4319. In Dioecesi Bracbaren. qualibet in Concione petenda est benedictio a Celebrante, si talis est consuetudo; secus a solo celebrante Episcopo, juxta formam Caeremonialis 4320. *ad* 1. *et* 2. (Quae Decreta plane demonstrant hac super re judicandi rationem a particularibus locorum consuetudinibus desumptam fuisse).

Conclusio Orationis pro repositione SSmi Sacramenti quae esse debeat? 2991. 2996. 3762.

Concordia inita inter Episcopum, et Civitatem Papiensem, scilicet Magistratum adprobatur 1913.

Concordia inita inter Clerum Abbatialis Collegiatae S. Ruffilli Foro Pompilii Nullius Provinciae Ravennaten., et Clerum Parochialis S. Petri circa Processiones etc. reprobatur, et certa statuitur regula in posterum servanda 3827.

Concordia inita inter Collegiatam Sanctae Mariae Majoris, et Magistratum Terrae Plebis, Dioecesis Bononien. reprobata 3842.

Concurrentia. Si concurrant in Vesperis duo Officia aequalis ritus sive Martyrum, sive Confessorum, sive Virginum etc. minime attenditur dignitas, sed Vesperae sunt dimidiandae, cum ea tantum dignitas spectanda sit, quae declaratur per Rubricas 2973. *ad* 2. *et* 3. Si duo Festa concurrant in Vesperis aequalis ritus, Vesperae integrae fieri debent de eo, quod solemniori pompa celebratur; secus dimidiandae 2973. *ad* 1. In concurrentia dignitas attendi debet, non extrinseca pompa, et apparatus. Hinc Vesperae esse debent de digniori cum commemoratione de minus digno 4252. *ad* 19. Dignitas non attenditur in Octava Apostolorum, et Angelorum; hinc dimidiandae Vesperae in concursu cum Festo aequalis ritus. *Ibidem ad* 20.

Condominis Loci non licet retinere sedes coramineas extra Presbyterium Parochialis, sed omnes uti poterunt unico scamno loco sedium 3579.

Confessio, quae fit post concionem ante Episcopum a Diacono Evangelii, decet, ut cantetur memoriter. Quod si id Diaconus nequeat, permittitur, ut alter ex Ministris inferioribus librum sustineat 227. *ad* 5

Ad Confessionem in Missa Canonici debent stare, reliqui genuflectere 1845.

Confessiones praecipue mulierum audire non licet in Ecclesia ante auroram in nocte Nativitatis Domini, et Episcopo

competit id interdicere 2956. *ad* 2.

Confessario Monialium jus competit benedicendi, et distribuendi palmas, cineres, candelas pro Monialibus 2104.

Alia habes V. *Moniales*.

Confirmationis Sacramentum administrari permittitur sine mitra iis in locis, in quibus ea uti nequit Episcopus sine vitae periculo 1324. 1445.

In Confirmationis Sacramento conferendo licet Episcopo servari facere caeremoniam candelae accensae, utpote ab Ecclesia receptam, fidei protestativam, et meritoriam 4023.

Confirmandus, quando Episcopus dicturus est: *N. Signo te signo Crucis etc.* potest rogare, ut sibi aliud nomen imponatur, praeter baptismale 4056. *ad* 9.

Confiteor variari non potest, sed etiam a Monialibus recitandum prout in Breviario Romano 680. dici debet pure, et simpliciter, sine additione ullius Sancti, etiam Patroni 2698. *ad* 5. 3547. Id intelligitur, sine speciali concessione S. R. C., quae quandoque addi posse nomen S. Fundatoris indulsit 3848.

Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti sodales nequeunt ab Episcopo prohiberi, quominus deferant intortitia in Processionibus Corporis Christi 44. eidem, si sumptus facit, permittitur, ut, non obstante Constitutione Gregorii XIII., aliquos sodales mittat, qui cum intortitiis incedant hinc, inde, ante, et apud SSmum Sacramentum, servata in reliquis praefata Constitutione 230. Imo declaratur praecedentiam ei dandam esse in Processione SSmi Corporis Christi, dummodo eadem aliis Processionibus intersit, et antiquioribus locum cedat 1017. 1592. 2006. 3001. Quod privilegium extenditur ad omnes Processiones, in quibus defertur SSmum Sacramentum 1609. Caeterum illi Confraternitati praecedentia debetur, quae prius vestes, quas saccos vocant, induit ad formam Constitutionis Gregorii XIII. 230. 292. 932. 1017. 4153.

Confraternitati Disciplinantium permittitur Processio nocturna Feria V. majoris Hebdomadae: prohibetur tamen mulieribus, ne Ecclesiam ingrediantur, vel per Civitatem discurrant 110. *ad* 1.

Confraternitati Laicali de Carmine conceditur delatio Vestis, quae nuncupatur *la pazienza*, praesertim quia Sodalitas appellatur *a Patientia* 543.

Confraternitatis SSmi Sacramenti Priores incedere debent non ante Baldachinum post Capitulum, sed hinc inde a latere Baldachini 372.

Confraternitates a nemine erigi possunt, inconsulto loci Episcopo 401.

Confraternitas sine habitu nequit deferre Crucem, nec habere praecedentiam supra alias Societates, quae antea habuerunt habitum, nec potest accedere ad mortuorum funera, nisi expresse vocetur 403.

Confraternitati non licet ingredi Ecclesiam Parochialem cum Cruce, cotta, et stola ad deferenda cadavera consodalium 542.

Confraternitatis usus, ut in Processione SSmi Sacramenti duo ex confratribus incedant post Clerum immediate ante Sacramentum cum campanulis, omnino est eliminandus 547.

Confraternitatis sodales vocati ad funus nequeunt ab Episcopo impediri sub praetextu, quod simul vocatum non fuerit Capitulum Cathedralis 712. Debent convenire in Paroeciam, vel aliam Ecclesiam, ut disponit Rituale 954., vel ad Cathedralem, si Capitulum intersit 1925. 1931.

Alia habes V. *Processio. Regulares. Vocati ad funus*.

Confraternitati vetitum in funeribus ultra Crucem Parochi deferre proprium Crucifixum, qui in magna est veneratione, non obstante consuetudine 1666. ut etiam aliam Crucem 789. *ad* 2. 1701. Quod generaliter afficit omnes Confraternitates 1706. Neque licet associare cadaver sine interventu Parochi 2146.

Confraternitatis sodalibus non licet in Processionibus deferre intortitia post Capitulum 819. Non licet facere Processiones sine licentia Episcopi, qui potest prohibere etiam solitas 955. 2829. nec intra limites Parochiae sine consensu Parochi 713. 975 1057. 2174. Nec exponere SSmum Sacramentum, aut erigere Cappellam sub eadem invocatione sine licentia Episcopi 1098. 1099. 1661. 2829. Nec ea facere, quae ad Parochum spectant, sine hujus licentia 2183. 2187. *ad* 2. Nec Missarum, et Vesperarum solemnia peragere, irrequisito Parocho 1780. Nec licet Tabernaculum in Altare retinere, etiam habita ab Episcopo facultate exponendi SSmum Sacramentum *Ibidem*. Quin prosit communicatio privilegiorum ex aggregatione alicui Archiconfraternitati 1266. Habita licentia ab Episcopo, licet etiam contradicente Parocho, per eorum Cappellanum solemnem Missam cani, Eucharistiae Sacramentum ministrari, et publicae venerationi expoui 2731., non licet functiones parochiales peragere 2844.

Confraternitatis Cappellanus pro concinendis Missis, sepeliendis defunctorum cadaveribus, et confessionibus audiendis cumulative debet licentiam petere a Vicario, et a Parocho intra cujus fines sita est Ecclesia 1637. 1661.

Confraternitates duo in eodem loco, sub eadem invocatione erigi nequeunt, et ubique locorum prohibentur 1215. 2651. Duo tamen esse possunt in eadem Ecclesia, dummodo sint diversi Instituti, et Invocationis 1803.

Confraternitati laicali licet facere functionem Mandati, sive pedum ablutionem Feria V in Coena Domini, dummodo fiat hora diversa, et post Episcopum 1971.

Confraternitatibus laicalibus Urbis non licere erigere propriam Crucem quando cadaver defertur ad ipsarum Ecclesias S. R. C. respondit, 2761. *ad* 1. S. tamen Congregatio Concilii propriam Crucem elevari posse decrevit, declarando, quod primum praecedat Confraternitas, deinde Crux ejusdem Ecclesiae etc. quod Decretum servandum esse in posterum jussit Card. de Carpineo Urbis Vicarius, ut ex Cleri Statuto pag. 61. Nullo modo licet erigere Crucem, si cadaver sit tumulandum in Parochia 2761. *ad* 2. Earum Cappellani sive Rectores, sive Sacristae incedentes seorsim a Confraternitate, nequeunt deferre stolam 2761. *ad* 3. Incedentes cum respectivis Sodalitatibus possunt in Ecclesia Parochiali, post absolutum a Parocho Officium funeris, iterum funebre Officium peragere, sed sine Cruce, et sine stola *ibidem ad* 4. Iterum, proposita causa super dubiis, et Decretis relatis sub *num*. 2761. responsum fuit: *Dilata* 2775. Nec quidquam insuper occurrit, fortasse quia eadem dubia postmodum resoluta fuerunt in S. C. Concilii, ut patet ex Decreto *Clar. mem. Card. de Carpineo*, quod hic subjicimus = Quum multis ab hinc annis ortae fuissent controversiae inter Parochos, et Confraternitates Urbis, occasione Processionum funeralium, et Patres adierint S. C. Concilii, ejusque resolutionibus non acquieverint, novamque audientiam obtinuerint, et non sine magno fidelium scandalo, et christianae pietatis detrimento, insurgentibus jurgiis, propterea ad ea exstirpanda, ac radicitus evellenda Nos, peractis hac de causa pluribus particularibus Congregationibus, et partibus ipsis pluries auditis, tandem in generali Congregatione Praefectorum coram Nobis, ac Illmis DD. Praelatis, caeterisque deputatis, et Cleri Camerario habita *sub die* 19. *Januarii* 16 8. de unanimi consensu, et pari concordia ad infrascripta decreta devenimus, et inviolabiliter ab omnibus Parochis, et Officialibus Confraternitatum observari mandavimus, ac in fine Statutorum apponi, videlicet = Reverendos Parochos acquiescere debere Resolutionibus S. C. Concilii ad tria dubia infrascripta = 1. An Confraternitas possit in Funeralium Processionibus erigere propriam Crucem,

quando defuncti tumulandi deferuntur ad ipsius Ecclesiam in qua sepulturam elegerunt = 2. An eadem Confraternitas possit suam Crucem erigere tam per viam, quam in Ecclesia Parochiali, quando est invitata ad associandum cadaver sepeliendum in ipsa Ecclesia Parochiali = 3. An Cappellanus ejusdem Confraternitatis indutus cotta, et stola possit, post absolutum a Parocho Officium funeris in Ecclesia Parochiali, una cum confratribus canere Psalmos *Miserere*, *et De profundis*, cum aspersione acquae benedictae = Ad 1. *Praecedat Confraternitas*, *deinde Crux ejusdem Ecclesiae deferenda per Clericum ipsius*, *postea sequatur Clerus regularis*, *et tandem saecularis*. = Ad 2. *Negative tam in Ecclesiis*, *quam in Processionibus funeralibus, praesente Parocho*. = Ad 3 *Negative* = *Posse tamen habere recursum pro declaratione IV. dubii resoluti Negative*, videlicet = An possit Parochus Officium funeris peragere in Ecclesia Confraternitatis super cadavere defuncti in eadem Ecclesia tumulandi, etiamsi sit Parochus, intra limites cujus Parochiae Ecclesia Confraternitatis est? Cum vero postea, re maturius discussa in S. R. C. super dubiis generalibus jurium Parochialium *sub die* 10. *Decembris* 1703. cum approbatione SSmi D. N. sub die 12. Januarii sequentis, fuerit hoc dubium hoc modo declaratum, videlicet = Ad 20. *Affirmative*, *quando tumulandus est subjectus Parocho, intra cujus fines est Ecclesia*, *vel Oratorium* = hanc posteriorem declarationem uti juri consonam omnino observari maudamus. Quam confirmatam Sententiam *Emi Card. Marefuschi Urbis Vicarii* specialiter *a San. Mem. Benedicto XIII.* deputati, una cum declarationibus in ea expressis omnimode exequutioni demandandam praecipimus = *loco Crucis Confraternitatis parvum vexillum, seu signum* (*juxta exemplar in nostra Secretaria relinquendum*) *in deferendis*, *et tumulandis defunctorum cadaveribus posse deferre ante Societatem: Ecclesias vero etiam Confraternitatum in quibus cadavera tumulanda veniunt posse deferre propriam Crucem ad formam resolutionis S. C. Concilii in primo dub. emanatae* = Cappellani autem Confraternitatum incedant cum stola immediate post ipsam Confraternitatem. Sed controversia deinde acrius excitata terminata fuit per Decretum S. C. Concili *sub die* 20. *Decembris* 1698., et per Sententiam *Clar. mem. Card. Carpinei* desuper latam, et in judicatum transactam, qua decisum fuit, Cappellanis Confraternitatum in associatione cadaverum tumulandorum, etiam ad Ecclesias, seu Oratoria ipsarum Confraternitatum, non licere incedere in fine Processionis funebris ad sinistram Parochi, sed tantummodo incedere debere post ipsam Confraternitatem funus associantem. = A Confratribus Confraternitatum, earumque Cappellanis, in Ecclesiis, in quibus cadavera defunctorum tumulanda veniunt, Psalmos *Miserere*, *et De profundis* cum precibus, et Orationibus cantari non debere, sed tantum per eosdem confratres, et Capellanos Orationes, et preces devote, et private dici posse sine cantu, sine thure, sine stola, et sine aspersione aquae benedictae, luminibus tamen accensis = *ita legitur in Statuto Cleri Urbis a pag.* 61. *ad pag.* 63.

Confraternitas non vocata, nequit ad funus accedere 2763. *ad* 9.

Confraternitates compelli posse ad interessendum Processionibus fieri solitis a Parocho Terrae Populi, Dioecesis Sulmonen. S. R. C. respondit 3192.

Confraternitates quoad praecedentiam 3210.

Confraternitatis Cappellani in Oratoriis publicis de licentia Episcopi dumtaxat, canere possunt Missas solemnes in diebus festivis; nequeunt tamen, quae ad Parochum pertinent, et signanter Missas defunctorum ex legatis piis canere, palmas, candelas, cineres benedicere sine Parochi consensu 3302.

Confraternitati, cui fuerat indultum asservare in Oratorio SSmum Sacramentum, dummodo in eo celebrarentur quatuor Missae, continuationem gratiae indulget S. C., etiamsi redditus certi sint pro celebratione trium dumtaxat Missarum 3361.

Confraternitates quoad ea, quae ipsis licent, quae non. Habetur decretum generale 3521. videlicet. Erectae in Ecclesiis parochialibus dependent a Parocho, etiam quoad functiones, quae non sunt parochiales. *Ibidem ad* 1. Prout etiam illae, quae habent Oratoria adnexa Ecclesiis Parochialibus. *Ibidem ad* 2. Non autem si erectae sint in Ecclesiis publicis, licet sitis intra limites Parochiae *Ibidem ad* 3. vel in Oratoriis disjunctis a Parochia. *Ibidem ad* 4. Missarum solemnium celebratio licet dumtaxat in festivitatibus solemnioribus earum Ecclesiae, sive Oratorii *Ibidem ad* 10. Possunt statis horis cum cantu, vel sine, persolvere horas canonicas sine licentia Parochi, nisi Ordinarius ex causa rationabili aliter statuat *Ibidem ad* 14. Licet in earum Oratoriis Missam privatam celebrari, assentiente Ordinario, contradicente Parocho *Ibidem ad* 15. Possunt earum Cappellani sine licentia Parochi denunciare popolo Festivitates, et Vigilias in hebdomada occurrentes *Ibidem ad* 16. Nequit Parochus, invitis sodalibus, docere Doctrinam Christianam in earum Ecclesiis, sive Oratoriis a Parochia separatis. *Ibidem ad* 17. In quibus haberi possunt conciones etiam in Quadragesima, assentiente Episcopo, contradicente Parocho. *Ibidem ad* 18. Nequit tamen celebrari Missa sive lecta, sive cantata ante Parochialem, nisi aliter Episcopus disponat *Ibidem ad* 19. Ad Parochum spectat Officium funebre super cadaveribus in praefatis Ecclesiis sepeliendis, dummodo tamen defunctus sit subjectus Parocho, intra cujus fines extat Ecclesia, sive Oratorium *Ibidem ad* 20. Sine licentia Parochi fieri possunt Processiones convenientes Instituto, sed infra ambitum non extra, nisi adsit licentia Episcopi *Ibidem ad* 21. *et* 22. Cappellani vero extra propriam Ecclesiam nequeunt deferre stolam *Ibidem ad* 23. Accedente Episcopo ad aliquam Confraternitatis Ecclesiam, non est ei porrigendum Aspersorium a Parocho *Ibidem ad* 24. Cappellani, et Rectores Confraternitatum nequeunt compelli a Parocho ad assistendum functionibus parochialibus *Ibidem ad* 25. Nequit in Oratoriis, sive Ecclesiis Confraternitatum retineri Sacramentum sine speciali indulto *Ibidem ad* 26. stante vero Indulto, nequit exponi sine licentia Ordinarii *Ibidem ad* 27. In Ecclesia Parochiali neque Sodales, neque eorum Cappellani debent se ingerere, invito Parocho, in functionibus sive Parochialibus, sive non *Ibidem ad* 29. Possunt Sodales Congregationes cogere sine consensu, et interventu Parochi, dummodo non impediant functiones, et Divina Officia *Ibidem ad* 30. Ita etiam possunt propria bona administrare, ac de illis disponere, sine dependentia a Parocho *Ibidem ad* 31. Si Parochus Congregationibus Confraternitatum intersit de mandato Episcopi, non habet suffragium *Ibidem ad* 32. *et* 33.

Confraternitati non licet Processiones ducere sine licentia Episcopi 3609. *ad* 1. nec Cappellano deferre stolam, etiam in associatione cadaverum *Ibidem ad* 2. Nec erigere Crucem sine velo *Ibidem ad* 3. quae deferenda est ante confratres. *Ibidem ad* 4. Ad Capitulum Collegiatae, cujus est jus parochiale, spectat funebre Officium super cadaveribus in Confraternitatis Ecclesia sepeliendis *Ibidem ad* 5. Quarta ei debetur de candelis, quae apponuntur in funere tam prima, quam septima die, non autem de iis, quae per manus distribuuntur *Ibidem ad* 6. *et* 7. Nequeunt in Oratorio cani Missae solemnes, nisi in celebrioribus ejus Festivitatibus, neque licet celebrare Missam sive lectam, sive cantatam ante Missam parochialem. *Ibidem ad* 11.

et 12. Haud retineri potest in Oratorio SSmum Sacramentum *Ibidem ad* 13. Haec autem Decreta versantur in casu particulari cujusdam Confraternitatis aggregatae Archiconfraternitati Confalonis de Urbe; quam quidem aggregationem S. R. C. non prodesse respondit ad id agendum, quod forte praedictis responsionibus adversatur. *Ibidem ad* 14.

Confraternitatis cujusdam functiones Ecclesiasticas non parochiales S. R. C. respondit in casu particulari spectare ad Parochum privative quoad Confratres 3617.

Confraternitatis Sodales nequeunt, non expectato termino praescripto, tollere, et sepelire cadavera defunctorum reperta in viis, etiam sub praetextu ea retinendi loco depositi 3635. *ad* 3.

Confraternitas pro associando funere convenire debet in Ecclesia Parochiali 3635. *ad* 4. Neque licet ejus Cappellanis celebrare Missam ante Parochialem *Ibidem ad* 5. associando funus ad suum Oratorium, nequit Crucem erigere, quae erigenda est a Parocho, cui Confraternitas subest 3647.

Confraternitas. Licere Parocho celebrare primas, et secundas Vesperas in solitis festivitatibus Oratorii S. Josephi Terrae Curtis majoris, Dioecesis Placentinae, non autem ejus Cappellano S. R. C. respondit 3683. *ad* 1. *et* 2. Item facere Officium funebre, ac Missam cantare super cadaveribus sepeliendis in dicto Oratorio *Ibidem ad* 3. Nec licere Cappellano celebrare in dicto Oratorio Anniversaria *Ibidem ad* 4. *et* 5. Licere exponere SSmum Sacramentum arbitrio Episcopi cum, vel sine licentia Parochi *Ibidem ad* 6. Ut etiam retinere Confessionale *Ibidem ad* 7. *et* 8. Si Parochus Missas solemnes occasione expositionis celebrare velit, et Confessionali assistere, ei persolvenda est consueta eleemosyna pro Missa, nihil pro audiendis confessionibus. *Ibidem ad* 9. Confratres, et Sorores possunt eligere sepulturam in dicto Oratorio, reservatis Parochis emolumentis ad formam Constitutionum Sinodalium, et juxta solitum; in associando vero Parochus interesse debet *Ibidem ad* 11. *et* 12. Possunt Confratres facere Processiones intra ambitum Oratorii sine licentia Parochi, et cum interventu eorum Cappellani, nentiquam tamen extra, nisi auctorante Ordinario *Ibidem ad* 12. *et* 13. Videri etiam possunt alia Decreta quoad alias Confraternitates in similibus quaestionibus 3686. 3698. 3701. 3714. 3752.

Confraternitati SSmi Sacramenti Civitatis Baren. in Processionibus non licet incedere sub Cruce Capituli juxtim, sive intermedie cum Canonicis Metropolitanae, non obstante quacumque consuetudine 3710. *ad* 1. *et* 2. Non ei licet non invitare Capitulum *Ibidem ad* 3. Licet tamen Processiones ducere de licentia Episcopi, quin exquirendus sit consensus Capituli *Ibidem ad* 4. Non licet in Anniversariis pro animabus Confratrum, praesente Capitulo, sedere Sodales in banco posito in medio Chori, non obstante consuetudine, prout etiam non licet Feriis V. et VI. majoris hebdomadae assistere functionibus, sedendo in stallis Canonicorum, aut in Festo Corporis Christi sedem, et locum habere retro Altare Majus *Ibidem ad* 5. 6 *et* 7.

Confraternitatibus non licet in earum Ecclesiis elevare sedile Magistratus 3712. *ad* 1. *et* 2.

Confraternitas potest retinere plures campanas in suae Ecclesiae, seu Oratorii turri 3760. *ad* 1. Peragere Processiones extra ambitum de licentia Episcopi, sed Cappellanus nequit deferre stolam *Ibidem ad* 2. *et* 3. Potest in Oratorio ministrari Eucharistia confratribus, sed non retineri custodia cum Sacramento *Ibidem ad* 4. *et* 5. Potest peragi novena cum expositione Sacramenti de licentia Episcopi *Ibidem ad* 6. Potest recitari diebus festivis Rosarium, sed horis ab Episcopo permissis *Ibidem ad* 9. Ut etiam quoad Missas celebrandas tam lectas, quam cantatas cum signo campanarum ante Mis-

sam parochialem *Ibidem ad* 10. Possunt celebrari Anniversaria, et Officia tam ex obligatione, quam manualia cum assistentia aliorum Sacerdotum sine Parocho *Ibidem ad* 11. *et* 12. De licentia Ordinarii potest Confraternitas quaestuare per Parochiam, irrequisito Parocho *Ibidem ad* 13. In Processionibus solemnibus, quibus interesse solet Parochus, licet Confraternitati incedere sub suo Cappellano seorsim a Parocho *Ibidem ad* 14.

Confraternitati S. Jacobi Minoris sitae infra limites Parochiae S. Jacobi Majoris Placentiae licet exponere Reliquiam S. Crucis 3764 *ad* 1. Nec tamen licet Cappellano cum ea benedictionem impertiri sine licentia Episcopi, cum id competat Parocho. *Ibidem ad* 2. Neque licet eidem Cappellano benedicere palmas, candelas, cineres etc. *Ibidem ad* 3. (In alia propositione responsum fuit, moderando Decretum, licere pro solis confratribus 3782. *ad* 3.) Nequeunt in Oratorio peragi functiones Hebdomadae sanctae, exceptis Officiis tenebrarum *Ibidem ad* 4. *et* 5. Nequit Cappellanus independenter a Parocho celebrare Missam solemnem in Festo Titularis etc. ad formam Constitutionum Synodalium *Ibidem ad* 6. (in alia propositione, recedendo a decisis, responsum fuit, Cappellano licere 3782. *ad* 6.) Nequeunt Confessionalia retineri, aut extra ambitum Processiones duci, nisi de licentia Ordinarii *Ibidem ad* 7. *et* 8. Quae omnia praeter 3. et 6. confirmata fuerunt in altera propositione 3782.

Confraternitas B. M. V. de Planu Civitatis Perusiae plura obtinet ad sui favorem Decreta in contumaciam Parochi 3778.

Confraternitatibus non competit elevatio Crucis in funeribus 3725. Confraternitatum Cappellanis, quae liceat, quae non 3862.

Confraternitatis SSmi Sacramenti sodalibus non licet in solemni Processione incedere post Clerum cum intortitiis hinc inde ante baldachinum, sed tenentur incedere a latere ejusdem 3896 *ad* 1. *et* 2. Gestantibus intortitia, occasione sacrarum Processionum, debetur praecedentia supra famulos Magistratus similia intortitia deferentes 3998. Debetur praecedentia in omnibus Processionibus, in quibus defertur SSmum Sacramentum supra alias Confraternitates 4079.

Confraternitatis S. Joannis Civitatis Ripanae tres officiales majores in Processione cum Sacra Imagine B. M. V. incedere debent a latere ejusdem Imaginis, quae deferri nequit sub baldachino, et decet, ut deferatur a confratribus sacco indutis 4015.

Confraternitati Sanctissimi Crucifixi loci Castri Novi in Garfagnana, Dioecesis Lucanae, denegatur facultas peragendi juxta solitum Processionem SSmi Crucifixi in nocte Feriae VI. majoris hebdomadae 4134.

Confraternitatis sodalibus, quacumque veste indutis, non licet assistere Vesperis, et Missae solemni intra Presbyterium, ibique thurificationem, aliosque obsequii actus excipere, etiam consentiente Parocho 4289.

In Confraternitatum publicis Oratoriis cantari potest una Missa de Festo Titularis occurrente in Dominicis Adventus, et Quadragesimae privilegiatis, non autem in illis exceptis, quae respuunt etiam duplicia primae classis: et in hujusmodi Missa facienda est commemoratio Dominicae, et diei tantum Octavae occurrentis, cum Evangelio Dominicae in fine 4357. *ad* 8.

Congregationi Sacerdotum saecularium sub invocatione S. Philippi Nerii, vel sub alia qualibet denominatione in associandis funeribus, aliisque functionibus ecclesiasticis, competit praecedentia supra Regulares 3783. 4224.

Comprotectorum Sanctorum Festa indici nequeunt sub praecepto 1775.

Consecratio Ecclesiae fit eo, quo potest, modo, si ob impedimenta ne-

quęant ab extra praescriptae circuitiones fieri 102. 131. 245. 597. 1576. 2196. *ad* 1. 2837. 3070. 3077. 3118. 3445. facienda omnino est simul consecratio Arae maximae 2196. *ad* 2. Anniversarium destinari potest in die ab illa diversa, in qua facta fuit Consecratio 2196. *ad* 3.

Consecratio probatur concludenter ex signis, et haec extitisse probatur per testes deponentes de visu 854. *ad* 1. 1906. si incerta sit Consecrationis dies, Episcopus eam determinat perpetuo servandam 854. *ad ultimum*: dummodo tamen non adsignetur in Adventu, et Quadragesima 1906.

Consecrationis Ecclesiae Anniversarium perpetuo transferendum non est, sed si quandoque cadat in hebdomada majori, transferri debet juxta Rubricas sine Octava 635.

Consecratio novae Ecclesiae facienda est ab Episcopo Dioecesano, non ab Abbate ejus Fundatore, nisi is habeat speciale Indultum Episcopo exhibendum 2534.

Consecratio Ecclesiae ab uno Episcopo incoepta, qui improviso accidenti correptus eam perficere non potuit, ab alio Episcopo est de novo inchoanda, si primus desierit, priusquam Sacro Chrismate liniret duodecim Cruces, et ea verba proferret ✠ *Sanctificetur, et consecretur hoc Templum etc.* In quibus praecipue Ecclesiae Consecratio consistit 339.

Consecrationi Ecclesiae praemittendum jejunium, quod est strictae obligationis quoad Episcopum tantum, et illos, qui petunt Ecclesiam sibi consecrari 4251., ad 1. et 2. Si dies Consecrationis est ferialis, non est servanda a Populo de praecepto *Ibidem ad* 3. Officium inchoandum absoluta Consecratione a Vesperis *Ibidem ad* 4. *et* 5. Si nulla alia Ecclesia adsit in loco, Parochus, vel quilibet alius Sacerdos vel celebret post peractam Consecrationem, vel abstineat *Ibidem ad* 6. Quod si alibi celebret, legere debet Missam de Feria, aut Festo occurrente, non autem de Consecratione *Ibidem ad* 7.

Alia habes V. *Dedicatio* . *Altare* .

Consecratio Episcopi peracta a duobus Episcopis, et Dignitate Ecclesiae Cathedralis una cum omnibus inde sequutis, convalidatur auctoritate Pontificis 1278.

In Consecratione Episcoporum consecrandi uti debent colore albo: Consecrator, et Assistentes colore tempori conveniente 2076. *ad* 2.

Consecratio Episcopi ex speciali gratia; attenta necessitate, et impossibilitate accersendi tres Episcopos, permittitur, ut ab uno fiat cum assistentia duarum Dignitatum loco duorum Episcoporum 196.

Constitutio S. Pii V. servanda est quoad Officium parvum B.M.V., defunctorum, Psalmos graduales, et poenitentiales recitandos in Choro 141. 496.

Constitutio Urbani VIII. de Sacris Imaginibus 1256. alia de observatione Festorum 1264.

Consuetudo antiqua, ac Caeremoniali conformis servanda 49. prout etiam consuetudines, quae laudabiles, et antiquae sunt, quas proinde Caeremoniale Episcoporum non tollit 53. 61. 65. 66. 71. *ad* 1. 80. 83. 97. 120. 171. 195. 235. 297. 311. 1236. 1237. quae nequeunt ab Episcopo tolli, et abrogari 302. Ita etiam consuetudines particularium Ecclesiarum, quae non repugnant ritibus, sed potius circa modum versantur, servandae sunt 2297. 2584.

Consuetudines contra Rubricas Missalis abusus, et corruptelae esse declarantur 3040.

Consuetudo, quod in Cathedralibus, et Collegiatis, in quibus Praebendae non sunt distinctae, Clerici anteriores possessione praeferantur Presbyteris possessione posterioribus, abusus imprescriptibilis declaratur . 1834., 1854., 2562. 3048.

Consuetudo baptizandi per Canonicos

infantes ad instantiam Parentum de licentia Episcopi, non est improbanda, salvis juribus, et emolumentis Archipresbyteri 165.

Consuetudo Ecclesiae particularis in praeintonandis Antiphonis servanda 194.

Consuetudo immemorabilis assistentiae fieri solitae Episcopo per Archipresbyterum, licet Archidiaconus sit prima Dignitas, servanda 200.

Consuetudo recitandi in Choro Officium parvum B. M. V., etiam Dominicis diebus, et Festis semiduplicibus servanda est 209.

Consuetudines quaedam Ecclesiae Cathedralis Gadicen. non omnino reprobatae, sed cum aliqua modificatione permissae 2707. *ad* 1. 2. *et* 3.

Consuetudo tolerari potest, ut Clerici Ministri Altaris, quibus alius locus non est assignatus, sedeant in gradibus Altaris, in quo, ex regionis consuetudine, asservatur SSmum Sacramentum in Tabernaculo inclusum, nec populo patens 227. *ad* 12.

Consuetudo, quod Passio in Dominica Palmarum, et Feria VI. in Parasceve decantetur a' Canonicis, servanda est, non obstante Caeremoniale, in quo disponitur eamdem a Cantoribus esse decantandam 311.

Consuetudo immemorabilis faciendi per proprium Parochum, et Clerum saecularem Officium super defunctis in aliqua Regularium Ecclesia, servanda est 361.

Consuetudo excipiendi a Canonicis a propriis aedibus Episcopum venientem ad audiendam Concionem servanda est 536.

Consuetudo non cantandi duas Missas in Vigiliis, Quadragesima etc. probari debet non per conjecturas, sed concludentissime 1040.

Consuetudo aliquo in loco vigens, quod Clerici, et Presbyteri cum Cruce, et baldachino eant obviam, ac excipiant cives redeuntes in patriam graduatos, omnino prohibenda 1041.

Consuetudo damnanda, quod Parochus in levandis cadaveribus stolam assumat in domo defuncti, et exiens illam dimittat 1287.

Consuetudo in Collegiata delegandi Missas solemnes stationum Presbyteris advenis, praetermissis Canonicis, reprobatur 1580.

Consuetudo vigens aliquo in loco, quod proprius Parochus non associet defunctum in aliena Ecclesia tumulandum, sed facta per ipsum absolutione in propria defuncti domo, consignato cadavere recedat, non reprobatur 2144.

Consuetudo immemorabilis, quod Parochus Cathedralis, non interveniente Capitulo, elevet Crucem in funere deferendo ad Ecclesiam Regularium, servanda est 2162. *ad* 2.

Consuetudo immemorabilis deferendi in funeribus tam Crucem Capituli, quam Parochurum Cathedralis servanda est 2167.

Consuetudines servandae a Vicegubernatore Ecclesiasticis functionibus interessente, et in associatione Episcopi 1976.

Consuetudo excipiendi a Canonicis Cathedralis Calaritanae quemdam Magistratum laicum reprobata, et damnata 2726.

Consuetudinem immemorabilem probandam esse quoad aliquas functiones controversas inter Praepositum, et Archidiaconum Cathedralis Terdonen. S. R. C. respondit 3194.

Consuetudinem Ecclesiae Lucanae canendi quotidie duas Missas conventuales etc. S. R. C. servandam esse respondit 3389.

Consuetudo dandi pacem, et thus Principissae Dominae loci non est servanda 3487.

Consuetudo, quod Diaconus, etiam Episcopo celebrante, thurificet post Magistratum omnes alios ex omni gradu sedentes in scamnis inferioribus vel prope, vel è conspectu Magistratus, reprobatur, etsi sit immemorabilis 3608.

Consuetudo celebrandi de praecepto Festa Titularium Ecclesiarum Dioecesis Januensis, sive sit anterior, sive poste-

rior Constitutione Urbani VIII., non obligat 3774.

Consuetudo, quod simplicibus Sacerdotibus Missas canentibus, praeter Diaconum, et Subdiaconum, Presbyter cum pluviali assistat, improbanda est, nec permittenda 3796.

Consuetudo thurificandi SSmum Sacramentum inclusum in Pyxide, dum defertur pro Viatico ad Infirmos etc., servanda est 3925.

Consuetudo deferendi in Processionibus Reliquiam SSmae Crucis, manibus opertis cum velo e spatulis pendente, potest retineri 3971.

Consuetudo, licet antiqua, celebrandi Missam votivam solemnem de SSmo Sacramento cum *Gloria*, et *Credo* in Feria II. majoris hebdomadae, reprobatur 4154.

Consuetudo, quae viget in Collegiata S. Joannis Baptistae, Dioecesis Nucerinae Paganorum, celebrandi solemniter Officium defunctorum qualibet Feria II. cujuslibet mensis cum expositione SSmi Sacramenti, et castro doloris accensis luminibus circumdato, reprobatur tamquam Rubricis, et Ecclesiae ritibus contraria 4243.

Consuetudo, quae ab antiquo tempore invaluit in quadam Ecclesia Parochiali, quod Assistentes Celebranti in Vesperis solemnibus, non pluvialibus, sed dalmatica, et tunicella induantur, tolerari potest arbitrio Episcopi 4307.

Consuetudo sedendi in gradibus Altaris majoris, terga vertendo SSmo Sacramento, vel exposito vel in Ciburio recondito ad effectum audiendi Concionem, tamquam corruptela minime ferenda reprobatur 4355. *ad* 3.

Consules, *et Assessor* Civitatis Avenionensis thurificandi immediate post Canonicos 2772. 2811. 2895.

Conventio inita a Canonicis Cathedralis, ut Missae conventuales in diebus ferialibus celebrentur a Cappellanis proprio stipendio conducendis, non est observanda, cum recedendum non sit ab usu celebrandi per ipsosmet Canonicos 1275.

Conventuales S. Francisci Oppidi Valentiae del Pò, Dioecesis Papien, occasione Processionis in Festo SSmae Conceptionis, habere debent solitum locum in Choro, et stallis Collegiatae a cornu Epistolae, ibique solitas honorificentias recipere post Canonicos 3858. *ad* 2.

Conventuales S. Francisci Balneagaballi, occasione Processionis, in qua defertur Sacra Imago B. M. V., etsi intersit Capitulum Ecclesiae Matricis cum suo Caeremoniario, possunt superpelliceo amicti vagari ad effectum dirigendi Processionem, et deferendi Sacram Imaginem 4303. Confraternitates vero incedere debent sub propriis vexillis, exceptis illis, quibus de jure competit gestatio Sacrae Imaginis 4304. In alia propositione declaratur Rescriptum 4312.

Sancti Cornelii, *et Cypriani V. Festum*.

Corporale nequit retineri extensum usque ad finem Missae, sed tantum ad praescriptum Rubricae, nec convenit illud extra bursam deferre 3558.

Sanct. Cosmae, et Damiani V. Officium.

Crucem deferendi jus in funeribus nequit a Canonicis Cathedralis delegari Regularibus in praejudicium Collegiatae 1649.

Crucem deferendi in Processionibus cuidam Collegiatae facultatem ab Episcopo concessam S. R. C. adprobare recusat 3295. 3322.

Crucem benedicere, processionaliter deferre, plantare extra claustrum in eorum fundo, Regularibus non licet sine licentia Episcopi 2228.

Cruces, quae fiunt super oblata, fiant manu recta 2094. *ad* 4.

Cruces duodecim, quae in Ecclesiae Con-

Festis Apostolorum ? 2724. *ad* 1.

Dedicationis non est immutanda dies, etiamsi Festum saepe sit transferendum ob occursum Fest. Mobilium 1078. 1523.

Dedicationis Cathedralis Festum concurrens cum Festo Titulari alterius Ecclesiae, Officium faciendum est de Dedicatione: quoad Octavas vero servandae Rubricae 1322. *ad* 3.

Dedicationis Cathedralis Festum ubi fieri debeat cum Octava 1722. 1736. Nequit transferri 1775. Nequit alia Missa celebrari praeter propriam hujus Festi, licet consueverit dici Missa de S. Maria, quia Ecclesia in honorem Beatae Mariae Virginis erat dedicata 1886.

Dedicationis Cathedralis Festum celebrandum esse a Regularibus sub rit. dup. secundae class. sine Octava S. C. declarat 2012.

Dedicationis propriae Ecclesiae Festum incidens cum Festo Dedicationis Basilicarum Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli 2067. 2083.

Dedicatio propriae Ecclesiae dicatae SSmo Salvatori concurrens cum Festo Dedicationis Basilicae Lateranensis, fieri debet de propria Ecclesia, et prima die non impedita infra Octavam de Basilica Lateranensi 1589.

Dedicationis Festum S. R. C. declarat non licuisse celebrari Dominica in Albis, nec posse transferri ab Episcopo in aliam Dominicam, quae in hoc casu assignanda est a Sede Apostolica 2276. Nam Dedicationis Festum semel ac ab Episcopo in actu consecrationis fuit constitutum, non est amplius ab eo variandum 1109. 1206.

Dedicatio Ecclesiarum, quas certo constat non fuisse consecratas, vel de quarum consecratione jure dubitatur, celebrari non potest 679. *ad* 1. Si certa Dedicationis, de qua minime dubitatur, dies ignoratur, Episcopus potest diem statuere pro ejus Anniversario 679 *ad* 2. 2523. vel ad Sac. Congregationem recurrendum 2268. *ad* 7. Festum tamen (nisi sit de Cathedrali) celebrari debet in ea tantum Ecclesia, de cujus consecratione Anniversarium peragitur 679. *ad* 2.

Dedicationis peractae si incerta sit dies, Anniversarium tamen celebrari debet cum Octava ea die, qua verosimiliter ex validis circumstantiis peracta censetur 242. Quod si ob incertitudinem alia fuerit adsignata dies, et postea detegatur documentum, quod incertitudinem tollit, nequit suffragari facta adsignatio, et Anniversarium celebrandum est in ea ipsa die, in qua Ecclesiam consecratam fuisse repertum est 1458. Designare diem pro Anniversario Dedicationis pertinet ad Episcopum in actu Consecrationis; et semel designata, nequit amplius immutari, inconsulta Sede Apostolica 2724. *ad* 2.

Dedicationis Festum si transferri contingat, lumina ad Cruces accendi debent ea die, ad quem transfertur Officium 2830.

Dedicatio S. Mariae Angelorum, quae fit a Fratribus Minoribus sub rit. dup. maj., habet integras primas Vesperas concurrens cum secundis S. Petri ad Vincula 2839. *ad* 1.

Dedicationis Festum fieri nequit de Ecclesiis destructis, vel profanatis 2940. *ad* 1. *et* 2. 4366. *ad* 1. *et* 2.

Dedicationis Festum concurrens in primis Vesperis cum secundis S. Joannis Baptistae, et in secundis cum primis Patroni, et Titularis 3014 *ad* 1.

Dedicationis Festum alicujus Ecclesiae non Cathedralis nequit celebrari cum Officio a confratribus, aliisque loci Sacerdotibus 3244.

Dedicationis Festum occurrens cum Festo Conceptionis B. M. V. Ecclesiae Titularis 3325. concurrens in primis Vesperis cum secundis Assumptionis B. M. V. 1162. 3407.

Dedicationis Octava concurrente cum Octava Tituli, de quo fieri debeat? 3507.

Dedicationis Festum, quod celebratur die 10. Junii incidens cum Festo SSmae Trinitatis, transferri debet juxta Rubricas, et non reponi in Feria II.

impedita ab Officio S. Barnabae Apostoli 3528. *ad* 2.

Dedicationis Octava si occurrat cum Festu Dedicationis Basilicarum Salvatoris, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, pro ejus Commemoratione sumenda est Oratio = *Deus, qui invisibilibus etc.* 3605. *ad* 15.

Dedicatio Ecclesiae solemnioribus Festis adnumeratur, et solemnia Officiorum sunt peragenda a prima Dignitate 3630.

Dedicationis Festum celebrandum est die ab Ordinario designanda, si certa consecrationis dies ignoretur, sed ex signis constet Ecclesiam consecratam fuisse 3749.

Dedicationis Basilicae Lateranensis Festum celebrandum ab universo Clero Saeculari Urbis, ejusque districtus sub rit. dupl. 1. class. cum Octava 3818.

Dedicationis Festum ubi, juxta morem regionis, celebrari solet Dominica immediata post Festum Patroni, in qua cadit quandoque aliud solemne Festum 1. classis, transferendum perpetuo est, assignata per S. R. C. alia die 3823. *ad* 3.

Dedicationis Ecclesiae Matricis Officium recitandum non est, nisi ab adstrictis servitio ejusdem Ecclesiae, aut obtinentibus in ea aliquod Beneficium, etsi tenue 4007.

Dedicationis Festum in concursu, et in Octava num praeferendum Festu Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli? 4008.

Dedicationis Festum non est immutandum, etsi cadat cum Festo S. Silvestri PP. minime transferendo ad annum sequentem, de quo propterea simplex fieri debet Commemoratio 4017.

Dedicationis Officium, quod in ipso die Consecrationis recitandum est a Clero Ecclesiae, quae consecratur, dici potest ab Episcopo non Ordinario loci consecrante non ex praecepto, sed ex congruentia 4032. *ad* 8.

Dedicationis Cathedralis Officium a Regularibus transferri potest, si incidat cum Festo Ordinis altioris ritus 4049. *ad* 1.

Dedicationis Festum, quod celebratur Dominica ultima mensis Junii aliquando impedita Festo Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, non est a sua sede amovendum; sed S. C. permittit, ut concurrens tantum cum praefato Festo possit transferri post Festum S. Annae 4109.

Dedicationis Festum quoad Ecclesias, quas consecratas fuisse constat; sed de certa Consecrationis die periere monumenta, celebrandum est diebus ab Ordinario designandis, cui etiam facultas fit (in casu particulari) amovendi, et ad aliam diem transferendi perpetuo Anniversaria illa Dedicationis, quae perpetuo occurrunt cum Festis primae classis 4151. *ad* 2.

Dedicatio antiquae Cathedralis ad aliam Ecclesiam translatae celebranda solummodo est a Clero eidem antiquae Ecclesiae Cathedrali addicto 4206. *ad* 10.

Dedicationis Festum celebrandum est a Regularibus, etiamsi occurrat Festum Ordinis aequalis ritus, quod ad aliam diem transferri debet 4244. *ad* 8. Si duo haec Festa concurrant in Vesperis, hae integrae sint de Dedicatione cum Commemoratione Festi proprii Ordinis. *Ibidem ad* 9. 4246. *ad* 14. Ita etiam si concurrant cum Vesperis S. Matthaei Apostoli 4244. *ad* 10. 4277. In Hispaniarum Regnis concurrentes cum Vesperis Conceptionis B. M. V. ubi hoc Festum est aequalis ritus, scilicet dup. 1. class., debent esse integrae cum sola Commemoratione Festi Conceptionis 4329. *ad* 1. Haec autem, et alia Decreta, quae dant praelationem Festo Dedicationis, eo innituntur principio, quod Dedicatio Templi sit Festum Domini, ut sub num. 4244. *ad* 10., *et* 4277. Verumtamen animadvertens postea S. R. C. plurima ex hac sententia exoriri Dubia; quum de hujus Festi qualitate omnino sileant Rubricae; imo in Tabella duplicium primae classis collocent idem Festum post illa B. M. V., Nativitatis S. Joannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac omnium Sancto-

rum, et solummodo praeferant Festis Patroni, et Tituli Ecclesiae; satius duxit se conformare ordini, et regulae praefatae Rubricae, cui adhaerens in subsequentibus quaestionibus postea promotis, decrevit Octavas Assumptionis, et Conceptionis praeferendas esse Octavae Dedicationis, et servandas esse Rubricas 4342. *ad* 3. *et* 4. 4350. *ad* 9. *et* 10.

Dedicationis Festum quoad Ecclesias Congregationis Vallisoletanae, certo non consecratas, celebrandum non est, sed in iis celebrari debet de consecratione Ecclesiae Monasterii primarii. Quod si simpliciter dubitetur, et hactenus ex antiqua consuetudine celebratum fuerit, continuari debet 4247. 4248.

Defunctorum Matutinum in generali Commemoratione an cantari possit in Choro pridie post Vesperas? 51. *ad* 3. 3328. *ad* 10. 3426. *ad* 3. 3987. *ad* 5. Licet privatim recitari, non item in Choro, nisi contraria consuetudo vigeret ad fovendam populi devotionem, et frequentiam 4028.

Defunctorum generalis Commemoratio non est facienda in die Dominico 135. Si fiat die 3. Novembris, et alicubi ea die occurrat Festum duplex, quod recolitur magna cum populi veneratione, et concursu, hoc transferendum est, nisi sit de praecepto 3668. 3737. Si quotannis incidat cum Octava Dedicationis Ecclesiae duo dicendae sunt Missae conventuales, una de Octava, altera de Requiem: Missae vero privatae omnes sint de Requiem. Quando vero dies Octava cadit in Dominica omnes Missae esse debent de Octava, translata commemoratione omnium Fidelium ad diem sequentem 3347. Hujusmodi generalis commemoratio admittit Officium duplex translatum, Missae tamen privatae omnes esse debent de Requiem 2978. 3416. *ad* 5. 3894. Alia dubia *ad* 11. Si plures Officia sint transferenda, unum classicum, aliud dup. maj., aliud dup. min., nullum ex his reponi debet in die commemorationis etc. 4244. *ad* 7. Vide etiam 4219. *ad* 13. Si in ea die cadaver sit tumulandum, dici debet Missa, ut in die obitus, praeter illam pro omnibus: Missae vero privatae omnes de commemoratione etc. 3000. Num celebrari possint Missae privatae defunctorum in Ecclesia, in qua recurrente die Commemorationis omnium Fidelium etc. expositum est Sacramentum pro Oratione 40. horarum? 4328. num solemnem Octavam a die generalis Commemorationis celebrare liceat absque Sedis Apostolicae indulto? 2270. 3223.

Defunctorum Ordinis S. Benedicti generalis Commemoratio fieri solita die 23. Novembris non est transferenda, sed si die illa occurrat Festum dup. min. seu translatum, fiat Officium de Festo duplici cum Missa solemni post Tertiam: Officium vero defunctorum recitandum erit post Laudes, et omnes Missae privatae dicantur de Requiem in paramentis nigris 3894. *Alia dubia ad* 11.

Defunctorum commemorationes fieri solitae in Cathedrali Astoricen. in solemnioribus quibusdam diebus in medio, vel in fine sacrarum functionum, ut piis legatis satisfiat, debent transferri ad aliam diem, arbitrio Ordinarii quoad anticipationem, vel posticipationem 4188.

Defunctorum Missae, insepulto, corpore, celebrari possunt, etiam diebus festivis cum Officio 51. *ad* 5. (quod intelligendum est de unica Missa solemni) sepulto corpore, transfertur ad diem sequentem cum eadem solemnitate. *Ibidem*. Quod etiam militat quoad dies 3. 7. *et* 30. *Ibidem*.

Defunctorum Officium non anticipandum, sed recitandum eadem ipsa prima die Mensis non impedita 72. Vesperae decantandae sunt post Vesperas Dominicae, vel alterius Festivitatis, si die sequenti juxta Rubricas dici debeat Officium defunctorum 51. *ad* 4. Officia defunctorum tot sunt re-

citanda, quot sunt obligationes: si nequeant eodem die, transferenda: sed si agatur de Anniversariis, anticipanda 2715. *ad* 1. 2. *et* 3. Nisi tamen ex mente Fundatorum liceat unu Officio satisfieri pro pluribus, quo casu tot addendae sunt Orationes quot sunt obligationes. *Ibidem ad* 4. In Anniversario a Testatore praescripto quoad Officium servandae sunt Rubricae Breviarii, et Ritualis. *Ibidem ad* 5. In defunctorum Officio, etsi integrum recitetur, omitti nequeunt psalmi *Lauda anima mea*, et *De profundis* post Vesperas, et Laudes 3338. *ad* 15. Item omitti non debent in Officio pro commemoratione omnium Defunctorum alicujus Ordinis regularis 4164.4338. *ad* 6. Iis in locis, in quibus saepe non habentur dies non impeditae licite recitari non posse Officium defunctorum, recurrente Officio novem lectionum S. C. respondit 4178.

Defunctorum Missae non sunt decantandae, vel celebrandae diebus solemnibus 206. in aliquo casu particulari S. C. respondit tolerari posse, quod celebrentur Missae a Testatore praescriptae, etiam in duplici non de praecepto 212. 492. ex regula tamen Rubricae nequeunt celebrari in duplicibus, et infra Octavas privilegiatas 1806. Sed dicendae sunt de Officio currenti cum applicatione Sacrificii. Decretum generale 2031.

Defunctorum corpora possunt humo tradi vel in proprio, vel in electo sepulero sine praesentia Parochi, si is requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget 695. Regula tamen est, quod levari nequeant de propria domo, nisi cum interventu, vel de licentia proprii Parochi, cum quo est concordandum de hora 795. *ad* 1. 1464. *ad* 8. Petita, et non obtenta licentia, possunt deponi in aliqua Ecclesia, in qua conveniant, qui ea debent associare 2581. *ad* 1. *et* 2.

Defunctorum haeredes cogi nequeunt a Parochis ad celebranda novemdialia, et Anniversaria in Parochia defuncti, etsi celebrare ea faciant in Ecclesia tumulante 836. *ad* 2. 845. Nequeunt vocare aliquem sibi benevisum ad peragendas functiones cum stola super cadavere, invito Parocho 2463. Possunt tamen ad associandum cadaver vocare Sodalitates, quin Parochus eos prohibere possit 2487. Possunt, expleto funebri Officio, celebrari facere Missam solemnem sine interventu Capituli 3321. *ad* 1. 3404. *ad* 1. Cogi nequeunt ad retinendum cadaver domi usque ad tempus sepulturae, sed petita, et non obtenta Parochi venia, possunt illud deponere in quacumque Ecclesia usque ad tempus illud transferendi ad Ecclesiam tumulantem 3573. *ad* 12. 13. *et* 14. 3705.

Defuncto tumulato ob aliquam causam Vespere, potest mane sequenti fieri Officium, et Missam cantari *de Requiem*, etiamsi fiat de Festo duplici, exceptis tamen diebus, in quibus Missae cantatae de Requiem prohibentur 4246. *ad* 9.

Alia vide sub V. *Altare*, *Anniversarium*, *Cadaver*, *Exequiae*, *Funus*, *Missa de requiem*, *Officium*, *Parochus*.

Delegatus Sedis Apostolicae, sive Episcopi ad immittendum in possessionem novum Canonicum, debet incedere in habitu talari cum Insigniis propriae Dignitatis 4125. *ad* 1. Post assignatum stallum in Choro, vel locum in Capitulo, nequit interesse Choro ad gratiarum actionem. *Ibidem ad* 2. (Supple: Nisi sit de gremio Capituli).

Depositum marmoreum, in quo recondebatur Corpus cujusdam Episcopi, et loco amotum, permittitur, ut reponatur in eadem facie, et altitudine a terra sub conditione tamen, quod cineres sepeliantur sub humo 479.

Deputati Ecclesiastici tam Saeculares, quam Regulares praecedentiam habere debent supra laicos in Congrega-

Corporis Christi, absente Episcopo, non autem Vic rio 1606.

Dignitas loco Episcopi legens nonam Lectionem, in petenda benedictione dicere debet *Jube Domne* 1716.

Dignitas assistens Episcopo tenetur sustinere Librum dum Episcopus aliquid canit; dum vero legit, pertinet ad Cappellanum 1726. 4086. *ad* 1.

Dignitas assistens Episcopo in Sacris paramentis incedere debet immediate ante eum, et non post 1772.

Dignitates, *et Canonici* debita obsequia Episcopo praestare renuentes, compelli debent 1883.

Dignitatibus non licet stolam, et pluviale assumere in Choro 1980.

Dignitatibus assistentibus cum pluviali Episcopo non licet pluvialia deponere, ut interim Missam celebrent 2025.

Dignitates, *et Canonici* parati, vel non parati non debent genuflectere ad solemnem benedictionem Episcopi 2301.

Dignitas, quae prima est, assistere debet Episcopo cum Cappa interessenti functionibus, et in ejus absentia, dignior, qui succedit. Consuetudo contraria abusus declaratur 2325.

Dignitates, *et Canonici* associantes Archipresbyterum Nullius Altamurae non tenentur id agere detecto capite 2457.

Dignitates, *et Canonici* supplentes vices eorum, ad quos spectat assistere Episcopo, his advenientibus, quo in casu locum cedere debeant? 2653. *ad* 1. Si contingat assistentiam fieri a Canonicis ob deficientiam Dignitatum, his supervenientibus, cedi locus debet 182.

Dignitas, *sive Canonicus*, qui simul sit Episcopus titularis, praecedere debet omnes, etsi in Canonicatu digniores, et antiquiores 130.

Dignitates, *et Canonici* in omnibus actis servare debent ordinem, quem tenent in Capitulo 182.

Dignitates digniorem locum cedere debent Canonico parato 182.

Dignitates nequeunt uti strato, sed sedere debent sine eo, ut alii Canonici, et vix permittitur in casu particulari pulvinar corium 304.

Dignitates, *et Canonici* ad benedictionem Episcopi debent tantum caput inclinare, non genuflectere, nec prima Dignitas debet Episcopum thurificare genuflexus 326.

Dignitas Cathedralis praecedit omnibus aliis Dignitatibus, et Canonicis Collegiatarum in omnibus locis, praeterquam in ipsis propriis Ecclesiis Collegiatis 350.

Dignitas, cui competit in solemnioribus Missas celebrare, si nolit aut nequeat, non potest alteri sibi beneviso Canonico, aut Dignitati hoc munus committere, quia ad illud jus habet, qui proxime succedit 404. 2720. *ad* 5.

Dignitatis ratione non est inconveniens, quod quis praecedat eos, qui sunt in ordine majores 487.

Dignitas repraesentans Capitulum, Sede vacante, habet primum locum supra Vicarium Capitularem 539. V. *Vicarius Capitularis*.

Dignitates nolentes celebrare Missas pontificales, justa causa impeditae, possunt tamen assistere in Choro in proprio stallo 540 *ad* 4.

Dignitas per se ipsum agere debet, quae sui sunt muneris, non per substitutum 940. 941. *ad* 2. 960.

Dignitati, *seu Canonico* solemniter celebranti debetur pulvinar cum tapete super scamnum 958., non debetur, praesente Episcopo 994.

Dignitates, *et Canonici* si assistant Divinis sine habitu assignato, nequeunt lucrari distributiones 1074. 1083. Vide *Canonicus Protonotarius*.

Dignitates, *et Canonici*, et alii Abbates nuncupati Protonotariatu titulari insigniti, incedere debent in habitu chorali, si lucrari velint distributiones 1220.

Dignitates, *et Canonici* sumere nequeunt paramenta de Altari 1188.

Dignitates, quae habent Praebendam

diaconalem perpetuo unitam, non apponantur in turno Diaconorum 1515.

Dignitas, quae prima est, tradere debet Celebranti candelam, palmam, cineres, et vicissim ante alios recipit. Ea absente, vel impedita, pertinet ad eum, qui proxime succedit 1483. 1689.

Dignitas thurificari debet duplici ductu, etiam absente Episcopo, ad formam Caeremonialis, non obstante contraria consuetudine 1578. 1603. 2179. 2411.

Dignitates Cathedralis nequeunt in Processionibus a Canonicis dividi; et quatenus Canonici sint numero dispares, senior a sinistris ultimae, vel primae etiam Dignitatis, si aliae non adsint, incedere debet 1593. 2801. 3436.

Dignitates tenentur intonare Antiphonas, ut Canonici 1605.

Dignitati, quae prima erat in quadam Cathedrali, attenta qualitate personae, ac munerum, quibus in Urbe vacaverat, S. C. quasdam honorificentias indulsit 1741.

Dignitatibus solemniter celebrantibus tolerari potest, ut assistat Presbyter pluviali indutus, dummodo consuetudo sit legitime praescripta 1825. *ad* 3.

Dignitas, etsi prima non sit, jus habet benedicendi, et distribuendi candelas in die Purificationis, si id ei fuit attributum in Decreto erectionis 1844.

Dignitas secunda, si velit immediate thurificari post primam, sedere debet in eadem Chori parte secundo loco 1881.

Dignitas, quocumque honore prefulgeat, Missam privatam celebrans, nequit adhibere quatuor candelas, bugiam, canonem, ministrum Sacerdotem praeter Clericum, ac duo intortitia ad elevationem 1885. 2388. Quod intelligitur potiori jure de Canonicis Cathedralium, Collegiatarum, ac etiam Praelatis Episcopo inferioribus privatim celebrantibus 2970.

Dignitatibus solemniter celebrantibus, praeeunte, vel absente Episcopo, tolerari potest, ut per Clericum cotta indutum elevetur Missale, ita tamen, ut pars inferior haereat Altari; quod pariter militat quoad Breviarium in Vesperis, et Laudibus. Toleratur etiam pannum laneum viridis coloris ad scamnum Dignitatum solemniter celebrantium cum tapete, et suppedaneo: ita etiam Abacus super imponendis Candelabris, aliisque ad Sacrificium opportunis 1980.

Dignitate celebrante, et canente nonam lectionem, benedictio danda est a digniore Canonico, si aliae Dignitates absint 1980.

Dignitatibus non competit usus pulvinarium 2127. *ad* 3.

Dignitati, et non Vicario competit in hebdomada Sancta dicere Orationem, *Respice etc.* 2240.

Dignitatibus habentibus usum Mitrae haud licet in Processionibus penes se Mitram deferri facere cum velo appenso. 2305. *ad* 1. Non tamen eis interdicitur in Processionibus usus Mitrae *Ibidem ad* 2. Ea uti nequeunt accedentes ad alias Ecclesias exemptas, vel non exemptas, capitulariter, vel sejunctim. *Ibidem ad* 3. Neque ea uti possunt in Officiis, et Missis defunctorum, aut in diebus ferialis, sed tantum in solemnioribus, et ubique de praecepto *Ibidem ad* 4. Nec valet consuetudo contraria *Ibidem ad* 5. Mitrae usum habentes per se debent eam sibi imponere, et auferre 2594.

Dignitatibus accedentibus ad alteram Chori partem, pro audienda concione, Canonici primum locum cedere debent 2572.

Dignitas gaudens simul Canonicali Praebenda, dum agit, quae Canonici sunt, nulla gaudere debet praerogativa supra alios 2691.

Dignitates, et Canonici Metropolitanae praeeminentiam dare debent Episcopis suffraganeis, et exteris: Item Vicario generali, dum non sunt parati 1822.

Dignitates Collegiatarum in Processio-

nibus sine Sacramento incedere debent cum suis Capitulis sine pluvialibus 572.

Dignitati Ecclesiae Collegiatae solemniter celebranti non licet habere Presbyterum cum pluviali ultra Diaconum, et Subdiaconum 1250. *ad* 1. Neque debet solus incedere in Processionibus, nisi cum habitu sacro 1250. *ad* 3.

Dignitas, quae succedit primae Dignitati impeditae in Collegiatis, debet peragere functiones, quae ab eadem essent peragendae 1557. Ad praescriptum Caeremonialis *cap.* 2. *lib.* 1. *de supplendis vicibus* 1566.

Dignitates Collegiatarum nequeunt in Synodis interponi inter Dignitates, et Canonicos Cathedralis 1766.

Dignitates, *et Canonici* quo ordine thurificandi 2795. *ad* 1. 2. *et* 6. Quid si Dignitates Ecclesiae Collegiatae conveniant in Cathedrali, et simul cum hujus Capitulo occasione alicujus solemnitatis assistant? *Ibidem ad* 3. Ubi mos est thurificandi Dignitates triplici ductu, absente Episcopo, servari debet, dummodo tamen de immemorabili concludenter constet 2795. *ad* 5.

Dignitates, *et Canonici* Missam conventualem celebraturi die Dominico debent aspersionem facere per se ipsos 2816. 4086. *ad* 13.

Dignitas, quae habet primum stallum in digniori parte Chori celebrans Divina Officia in solemnioribus festivitatibus, debet occupare sedem hebdomadarii, etsi haec sita sit in parte sinistra 2896. *ad* 1.

Dignitates, *et Canonici* thurificandi duplici ductu 2972. *ad* 2.

Dignitatibus assistentibus in habitu chorali nulla debetur praeeminentia supra Celebrantem, sacrosque ministros in die Purificationis, Feria IV. Cinerum, Dominica Palmarum, Communione generali Feria V. in Coena Domini 2972. *ad* 5. Non licet insignia sumere in Choro, sed sumenda sunt in Sacristia *Ibidem ad* 6 Non licet eis condonare puncturas. *Ibidem ad* 7. Recensentur praeeminentiae, quae debentur Dignitatibus in Choro 2988. *ad* 1. 2. 3. 4., *et* 5.

Dignitatibus, *et Canonicis* Cathedralis in Synodo debetur praeeminentia supra Abbates Mitratos 2890. *ad* 1.

Dignitas, quae prima est, debet dare signum inchoandi horas Canonicas, licet ad alteram Dignitatem pertineat dirigere Chorum 3139.

Dignitates, *et Canonici* ante Missam conventualem Dominicae singillatim sunt aspergendi, reliqui de Clero pariter singillatim, si sint in parvo numero; si vero in magno, omnes quasi unico ictu aspergendi per gyrum; populus ter, in medio scilicet, et a dexteris, ac sinistris 3344. *ad* 4.

Dignitates nequeunt cogi ad munus Diaconi, et Subdiaconi, celebrante Canonico, vel Portionario 3383. *ad* 2. *et* 3. 3434. 3706. *ad* 5.

Dignitates, *et Canonici* pro Sacro faciendo parati existenti Episcopo cum cappa, ante Missae initium non debent genuflectere 3402. *ad* 10.

Dignitati, *vel Canonico* celebranti indistincte debetur primus locus in Choro, et aequalis numerus Clericorum 3428.

Dignitates, uti Canonici ex gratia obtinuerunt, ut propriis expensis exteris Sacerdotibus committerent munus Diaconi, et Subdiaconi, non tenentur ad contributionem 3480. *ad* 1. 2. 3. *et* 4. Nec tenentur descendere, et assistere ad Legile *Ibidem ad* 5.

Dignitatibus primis absentibus, qui proxime succedunt, debent inservire Episcopo Pontificalia agenti 3523.

Dignitate prima impedita, Missae solemnes, aliaeque Functiones pertinent ad eum, qui proxime succedit, non autem ad substitutum primae Dignitatis Vicarium nuncupatum 3559. *ad* 1. *et* 2.

Dignitas, quae prima est in Collegiata celebrare debet in solemnioribus diebus 3653. *ad* 1. Si sit impedita, nequit alium ad sui placitum substituere, quia celebratio de jure spectat ad illum, qui proxime succedit *Ibidem*

ad 2. Missae in diebus minus solemnibus, ut sunt dies 2. Paschatis, et Pentecosten, Festum S. Stephani, Dominica infra Octavam Corporis Christi, spectant ad secundam Dignitatem, non ad hebdomadarium. *Ibidem ad* 3.

Dignitas, quae prima est in Cathedrali decet, ut Episcopo non celebrante in solemnioribus festivitatibus, celebret Missas, et utrasque Vesperas 3662. Ei tamen non debentur quaedam honorificentiae, quibus quodammodo in paramentis, et assistentibus distinguatur ab aliis Dignitatibus, et Canonicis 3734. *ad* 2. 3. *et* 4.

Dignitates Ecclesiae Cathedralis Majoricen., quae simul non sunt Canonici, locum, et vocem non habent in Capitulo, nisi quoad ea, quae concernunt fructus mensae 3706. *ad* 1. *et* 2. Dignitati, quae simul sit Canonicus, competit, mortuo Episcopo, convocare Capitulum pro eligendo Vicario Capitulari. *Ibidem ad* 6. functiones tamen solemnes pertinent etiam ordine successivo ad alias Dignitates, etsi non Canonicos, neutiquam vero ad Vicarium Capitularem. *Ibidem ad* 7. Dignitates, quae simul sunt Canonici, habent in Capitulo praecedentiam supra simplices Canonicos etsi antiquiores 2547. *cum* 3707. *ad* 1., et a digniore turnum incipit 2691. *cum* 3707. *ad* 2., quae militant etiam quoad eorum Coadjutores 3707. *ad* 3. *et* 4. Sive vero sint Canonici, sive non, eorumque Coadjutores praecise a functionibus Chori, et Processionum, in caeteris congressibus extra Ecclesiam Cathedralem, ubi Canonici capitulariter conveniunt, praecedunt Canonicis. 3707. *ad* 5.

Dignitates Cathedralis Neritonen. tenentur implere munus Turnarii in associatione funerum 3880. *ad* 5.

Dignitate ultima, ubi plures sunt, deficiente, celebratio Missarum, ac Divinorum Officiorum ab ipsa peragenda, suppleri debent ab altera ex iisdem Dignitatibus, non autem a Canonico Presbytero antiquiori. 3915. *ad* 4. (Adde, nisi in defectu omnium Dignitatum).

Dignitas in Sacris non constituta potest in Processionibus, aliisque Solemnitatibus sacras vestes deferre, et praecedere Canonicis Presbyteris 3926. *ad* 21. Non habens aetatem idoneam ad sacros Ordines, etiam dispensatus super defectu aetatis, nequit habere vocem in Capitulo. *Ibidem ad* 22.

Dignitati, quae prima ordine est, et hac impedita, illi, quae proxime succedit, competit convocare Capitulum 3926. *ad* 23., et Syndici tenentur ei designare materias proponendas in genere, et non in specie. *Ibidem ad* 24. facta vero materiarum designatione, et renuente Dignitate impertiri licentiam pro convocando Capitulo, licet Syndicis illud intimare per affixionem schedulae. *Ibidem ad* 25.

Dignitas, quae in Officio majoris hebdomadae intonat Antiphonas; num teneatur etiam canere Lamentationes? 3926. *ad* 26.

Dignitati, etiamsi eam obtineat simplex Clericus, praecedentia competit supra omnes, Canonicos etiam Presbyteros 4221. *ad* 1.

Dignitas prima, si celebret solemniter Matutinum, et alii digniores non adsint, nequit Clericus, etsi primus ratione dignitatis, benedictionem impertiri ad nonam Lectionem 4221. *ad* 2.

Dignitas prima, etsi non sit in ordine Presbyterali, debet ministrare Celebranti candelam, et palmam in die Purificationis, et Dominica Palmarum 4320. *ad* 4.

Dignitas Festi V. *Festi dignitas*.

S. Dionysii V. *Officium*.

Distributio Candelarum, Cinerum Palmarum facienda est a Celebrante, non a Vicario. 1111. 1117. fieri debet a Priore Matricis, dummodo Missam celebret, prout etiam delatio SSmi Sacramenti Feria V. in Coena Domini, et absolutio in commemoratione omnium

pitis inclinationem a Sacerdotibus celebrantibus in loco suae jurisdictionis 1604. Permittitur sedes non gradata nec fixa cum genuflexorio extra Presbyterium, pax cum instrumento, thurificatio duplici ductu per Cappellanum, non per sacrum ministrum 1945. 2486. eo adveniente, nec licet pulsare campanas sine Ordinarii licentia 918. 979.

Dominae loci num debeatur thurificatio? 2759.

Domino loci non debentur honorificentiae, quae soli Episcopo competunt 2933.

Dominus loci in Ecclesia Parochiali thurificandus duplici ductu ab eodem ministro, qui caeteros thurificat, post Celebrantem, ac duos ministros paratos ante reliquos 2952.

Domino loci, qui sit magnus Princeps, plura conceduntur, quae aliis locorum Dominis, et Baronibus non conveniunt 702. Ideo S. R. C. adprobat concordiam initam inter Ducem Segobricae, et Capitulum Cathedralis 2430.

Domina loci nequit habere in Ecclesiis genuflexorium cum stratu, et pulvinari. 3004.

Dominum loci ex urbanitate post finem Missae a Sacerdote salutari posse S. R. C. respondit 3489. 3509. Non ei debetur a Concionatore salutatio cum titulo Excellentiae 3556. *ad* 1.

Dominus loci nequit habere in Ecclesia sedem fixam cum scabello, tapete, suppedaneis, et postergalibus, sed amovibilem, et cameralem tantum 3535. *ad* 1. Permittitur genuflexorium cum tapete, et pulvinaribus. *Ibidem ad* 2. Non autem haec permittuntur pro ejus Matre. *Ibidem ad* 3. Non ei ministranda est aqua benedicta propriis manibus a Parocho superpelliceo, vel pluviali induto in aspersione fieri solita singulis Dominicis. *Ibidem ad* 4. Non ci debentur triplex thurificatio, et osculum Evangelii. *Ibidem ad* 5.

Domino loci quaedam honorificentiae ab Episcopo permissae in vim concordiae a S. R. C. reprobantur 3717.

Dominus loci quomodo excipiendus sit in Ecclesia Ferentilli in spiritualibus subjectae Ecclesiae Lateranensi, et quae sedes competat ejus Commissario, seu Auditori 3869.

Dominus loci, quoad genuflexorium, ejus ornatum, et locum, in quo collocandum est 3860.

Alia videri possunt 2735. 2890. 3622. 3780. 3789. 3806. 3974. 4055. 4227. Vide etiam *Barones*.

Dominus vobiscum dici non debet ad Orationem, quae praemittitur benedictioni cum Sacramento 2076. *ad* 7. 2600. 4150. *ad* 7.

Dormire, et versari non licet in cubiculis extructis supra Cappellas, in quibus Missa celebratur 1178.

Duplicia translata habent locum in quacumque die infra Octavas non privilegiatas non impedita Officio novem lectionum 2768.

Duplicia, et semiduplicia translata praeferenda sunt Officiis votivis concessis semel in hebdomada 3354. *ad* 1.

Duplex secundae classis cum Octava cadens in Dominica septuagesimae, si transferatur ad Sabbatum sequens, habet integras secundas Vesperas cum commemoratione Sexagesimae; et quatenus dies Octava habeat Orationem propriam, haec erit recitanda 3906. *ad* 1.

Duplicia majora habent Lectiones 1. Nocturni vel proprias, vel de communi, non autem de Scriptura occurrente 3970. *ad* 3.

Duplex secundae classis occurrens cum Dominica privilegiata transfertur ad primam diem non impeditam Festo novem lectionum 4026. *ad* 2.

Duplicia, quae locum translationis non habent, omittenda sunt, non anticipanda 4217. *ad* 7.

Duplicia, et *semiduplicia* ad ritum simplicem per accidens redacta, quia nequeunt transferri, cum deficiant in fine anni dies liberi, si occurrant in

Dominica Paschae, et Pentecostes, ac duobus sequentibus diebus,omittuntur, et nullam habeut commemorationem 4229. *ad* 1. *et* 2. Si Concurrant cum duplicibus primae classis, et secundae, comprehensis etiam Festis Ascensionis, ac Corporis Christi, habere debent Commemorationem in Laudibus,utrisque Vesperis, et Missa, una excepta conventuali. *Ibidem ad* 3. Item in Vesperis Feriae III. Paschatis, et Pentecosten, et in secundis cujuscumque Festi primae, et secundae classis casu, quo de iisdem faciendа sit Commemoratio die sequenti. *Ibidem ad* 4. Habere possunt nonam Lectionem historicam, praeter quam in Officio trium Lectionum, in Octava Corporis Christi, et dum legenda est Homilia super Evangelium. *Ibidem ad* 5. Nequit tamen fieri commemoratio in Dominica Palmarum, et Vigilia Pentecostes, etiamsi facta sit in Officio. *Ibidem ad* 6. Si hujusmodi duplicia, et semiduplicia cadant in Dominicis privilegiatis, ac proinde facienda sit de iisdem Commemoratio, ut de simplici, non ideo omittenda sunt suffragia, preces, et 3. Oratio in Missa. *Ibidem ad* 7. Si semiduplex per accidens simplex cadat in Dominica per annum occurrente infra aliquam Octavam, adhibendus est color conveniens Octavae, non semiduplici simplificato. *Ibidem ad* 8. Commemoratio duplicis simplificandi cadentis in die Dominica, in qua fit Officium Festi mobilis majoris ritus, vel dignitatis, praeferenda est Commemorationi Dominicae. *Ibidem ad* 9. Ordo quoad hujusmodi duplicia, et semiduplicia ad ritum simplicem redacta etiam clarius exponitur *sub num.* 4246. *ad* 1. 2., *et* 3.

Duplex translatum reponi potest in die 30. Decembris, quando occurrit in Sabbato, in quo fieri deberet de Octava Nativitatis 4236.

Duplicia, si cadant in Dominica impedita, nequeunt transferri ad diem sequentem liberam, si alia sint Festa aequalis ritus antecedenter translata; nec valet ratio retinendi in Officio Confessoris versum *Beatas* ad hymnum, neque prodest jus vicinitatis, nam sequendus est ordo translationis 4299. *ad* 8. *et* 9.

Duplex a sua sede amotum, et ad aliam diem fixe translatum, non est ulterius transferendum, etiamsi ea dies postea alieni novo Officio fuerit assignata 4342. *ad* 6.

E

Ecce Agnus Dei etc. non dicitur ab Episcopo dum Eucharistiam distribuit Presbyteris ab eo in Missa ordinatis; dici tamen debet in Communione aliis praebenda, prout etiam in Communioni generali Feriae V. in Coena Domini 3465. *ad* 4.

Ecclesia, in qua mortuorum corpora sepulta sunt, potest consecrari, dummodo sub Altari humata non sint, aut sub Confessione, ubi Sanctorum Corpora, et Reliquiae locantur 179.

Ecclesiae consecratae reconciliatio, proprio Episcopo impedito, committi debet alteri Episcopo; benedictae vero alieni Presbytero in dignitate Ecclesiastica constituto. 224.

Ecclesia prophanata, si postea sub eodem titulo, quo prius distinguebatur fuerit restituta, potest Titularis Festum celebrari, etiamsi celebretur etiam in alia Ecclesia, ad quam idem titulus translatus fuit 481.

Ecclesiae dedicatae in honorem B. M. V., quin innotescat sub quo titulo, aut mysterio, assignatur pro Titulari Festum Assumptionis 1556.

Ecclesiae Civitatis, et Dioecesis nequeunt se conformare in Officio, et Missa cum Cathedrali in Festis Sanctorum ejusdem propriis, et Reliquiarum, quae in ea asservantur 625. *ad* 7.

Ecclesia Monialium gaudet privilegio retinendi Sacramentum sine speciali licentia, si Monasterium sit legitime erectum; secus non potest 1349.

Ecclesia, cui Clericus fuit adscriptus in susceptione primae Tonsurae, nullum acquirit jus quoad sepulturam 1399

Ecclesiae, quae non sunt Parochiales, nequeunt retinere Sacramentum 508.

In Ecclesia, quae gaudet privilegio celebrandi Officium novem Lectionum, qualibet hebdomada non impedita, nequit cantari unica Missa Feriae cum Commemoratione Officii currentis, quando eo die occurrit Feria, quae habet Missam propriam 3328. *ad* 21.

Ecclesiam Cathedralem Ferentini non indigere nova consecratione S. R. C. respondit, etsi nullum consecrationis signum, aut monumentum extaret, sed Anniversarium semper celebrari consueverat 3606.

Ecclesiae sitae intra limites Parochiae; ab hac tamen sejunctae nullam habent dependentiam in explendis functionibus Ecclesiasticis a Parocho, et Capitulo Collegiatae, exceptis functionibus expressis in Synodo 3774. *ad* 1. Hinc celebratio Missae solemnis in diebus festivis pertinet ad Cappellanum. *Ibidem ad* 2. a quo aspersorium porrigendum est Episcopo ad dictam Ecclesiam accedenti? *Ibidem ad* 3. Parochus tamen, vel alter de Capitulo potest retinere clavem capsulae expositae in dicta Ecclesia pro eleemosynis. *Ibidem ad* 4.

Ecclesiae, quarum Titularis est S. Maria Angelorum, ut Domina, et Regina Angelorum, vel memoriam recolendi causa apparitionis ejusdem B. M. V. cum multitudine Angelorum S. Francisco, celebrare debent Festum in die Assumptionis cum ejusdem Octava 3623.

In Ecclesia juris Patronatus licet, invito Parocho, Festa peragi, quin Parochus debeat invitari 4047. *ad* 1. *et* 2. Possunt ibi Confessarii ab Ordinario adprobati Sacramentum poenitentiae administrare, servata forma approbationis. *Ibidem ad* 3. Nequit Parochus, invito Patrono, aut Ecclesiae Cappellano, ibi peragere functiones Parochiales, aut mere Ecclesiasticas, exceptis casibus necessitatis. *Ibidem ad* 4. In altera propositione moderatum fuit Decretum, et responsum, licere Parocho exercere functiones parochiales tantum, sed praevia participatione facienda Cappellano. *Ibidem*. Quae resolutiones, utpote peculiaribus circumstantiis in casu particulari accomodatae, nullum praejudicium inferunt juribus Parochialibus quoad alias Ecclesias. *Ibidem*. Vide etiam quaestiones haud absimiles in *Melevitana* 4057.

Ecclesia, quae Titularem habet SSmum Salvatorem, congruit, ut Festum de Titulari celebret cum Officio Transfigurationis die 6. Augusti, et ejus Octava 4110. *ad* 4.

In Ecclesia noviter aedificata sub titulo SSmi Nominis Mariae, abdicato antiquo titulo S. Mariae de Nemore, celebrandum est Festum novi Tituli 4135.

Ecclesias reconciliandi cum aqua ab Episcopo benedicta, peculiaribus attentis circumstantiis, facultas fit Vicario generali, vel Capitulari, aut primae Dignitati Cathedralis Salmaticen. cum quibusdam tamen cauthelis, et limitationibus 4158.

Ecclesia exempta, et immediate Sanctae Sedi subjecta, non tenetur ad Officia Dioecesis, intra cujus fines sita est, praesertim si eadem non reperiantur in Breviario Romano, nec constet de Apostolica adprobatione; Item debet se conformari quoad ritum Calendario Romano, et non illi Dioecesis. Ex Officiis vero pro aliis locis adprobatis, et ab Episcopo sine Apostolicae Sedis auctoritate ad suam Dioecesim extensis ea retinere tantummodo potest, quae ab antiquo jam usu hoc usque celebrare consuevit, quaeque a Rubricis Breviarii Romani, et Decretis S. R. C. permittuntur 4181.

Ecclesia Cathedralis titulo immutato fieri debet Officium ab utroque Clero de novo Titulari, ut Decreta praecipiunt: de antiquo vero satis est, ut fiat sub rit. dup. min., etsi in Cathedrali

fiat sub rit. dup. 1. class. 4212. *ad* 2.

S. Eliae V. *Officium* .

S. Elisabeth V. *Officium* .

Ephiphaniae dies infra Octavam excludunt omnia Festa, praeterquam duplicia 1. class. Hinc si occurrat Festum Patroni minus principalis est transferendum 1933.

Episcopus jubere potest, ne cogatur Capitulum dum horae canonicae persolvuntur sub poena amissionis distributionum : 1 *ad* 1. Potest incipere visitationem ab Ecclesia, quae magis ei libet, salvis aliarum juribus. *Ibidem ad* 2. Potest hortari, non cogere Parochos, ut sacra suppellectilia praebeant Sacerdotibus in eorum Ecclesiis Sacra facientibus. *Ibidem ad* 3. (Vide etiam 3324.) Nec cogere Regulares, ut Commemorationem faciant Episcopi loci. *Ibidem ad* 4. Potest jubere, ut nihil sit circa Altaria, quod offensionem, et scandalum pariat. *Ibidem ad* 5. Potest jubere, ut amoveantur sedes laicorum a Presbyterio. *Ibidem ad* 6.

Episcopus potest secum ducere binos Canonicos pro condendis legibus Synodalibus, dummodo hi non absint longiori tempore a Concilio permisso 14. *ad* 1. si tempus hoc sit nimis angustum, prorogatur, sed non indefinite 15.

Episcopus potest jubere, ne a novis provisis persolvatur certa summa in possessione, si haec sit in Canonicorum profectum ; secus, si in Ecclesiae utilitatem 14. *ad* 5.

Episcopus absentiam Canonicorum potest ad Concilii praescriptum reducere, non obstante contrario usu 26. *ad* 1.

Episcopus nequit cogere Canonicos, ut cappam induant sine expresso Sedis Apostolicae indulto 81. *ad* 3. prohibere potest Canonicis, ne omnes simul, vel majori in parte fruantur vacatione a Concilio permissa. *Ibidem ad* 7.

Episcopus accedens ad Ecclesiam Abbatialem, et Collegiatam exemptam, privative debet confessionem facere, incensum imponere, benedicere etc. 86. *ad* 5. Item accedens ad Ecclesiam Regularium 2580. *ad* 2.

Episcopus potest pro arbitrio moderare scamna, et sedes laicorum in Ecclesia 110. *ad* 3.

Episcopus nequit tamquam Judex, definire dubia, quae circa ritus, et caeremonias versantur 117. *ad* 1. aut ritos immutare 2385. *ad* 2.

Episcopus, dimissa Episcopatus administratione, non amittit jus antianitatis, ideo praecedit alios post ipsum electos 153.

Episcopo competit indicere Processiones, et determinare horas eas ducendi, et omnes vocati tenentur interesse 170.

Episcopo non licet ad Dioecesim extendere Officium, quod ab immemorabili recitabatur in Cathedrali 191.

Episcopus concionaturus non convenit ut ab loci Ordinario, etiam Cardinali, benedictionem petat 196.

Episcopus in sua Dioecesi praeferendus aliis antiquioribus, uno excepto Metropolitano : debet tamen advenas, et peregrinos in sua Dioecesi honorare, et ex urbanitate dexteram, et locum digniorem eis cedere 253.

Episcopi praecedentia petenda est a tempore electionis, et promotionis, ita ut qui antiquior est praecedat 257. 2696. et strictim a die Decreti Consistorialis super expeditione Ecclesiae 1146.

Episcopo non licet aliquid circa Insignia Dignitatum, Canonicorum, aliorumque Ministrorum immutare sine licentia Sedis Apostolicae : Si secus fecerit, cuncta in pristinum restituantur 313. 318. 601. 745.

Episcopus in omnibus suae Dioecesis Ecclesiis, quamtumvis exemptis, et privilegiatis, est honorandus ; qui renuunt ad id praestandum, censuris compellendi 330.

Episcopo, Canonicis, et Clero, qui ob

aeris intemperiem, vel ob aliam quamcumque causam secesserunt a Cathedrali transferentes residentiam ad simplicem Ecclesiam sitam intra limites unicae Oppidi Paroeciae, licet cum pro pria Cruce, et sine licentia Parochi Processiones ducere ad quascumque Ecclesias, et per totum Oppidum, prout facerent residentes in Cathedrali 362.

Episcopus in sua Dioecesi privativum jus habet indicendi publicas Processiones, et per edictum ad illas convocandi 381. *ad* 1. Item jubendi, ne aliquae fiant ex devotione Populi, et Confraternitatum. *Ibidem ad* 2.

Episcopo accedenti ad Ecclesiam Monialium sub jurisdictione Abbatis Regularis paranda est sedes in digniore parte Chori, cum ornatu congruo, et gradibus: Abbati vero sedes cameralis absque ornatu, et gradu a sinistris Episcopi, aut in alia Chori, vel Ecclesiae parte 383.

Episcopus in sua Dioecesi privativum jus habet erigendi de novo Confraternitates, et earum statuta confirmandi 401.

Episcopo in aliena Dioecesi non licet sibi pannum cum pulvinari sternere, neque ei competit deosculatio Textus Evangelii 414. Ab eodem fieri debet reverentia Archiepiscopo uti majori. *Ibidem*.

Episcopi est pro sua prudentia abusus circa ritus, et caeremonias corrigere, et cuncta ad formam Caeremonialis revocare 436.

Episcopi in Italia, Cardinalibus praesentibus, solent Mozzettam deponere: ad id tenentur, si res sit de Cardinali Legato 454.

Episcopus in decernendis, dirigendis, deducendis Processionibus exquirit consilium Capituli, non consensum 467.

Episcopus, vel Archiepiscopus si conveniat cum aliis Gubernatoribus, qui non sunt Praelati, stare debet, dum alii genuflectunt 475. *ad* 2.

Episcopis non licet addere Calendariis Officia Sanctorum, nisi ad praescriptum Rubricarum, et juxta Apostolicae Sedis, et S. R. C. concessiones 593. 745.

Episcopo licet accedere ad Ecclesiam exemptam etiam Ordinis Hierosolymitani ad faciendas Processiones, et ibi baldachinum erigere, ac Pontificalia exercere 605.

Episcopi, vel Regularium Praesides nequeunt elevare Festa Calendarii ad nobiliorem ritum sine licentia Sedis Apostolicae 605. *ad* 8.

Episcopus jubere potest, ut in Ecclesia accendantur duo lumina super Altare, quotiescumque expositum est Sacramentum pro Communione Fidelium 630. *ad* 1.

Episcopi defuncti cadaver deferri non licet sub baldachino 769. Positum in feretro deferendum est a Beneficiatis 1668.

Episcopi est dare, vel negare licentiam Sacerdotibus legendi in fine Missae sacris paramentis indutis Passionem Domini secundum Joannem ad evitandas tempestates. 835. Quod si id fieri vetet, ejus praecepto parendum est, et inobedientes coercendi sunt, etiam auctoritate S. C. 1573.

Episcopus quoad habitum praesente Nuntio Apostolico cum facultate Legati 1044.

Episcopus nequit praecipere, ut servetur de praecepto Festum Patroni, qui non fuit electus servatis servandis, ac proinde praeceptum non tenet 1108.

Episcopus commorans in aliquo suae Dioecesis Oppido, potest in Ecclesia Parochiali erigere sedem cum baldachino 1231 *ad* 4. Sed exigere nequit, ut Parochus sibi Missam privatam audienti praebeat librum Evangeliorum; et pacem ad osculum, eum ad Ecclesiam venientem excipiat e domo, et paramenta ministret pro Cappellanis. *Ibidem ad* 1. 2. *et* 3.

Episcopi arbitrio relinquitur subdelegare Sacerdotem pro benedicendis agris, neque vigore Brevis adstringitur ad eligendum digniorem 1251.

Episcopis advenis non licere, etiam cum

licentia Dioecesani benedicere Calices, Patenas etc. privatim, et sine solemnitate in casu proposito S. R. C. respondit 1253.

Episcopus commorans in aliquo suae Dioecesis Oppido satisfacit obligationi horarum Canonicarum recitans Officium proprium illius loci 1290.

Episcopus celebrans in aliqua Civitatis Ecclesia potest paramenta sumere de Cathedrali. 1284. *ad* 5.

Episcopus potest pro lubitu quemlibet delegare ad effectum benedicendi Ecclesiam, non autem consecrandi 1397.

Episcopus nequit, inconsulta Sede Apostolica, statuere certam diem pro sede Festi perpetuo translati 1415.

Episcopus nequit permittere Monialibus sibi subjectis, et utentibus Breviario Romano, ut recitent nova respectivi Ordinis Officia, nisi constet adprobata fuisse a Sede Apostolica 1423. *ad* 1.

Episcopo non licet deferre Sanctissimum Sacramentum in sede portatili 1512.

Episcopus nequit stolae usum permittere singulis Cappellanis Congregationis SSmi Sacramenti in solemni Processione Corporis Christi 1617. *ad* 3.

Episcopus infra suae Dioecesis ambitum praeferendus omnibus Archiepiscopis, et Episcopis, etiam senioribus: extra vero, servandus est ordo antianitatis 1645.

Episcopus impeditus nequit delegare suum Vicarium Episcopali charactere insignitum ad explendas functiones, quae competunt Dignitatibus, et illas tantum potest ei demandare, quae a solo Episcopo fieri possunt 1655.

Episcopo in aliena Dioecesi, et extra locum suae jurisdictionis assistenti concionibus debetur dignior locus, magisque ornatus 1719.

Episcopo petenti facultatem asservandi Feria V. in Coena Domini Sacramentum, ut posset Feria VI. privatim celebrare, S. R. C. respondit: Satis consultum per caeremoniale, si velit Episcopus ea die celebrare 1805.

Episcopus potest indicere Festum principalis Patroni de praecepto in vim Constitutionis Urbanae; quo vero ad Vigiliam canto opus est, ne subditi novo graventur onere 1928.

Episcopo podagra laboranti denegatur facultas consecrandi Sacra Olea, et Moniales, Missam celebrante Vicario, seu alia Dignitate, ipso vero sedente, et legente formulam Consecrationis; et quatenus nequeat has peragere functiones, potius debet abstinere 1967. Denegatur pariter petenti facultatem conficiendi Sacra Olea in cappella sui palatii ob salutis incommoda 2003.

Episcopus in oratione Rogationum ad aliquam Regularium Ecclesiam accedens, excipiendus est a tota Communitate 2021.

Episcopus potest erigere baldachinum in Regularium Ecclesiis, interessendo functionibus sacris, et concioni 2125 *ad* 1. Accedens ad Ecclesiam Abbatialem, recipere debet Aspersorium ab Abbate, non a Dignitate Cathedralis 2170. Si de mane ibi assistat, et non in Vesperis, baldachinum deponi debet. *Ibidem*. S. C. praefata Decreta confirmat. 2223.

Episcopo in casu necessitatis licet assumere ad servitium Altaris Ministros ordinis inferioris, etiamsi non sint de Capitulo 2175.

Episcopus in peragenda visitatione conformare se debet Caeremoniali 2186. *ad* 1.

Episcopus visitans Ecclesias exemptas tamquam delegatus Apostolicus conformare se debet solito quoad usum baldachini 2192.

Episcopi est tollere abusus, si qui irrepseruut in Ecclesiis Regularium 2293. *ad* 5.

Episcopus procedere potest contra renuentes accedere ad Processiones pro publico bono, et de mandato SSmi indictas 2306.

Episcopo jubenti quaedam ad majus dignitatis, et Ecclesiae decus Canonici Cathedralis parere debent: secus in poenas ab eo comminatas incurrunt 2510.

Episcopus in recitatione Officii debet se

conformare ritui propriae Ecclesiae, etiamsi ab ea absit 2676. *ad* 3.

Episcopus cum cappa assistens debet sibi biretum imponere, et deponere 103. 693. 1228. *ad* 2. 1392. *ad* 1. 1420. *ad* 1. 2555. *ad* 4.

Episcopo in aliena Dioecesi non competunt praeeminentiae, quae in propria ei conveniunt 104.

Episcopus satis est, ut manu benedicat Canonicos ante ipsum transeuntes, dum assistit Divinis, tecto capite 81. *ad* 5.

Episcopus potest in Ecclesia exempta suos Canonicos assumere, et cum iisdem celebrando, circulos habere 86. *ad* 1.

Episcopo solemniter celebranti, vel Ordinationes facienti, vel non, saltem quinque illae personae debent assistere, quas enumerat liber caeremonialis 172. Ordinationes facienti cum Missa plana quinam assistere, et ministrare debeant? 204. *ad* 2.

Episcopus celebrans, non convenit, ut Praelatos, Canonicos, et alios quoscumque thurificet, vel ad singulos accedens eos aqua benedicta aspergat. Consuetudo contraria ut abusus damnatur 324.

Episcopo venienti ad Ecclesiam dum aliqua hora in Choro recitatur, sat est, ut quatuor, vel quinque Canonici obviam procedant, et major pars in Choro permaneat 358. *ad* 1. Quod pariter servandum est, si advenerit Missa inchoata, vel, audita concione, recedat ante finem Missae. *Ibidem ad* 2. *et* 3. Si discedat finita Missa, quin inchoata sit hora sexta, omnes Canonici comitari eum debent usque ad januam, statimque ad Chorum redire horas reliquas persoluturi. *Ibidem ad* 4. Si ultra counictam horam moratur, eo non expectato, inchoari potest Officium. *Ibidem ad* 5. Finito Officio sat est, ut Canonici eum associent usque ad januam Ecclesiae, vel ad primum atrium domus, si haec est Ecclesiae contigua. *Ibidem ad* 6.

Episcopo capitulariter associato venienti ad Ecclesiam cum cappa, nulla debetur assistentia 446.

Episcopus nequit exigere, ut extra Cathedralem, Canonicis absentibus, sibi fiat circulus a quibuscumque Presbyteris, et Clericis 486.

Episcopus in Processione, in qua defertur quaedam Imago B. M. V., si velit incedere non cum suo Capitulo, sed associatus a sua familia, Vicario, et quibusdam Presbyteris ad id vocatis, ire debet non ante, sed post Imaginem, itaut haec proxima sit Capitulo, sine intermedio 529. Si in comitatu aliqui sint in dignitate Ecclesiastica constituti, sed non de corpore Capituli, incedere debent in habitu post Episcopum, Vicarius vero potest incedere cum Capitulo 544. Si Processionibus intersit cappa indutus, nulla ei debetur assistentia Diaconorum 20.

Episcopus nequit eligere Rectorem Chori in praejudicium illius, cui competit, sed S. Sedes consulenda, si abusus irrepserint 614. 629.

Episcopus satis est, ut cappam induat in cubiculo, in quo excipitur a Canonicis 630. *ad* 4. 1420. *ad* 6.

Episcopus nequit sub poena excommunicationis jubere, ne Canonici, qui in defectu assistentium ei inserviunt, advenientibus Canonicis assistentibus locum cedant 636.

Episcopus cum cappa, et bireto, solus in Processionibus incedere debet 642. *ad* 1. si in Processionibus defeatur aliqua Imago, vel Reliquia, incedere debet post eam, nisi contraria adsit consuetudo. *Ibidem ad* 2. 1107.

Episcopo non licet thronum Episcopalem elevare cum quinque gradibus prope Altare Sacramenti, quod habet quatuor gradus, neque sterni facere tapete in sui throni gradibus, si illi Altaris sint nudi 770. 781.

Episcopo celebranti assistere omnino debent Canonici, non alii ordinis inferioris 808.

Episcopus tenetur praenunciare Canonicis per diem ante, quando vult celebraro Pontificalia 861. *ad* 3.

Episcopus uti potest in Cathedrali ministris ejusdem; extra potest, dummodo non fiat cum praejudicio servitii Ecclesiae 861. *ad* 3.

Episcopo solemniter celebranti semper inservire debent, qui de Capituló sunt 872.

Episcopus assistens Divinis Officiis cum rochetto, et mozzetta, sedere debet non in sede pontificali, sed in primo stallo sine assistentia 927. 1430. 2351. *ad* 2. neque ei debetur assistentia, si intersit Completorio 223.

Episcopo extra Cathedralem celebranti debetur assistentia a digniore de Capitulo, non autem a Vicario 1005. Ita etiam, si celebrat in aliqua Ecclesia occasione visitationis, debet assistentiam habere suorum Canonicorum, non autem digniorum ejusdem Ecclesiae. 1317. *ad* 2.

Episcopo concionanti debetur tantummodo assistentia, quando id agit cum pluviali, et mitra 1338.

Episcopus Processioni interveniens cum cappa, potest per ministrum deferri facere intortitium 1371. *ad* 1. Sed Canonici tenentur per se deferre intortitia. *Ibidem ad* 2., volens assistere concioni cum cappa, Canonicorum assistentiam exigere potest 1431.

Episcopus in Ecclesiae limine debet primum aspergere Capitulum, (nisi adsit alter Episcopus) dein Vicarium, ultimo Magistratum 1441. Celebrans Pontificalia extra Cathedralem potest assumere tres, quatuorve Canonicos pro assistentia 1564. addantur duo, qui fungantur Officiis Diaconi, et Subdiaconi 1594.

Episcopus potest Feria V. in Coena Domini jubere Canonicis, et aliis de gremio Ecclesiae, ne privatim Missam celebrent, sed Communionem ab ejus manu recipiant, non obstante qualibet contraria consuetudine 1587. *ad* 1.

Episcopus dum Pontificalia celebrat jubere potest, ne in eadem Ecclesia celebrentur Missae privatae 1619. Potest Magistratum thuris honore privare in poenam renuentiae eum e palatio ad Ecclesiam associandi. 1625.

Episcopus extra suam Dioecesim Pontificalia exercens uti debet faldistorio, nec ei licet sedere in Cathedra sub baldachino, etiam annuente Episcopo loci 1609. 3589.

Episcopus, deficientibus Diaconis, et Canonicis Presbyteris, cogere potest Dignitates, ut in munere Diaconi assistentis inserviant 1656.

Episcopus cessare debet a privata benedictione in Processione Corporis Christi 1715. Quoad usum baculi in eadem Processione, servari debet Caeremoniale *cap.* 17. *lib.* 1. *Ibidem*.

Episcopus cappa indutus nequit dare dexteram Gubernatori, eumque admittere in eodem genuflexorio, in quo ipse genuflectit. Contraria consuetudo abusus est 1862. Praesente Gubernatore Ecclesiastico Provinciae Praeside abstinere non debet ab elargienda benedictione tam publica, quam privata 2013. 2035.

Episcopus cogere potest Parochos ad sibi praestandum solitam assistentiam in Vesperis, et Missis pontificalibus: caveat tamen, ne quid detrimenti veniat Animarum servitio 1982.

Episcopus discedens a Choro cum cappa post Vesperas saltem a quatuor Canonicis est associandus 2004. 2384.

Episcopus assistens Missae legit Evangelium, capite cooperto, et praemittit = *mundu cor meum* = et = *jube Domine benedicere* = 2485. *ad* 7. Dum ipse legit Evangelium, Canonicus assistens caput detegere debet. *Ibidem ad* 8. Incedens in Processionibus, quae fiunt per Ecclesiam si sit paratus, Mitram deferat; sin minus detecto capite incedat. *Ibidem ad* 9. Thurificandus post Evangelium, si assistat pluviali indutus 2555. *ad* 1. Sedet in thurificatione Altaris. *Ibidem ad* 2. dum publicantur indulgentiae quando sedere, aut stare debeat? *Ibidem ad* 3.

Episcopus in supplicationibus incedat medius inter Dignitates, et Canonicos assistentes, non autem inter Guberna-

torem, et Syndicum, qui sequi debent 2653. *ad* 8.

Episcopus unum tantum annulum deferre debet, sed admitti potest circulus ad sustinendum annulum pontificalem. 2230. *ad* 1., *et* 2. dum Missam privatam celebrat, Cappellanus debet parare Calicem, vinum, et aquam imponere. *Ibidem ad* 3. dum Pontificalia agit, a Cappellano sustinenda est cauda. *Ibidem ad* 4. In propria Dioecesi non habet usum mantelletti, nisi in casibus a Caeremoniale expressis. *Ibidem ad* 5. *et* 6. In tribus diebus Passionis uti debet cappa. *Ibidem ad* 5. Per integram Feriam VI. in Parasceve nequit benedicere. *Ibidem ad* 8. *et* 9. Dum Communionem ministrat etiam extra Dioecesim conveniens est, ut manum praebeat ad osculum. *Ibidem ad* 10. Extra Dioecesim cauda ei sustinenda non est, si forte incidat cum Episcopo loci 2230. *ad* 11.

Episcopo pontificaliter celebranti num duo Canonici pluviali induti inservire debeant pro praecentoribus? 2351. *ad* 1. Assistenti concioni debetur Canonicorum assistentia, si talis sit Ecclesiae consuetudo. *Ibidem ad* 3.

Episcopus potest tempore circuli aliquos dispensare, ne deficiant Cantores in Choro 2351. *ad* 4.

Episcopo Missae solemni adstante, nequeunt Dignitates, et Canonici e Choro discedere, nisi eo discedente 2362. *ad* 6.

Episcopus, data benedictione post concionem, iterum eam debet impertiri, expleta Missa 2653. *ad* 5. Assistens cum cappa, vel pluviali, debet facere confessionem a dexteris Celebrantis, qui ei respondet ut minister. *Ibidem ad* 6.

Episcopus Delegatus ad visitandum locum pium Sedi Apostolicae immediate subjectum in aliena Dioecesi, nequit deferre Rochettum discoopertum in via, aut dare benedictionem 2344. *ad* 1. extra locum pium suae visitationi subjectum debet cedere locum Episcopo Dioecesano, nisi is vicissim ei cedat. *Ibidem ad* 2. In janua loci ab eo visitandi potest exercere actus jurisdictionis, et exigere obsequia Visitatori debita. *Ibidem ad* 3.

Episcopus Missam planam in Cathedrali celebraturus debet habere duos Canonicos assistentes 59. Si, celebrata Missa, velit ad Chorum pergere, satis est, ut a praedictis duobus Canonicis associetur. *Ibidem*. Non potest cogere Canonicos ad sibi assistendum, si accedere velit ad aliam Ecclesiam, nisi pontificaliter celebraturus sit, ob aliquam solemnitatem, vel Episcopales functiones expleturus. *Ibidem*. Quo in casu curare debet ne Cathedrali servitium desit. *Ibidem*. Sed accedens ad Cathedralem curare debet, ne ratione associationis, Ecclesia omnino deseratur 81. *ad* 1. Expleturus vero pontificales functiones extra Cathedralem cogere potest Canonicos ad sibi assistendum 82.

Episcopus assistens Officio tenebrarum intonans Antiphonam ad Benedictus surgere debet 2734. *ad* 10.

Episcopus in Processione SSmi Sacramenti nequit incedere sub eodem baldachino cum Sacerdote illud deferente; aut sibi deferre facere particularem umbellam 2786. *ad* 1. Quod si ipse deferat Sacramentum, nequit sub eodem baldachino uti umbella extensa, et a suo famulo delata. *Ibidem ad* 2.

Episcopus potest concedere licentiam alicui Plebano, quamvis contradicente loci Collegiata, faciendi Processionem in solemnitate Corporis Christi, etiam per limites alterius Paroeciae, sed in ea tantum parte, quam ad decentem circuitionem Processionis judicaverit expedire 2788.

Episcopo peragenti sacras functiones in Sabbato Sancto, quando, et quomodo debeatur assistentia Diaconorum 2797. *ad* 1.

Episcopus peragens functiones Sabbati Sancti, et pergens ad benedictionem Fontis, simul cum Planeta exuere debet Dalmaticam, et Tunicellam, et sumere Pluviale. Si baptizandi sunt in-

stare ad cantum Passionis, nec licet unquam sedere: quod si stare nequeat, abstineat ab interessendo Missae. *Ibidem ad* 3. Celebrans tertiam Missam in Nativitate Domini debet genuflectere ad *Verbum caro etc.*, dum Diaconus Evangelium canit, non autem dum ipse legit. *Ibidem ad* 5. Celebrans pro eligenda Abbatissa in Festo duplici, vel Dominica, nequit legere Missam de Spiritu Sancto. *Ibidem ad* 6

Episcopi uti debent vestibus violaceis in ipsa die Annunciationis occurrente in Quadragesima (excipitur tamen tota hebdomada major) licet transferatur; non autem in die translationis, si reponatur in Quadragesima 3660. *ad* 1.

Episcopus non paratus Sacro assistens semel thurificandus est post oblata 3661. *ad* 2.

Episcopus nequit in qualibet suae Dioecesis Ecclesia habere Cathedram fixam cum baldachino 3688.

Episcopus potest licentiam impertiri Confraternitati ducendi Processionem infra Octavam Corporis Christi per limites Parochiarum: satius tamen est, ut ab hisce concedendis licentiis abstineat 3703.

Episcopo licet habere thronum cum quatuor gradibus, et suppedaneo. 3728. *ad* 7. et subtus sedem, in qua audit conciones, unum gradum cum suppedaneo *Ibidem ad* 8. subtus faldistorium unum tabulatum ad formam Caeremonialis. *Ibidem ad* 9.

Episcopo accedenti ad Cathedralem pro celebranda Missa privata tenentur occurrere aliqui Canonici, ac ei aspersorium porrigere 3736. *ad* 4. Si hi renuant, juris remediis compellendi. *Ibidem ad* 6.

Episcopus nequit concedere Insignia Canonicis, Presbyteris etc., et concessio facta non sustinetur 3850. *ad* 1. *et* 2.

Episcopo visitanti Ecclesiam Parochialem Monachorum, tenetur Abbas cotta, stola, et pluviali indutus cum aliquot Monachis, obviam ire usque ad januam Ecclesiae, eique porrigere aspersorium 3886. *ad* 1.

Episcopus jubere potest, ne Gubernator sedeat in sede coraminea etc. occasione concionum in Ecclesiis Saecularium; et jure delegato potest prohibere Regularibus, ne in eorum Ecclesiis hujusmodi sedem eidem concedant 3927.

Episcopus Urbevetanus Choro assistere debet cum cappa in altera ex duabus sedibus existentibus in Choro congrue aptandis, et prope Episcopum sedere debent Dignitates, et Canonici juxta ordinem 3913. *ad* 1. quoad assistentiam Canonicorum *Ibidem ad* 2. Potest praescribere leges pro horis celebrandi Missas privatas in Cathedrali, sed cum consensu Capituli *Ibidem ad* 3. quae celebrandae erunt ab iis, qui tenentur ex obligatione, et ab aliis de Capitulo, qui eleemosynam recipiunt. *Ibidem ad* 4. Non Episcopo cum cappa assistenti, sed Celebranti debetur thurificatio post Evangelium. *Ibidem ad* 6. Nequit ei elevari thronum cum quinque gradibus. *Ibidem ad* 7.

Episcopus nequit Abbatibus, aliisque Praelatis Episcopo inferioribus exercitium Pontificalium habentibus limitate pro suis Ecclesiis, licentiam impertiri ea exercendi in Ecclesiis, sive Saecularibus, sive Regularibus ipsi Abbati non subjectis 1940.

Episcopo Pontificalia peragenti extra Cathedralem non tenetur Capitulum assistere, debent tamen tot Canonici, quot sunt ad functionem necessarii 3944. *ad* 5. Et in arbitrio Episcopi est eos deferre in suo curru. *Ibidem ad* 6. Cogi nequeunt Canonici ad ei assistendum dum privatim celebrat in Cathedrali. *Ibidem ad* 9. 4014. *ad* 9.

Episcopo nulla lege vetitum est, quin propria utatur sede cum desuper umbraculo, dum Divinis assistit, vel per se ipsum peragit Sacra, palam exposito SSmo Sacramento; dummodo genuflexiones tunc praescriptas, debitasque reverentias non omittat, atque detecto capite assistat 3976.

De Episcopo translato celebranda est

Missa in Ecclesia, cui fuit ultimo loco praepositus, recurrente die, quo Pontifex eum tali Ecclesiae praefecit; et annuntiandum erit hoc Festum cum termino translationis 3970. *ad* 11.

Episcopus jure ordinario nequit delegare ad benedictionem sacrarum supellectilium, et campanarum 4010. *ad* 5., *et* 6.

Episcopo Pontificalia exercenti in Collegiata, vel alia Ecclesia debetur assistentia Canonicorum Cathedralis 4044. *ad* 1.

Episcopus nequit generales Ordinationes peragere extra Cathedralem 4044. *ad* 2.

Episcopus consecrandus quoad actiones Missae, quam concelebrat cum consecrante, se conformare debet Pontificali Romano 4056. *ad* 4.

Episcopi nequeunt sine speciali Indulto licentiam impertiri pro legenda Missa in Oratoriis privatis 4056. *ad* 7.

Episcopus concedendo licentiam pro expositione SS̄mi Sacramenti, num possit ad libitum apponere conditionem exquirendi consensum Parochi? 4073.

Episcopus Missam pontificalem celebraturus debet intonare Tertiam, et in fine cantare Orationem 4086. *ad* 4.

Episcopus potest cogere Parochos aliqua poena pecuniaria ad benedictionem Ignis, et Cerei in Sabbato Sancto 4103. *ad* 4.

Episcopo pueros, plebemque docenti Christianam Doctrinam non debetur assistentia Canonicorum 4136.

Episcopus Feria V. in Coena Domini in peragendo Mandato, seu pedum lotione, habere debet assistentiam a Caeremoniali praescriptam 4168. *ad* 8. Ut etiam servandum est Caeremoniale dum ad Cathedralem accedit Sacramenta Confirmationis, aut Ordinis collaturus. *Ibidem ad* 9. Ei debetur assistentia suorum Canonicorum dum pontificaliter celebrat, vel Divinis assistit publice in aliqua Ecclesia Parochiali, aut Conventuali Civitatis, ita tamen ut Cathedralis suo non fraudetur servitio. *Ibidem ad* 10. et 11.

Episcopo praecipienti, ne continuetur Processio fieri solita Feria VI. majoris hebdomadae, parendum est 4179.

Episcopo processionaliter deferenti Sanctissimum Sacramentum debetur assistentia duorum Canonicorum, qui ad id cogi possunt, si renuant 4270. *ad* 2. *et* 3.

Episcopus invigilare debet, ut serventur Rubricae, et Decreta, ei tamen non datur facultas decidendi Dubia, quae quandoque excitantur, sed recurrendum ad Sacram Rit. Congregationem pro decisione 4345. *ad dub.* 2. *Calendaristae*.

Episcopus administrator in functionibus ecclesiasticis pontificalibus exercendis non gaudet omnibus illis praeeminentiis, et praerogativis, quibus fruuntur Episcopi in propriis Dioecesibus 3802. *ad* 1. Nequit sedere in Cathedra Episcopali, sed in Missis, et Vesperis solemnibus uti debet faldistorio *Ibidem ad* 2. Nequit Indulgentiam elargiri 40. dierum sine speciali Apostolica facultate *Ibidem ad* 3. Dum assistit Missae solemni ab alio cantatae sedere debet in primo stallo Chori, nec Canonici tenentur ad circulos. *Ibidem ad* 4. Nequit celebrari Anniversarium ejus Consecrationis, neque ejus nomen memorari debet in Canone a Sacerdotibus celebrantibus *Ibidem ad* 5. Non ei competit septimum candelabrum dum Missam pontificaliter cantat *Ibidem ad* 6. Neque debent Canonici sacra paramenta sumere dum Missam pontificaliter cantat *Ibidem ad* 7. Potest pro lubitu cappam magnam induere vel in aedibus superioribus Episcopatus, vel in ingressu Ecclesiae, aut Presbyterii *Ibidem ad* 8. Decet tamen, ut omnes Canonici ad eum excipiendum accedant comitaturi ab aedibus ad Cathedralem *Ibidem ad* 9.

Episcopus Regularis tenetur recitare Officium Breviarii Romani, non illud suae Religionis, scilicet juxta formam, et de Sanctis suae Dioecesis 119. *ad* 1. *et* 2. *et* 756. Debet deferre Cappam

coloris habitus suae Religionis, renuens coercendus 888. non potest uti habitu serico ut Episcopi de Clero Saeculari 2501. 3456. *ad* 1. Nequit uti Rochetto, pileolo violaceo, et fasciis violaceis in pallio 3538. *ad* 4.

Episcopo Suffraganeo tenentur Canonici assistere dum ipse functiones peragit nomine Episcopi 89. 92. *ad.* 2. Non tamen debetur assistentia duarum Dignitatum, vel Canonicorum, quae soli convenit Ordinario 163. 207. licet pro more Ecclesiarum plusquam de jure competit ei tribuatur 309.

Episcopus Suffraganeus non est excipiendus ab ejus cubiculo; sat est, ut aliqui Canonici obviam procedant ad januam Ecclesiae, et dignior ei porrigat aspersorium 207. Sedere debet in faldistorio a cornu Epistolae *Ibidem*. Dum pontificaliter celebrat, non debent Dignitates, et Canonici paramenta sumere, nec apponendum septimum candelabrum *Ibidem*. Assistentia Canonicorum ei debetur in habitu Canonicali in Ordinationibus, Consecrationibus Altarium, et Ecclesiarum, sumentibus sacra paramenta tot Dignitatibus, et Canonicis, quot sunt necessarii juxta Rubricas Pontificalis. *Ibidem*.

Episcopo Suffraganeo non licet deferre mozzettam, praesente Metropolitano 463.

Episcopi Suffraganei simul convenientes cum Archiepiscopo 1752.

Episcopo Suffraganeo septuagenario, morbisque vexato petenti, ut Sacros Ordines conferre posset, alio Sacerdote Missam celebrante, S. R. C. nihil indulgendum esse respondit. etsi alter Episcopus haberi nequiret, nisi ultra trecentum milliaria incommodi itineris 1755. 1887.

Episcopo Suffraganeo celebranti solemniter praeter Canonicos, Diaconum, et Subdiaconum, debetur alter Canonicus Assistens, et Ecclesiam ingredienti sat est, ut aliqui Canonici occurrant 554. *ad* 2. *et* 3

Episcopus Suffraganeus coram Patriarcha convenit, ut sedeat, juxta dispositionem Paridis de Crassis in suo Caeremoniali lib. 1. cap. 37. 556. Idipsum de quocumque Suffraganeo, et Episcopo Administratore 559. *ad* 1.

Episcopi Suffraganei Administratoris est absolutionem generalem facere, et benedictionem Concionatori impertiri; neque id licet Decano, praesente Suffraganeo 559. *ad* 2. Eidem debetur honor prinsquam detur Gubernatori Civitatis *Ibidem ad* 3.

Episcopus Suffraganeus tam in Choro, quam extra habet praecedentiam supra omnes Dignitates, et Canonicos 1230. 1712. 2423. 4124. *ad* 1. Debetur ei trina thurificatio, absente Ordinario 4124. *ad* 2. Dum solemniter celebrat non debet Praelatos, et Canonicos thurificare; consuetudo contraria damnatur 1358. Potest incedere cum Rochetto, et Mozzetta, permittente Loci Ordinario 1408.

Episcopis Suffraganeis, et exteris danda est praecedentia supra Dignitates, et Canonicos Metropolitanae 1822.

Episcopis Suffraganeis non licet ad Altare inservire Primati solemniter celebranti 2762.

Episcopo Suffraganeo celebranti coram proprio Episcopo non debentur honorificentiae debitae Episcopo Dioecesano 2822.

Episcopi Suffraganei accedentes ad Metropolitanam in functionibus solemnibus, aut pro audiendis concionibus, possunt sibi parare sedem cum postergali, pulvinari, et tapete violacei coloris 2931.

Episcopo Suffraganeo deferenti SSmum Sacramentum in solemni Processione debetur honor thuris, et osculum Evangelii juxta morem loci, etsi intersit cum cappa Episcopus Ordinarius 3253.

Episcopus Suffraganeus pontificaliter celebraturus, si cum cappa accedat, debet se parare in faldistorio, sedens in Sacristia 3341. *ad* 1. et 2. Nequit deferri facere caudam cappae per alium, sed tenetur involutam deferre sub bra-

chio sinistro *Ibidem ad* 3. *et* 4. Nequit per Civitatem uti mantello oblongo coloris violacei cum signis rubcis supra vestem nigram vulgo Zimarra *Ibidem ad* 6. Nec potest sibi deferri facere, et elevare umbellam sericam viridis coloris *Ibidem ad* 7. Potest de licentia Episcopi deferre cappam, quo casu duo Canonici eum excipiant, et reducant ad jannam, dignior porrigat aspersorium, quo Suffraganeus se tantum aspergat 3342. *ad* 1. Non ei tamen debetur genuflexorium cum pulvinari ad orandum ante Sacramentum *Ibidem ad* 2. Concioni assistens in presbyterio distincte salutandus est a Concionatore ante Canonicos, et Magistratum *Ibidem ad* 4. Quae rescripta respiciunt Suffraganeum Ecclesiae Veliternae.

Episcopo Suffraganeo nullo modo competit usus baldachini 3460. Quod militat etiam extra Dioecesim, nec prodest licentia Ordinarii 3589.

Episcopus Suffraganeus, et simul Archidiaconos, ac Canonicus Metropolitanae Choro interesse debet in habitu Episcopali 3517.

Episcopus Suffraganeus in Civitate Metropolitani degens potest deferre Rochettum sub Mantelletto occasione celebrandi Sacrum, visitandi cives etc. 3675. *ad* 1. Nequit tamen extra Domum per Civitatem deferre longum pallium, hoc est Mantellone, e Zimarra *Ibidem ad* 2. Potest in propria Domo Sacrum facere, et Metropolitanus id ei nequit prohibere. *Ibidem ad* 3.

Episcopus Titularis, qui simul sit Dignitas, vel Canonicus praecedere debet alios omnes, etsi Canonicatu antiquiores, et digniores 130. 399. 459. 1712. 2806. 2833. 4082. etiamsi aliqua Dignitas jurisdictionem habeat 1892.

Episcopi Titulares Canonici, ubi plures sunt, debent sedere juxta ordinem promotionis supra caeteros: in ferendis vero suffragiis servandus est ordo admissionis ad Dignitatem, vel Canonicatum 1720.

Episcopus Titularis Canonicus iisdem gaudet praerogativis, quibus fruuntur Episcopi Canonici Patriarchalium Urbis 2456. 2477. 2496. 2537. 2548. 2563. Quod si Archiepiscopus solemniter celebret, et Episcopus Canonicus non assistat in suo stallo, sed inter alios Episcopos, amittit distributiones 2496. 2537. *ad* 5.

Episcopus Titularis Canonicus pacem recipere debet ab eodem ministro parato, qui eam Choro distribuit, non autem a Presbytero assistente Episcopo locali, nec antequam Episcopus localis eam praebeat Canonicis assistentibus in throno 3826. *ad* 1. Quod procedit etiam in thurificatione. *Ibidem ad* 8. Tenetur in Vesperis, et Missis cantatis cum assistentia Episcopi localis descendere e stallo cum reliquis Canonicis pro consuetis circulis *Ibidem ad* 2. Exercente Episcopo locali Pontificalia, Episcopus Titularis debet deferre pluviale; poterit etiam uti mitra de consensu Ordinarii, quae debet esse linea, eamque suis ipse manibus imponere, et amovere debet *Ibidem ad* 3. 4. 5. *et* 6. abstinere debet a celebratione Missarum, et Vesperarum de turno in propria hebdomada, et subrogare tenetur alium: In solemnioribus vero Festis de licentia Episcopi celebrans uti debet faldistorio, et indumentis pontificalibus *Ibidem ad* 7.

Episcopi Titulares, et Suffraganei, simulque Canonici Ecclesiae Metropolitane Gnesnensis quoad ordinem sedendi in Choro, et incedendi in Processionibus 4259.

Epistola in Missa, quae cantatur sine Diacono, et Subdiacono, cantanda est ab aliquo Lectore superpelliceo induto. 3267. *ad* 1.

Epistola in Missa solemni, extra casum absolutae, et praecisae necessitatis, non est cantanda a Clerico in minoribus constituto; et Episcopo praecipitur, ut hujusmodi abusum abscindi curet ubi invaluit. Quod si agatur de Canonicis, deficiente Subdiacono, alter sup-

Sacramenti ad infirmos, et in aliis Processionibus competit praecedentia supra alios famulos 3911.

Fenestram aperiri permittitur, ut Episcopus ex suis aedibus possit aspicere in Ecclesiam: sed limitatur concessio ad ejus tantum usum 98.

Feria V. in Coena Domini non est patenter exponenda Sacra Hostia in diem crastinam reservanda 3561. *ad* 7.

Feria V. in Coena Domini Mandatum, sive pedum lotio fieri debet in Cathedrali, etiamsi absit Episcopus 882. Fieri potest etiam ab aliqua Confraternitate, dummodo non fiat, nisi postquam eam expleverit Episcopus. 1971.

Feria V. in Coena Domini, praeter Missam solemnem, aliam lectam celebrare non licet 1599. 4160. Potest tamen Episcopus Regularibus concedere unam Missam lectam pro Infirmis, qui nequeunt interesse solemni. 4212. *ad* 9. Sacerdotes Canonici haud possunt privatim celebrare, sed debent ut alii de Clero Communionem sumere de manu Episcopi, vel Celebrantis. Si invaluerit consuetudo contraria, ut abusus removenda 1587. *ad* 1. 3448. *ad* 16. 4204. Ita etiam Sacerdotes assistentes in benedictione Sacrorum Oleorum 1670. *ad* 1. Etiamsi non sint de gremio Cathedralis 1699. Si haec dies festiva sit de praecepto, puta, si occurrat Festum Annunciationis B. M. V., aut S. Josephi, aliquae Missae lectae permittuntur ante Conventualem 1893. 3140. 3152. *ad* 13. Nec tamen licet pro lubitu alias praeter permissas celebrari in Ecclesiis Regularium, et Confraternitatum, januis semiapertis 3772. Celebranda non est Missa pro asservanda Sacra Hostia in Sepulcro illis in Ecclesiis, in quibus non asservatur SSmum Sacramentum 1843.

Feria V. in Coena Domini, et biduo sequenti licet Regularibus, etiam contradicente Parocho, convocare Terrae Populum ope tabulae, quae dicitur *La troccola* 3733.

Feria VI. in Parasceve circa thurificationem servari debet forma praescripta in illius diei rubricis 3287. Hinc thurificanda sunt oblata, nec omitti debet thurificatio Crucis, et Altaris cum debitis genuflexionibus ratione Sacramenti, quod non est iterum thurificandum, 3329. 3465. *ad* 1. 3605. *ad* 10. Quoad Missam addenda non sunt verba = *facta genuflexione* = ante Rubricam = *immediate particulam sumit*. 3605. *ad* 3. In Processione gestantes hastas baldachini deferre debent superpelliceum, non pluviale 3906. *ad* 3. In adoratione Crucis deponi debet a Celebrante, et Ministris etiam manipulum. *Ibidem ad* 4. Licet Canonicis Cathedralis, ubi mos est, solvere cappas in Adoratione Crucis 4029. *ad* 1. sed non licet adhibere Clericos, qui elevent cappae extremitates 3448. *ad* 4. Tamquam abusus reprobandus, ac omnino eliminandus est mos, qui in aliquibus Lusitaniae Ecclesiis vigebat, ducendi solemnem Processionem, in qua, sumpta a Sacerdote Communione, deferebatur SSmum Sacramentum arca inclusum a quatuor Sacerdotibus ab Altare ad Sacellum, in quo pridie fuerat reconditum, ut ibi usque ad diem Resurrectionis asservaretur 3465. *ad* 1. V. etiam quoad Processiones hujus diei 699. 804. 1051.

Feria VI. post Octavam Ascensionis admittit translata 2812. *ad* 3. Si in ea fiat Officium novem Lectionum non amittit commemorationem, dummodo tamen Festum non sit e solemnioribus a Rubrica exceptis 3569. *ad* 6.

Feria tertia Rogationum in Missa non est dicenda secunda Oratio Dominicae 3605. *ad* 5.

Feriae ante Festum Nativitatis Domini in Regnis Hispaniarum non omittendae 2260.

In Feriis a rubrica notatis, si occurrat Festum IX. Lectionum, cantari debent duo Missae Conventuales 2676. *ad* 4.

Festorum dierum nomine in Caeremoniali veniunt Dominicae quaecumque.

et quodcumque Festum Chori ritus dupl. maj. aut min. 3515. *ad* 3.

Festa solemnia quae sint, in quibus celebrare non licet in Oratoriis privatis 217.

Festa de praecepto a Sede Apostolica declarata, in toto Orbe servanda sunt 715. *ad* 3. Horum publicatio fieri debet a Parocho, non Vicario foraneo 847.

Festum de praecepto non est introducendum; sed si Populus voluerit illud celebrare, abstinendo a servilibus, permittendum est, sed absque ullo poenarum incursu 903. Nova Festa de praecepto non introducenda 1120.

Festorum translatio ordinanda ad rubricae praescriptum 972. 2213. *ad* 4. 2217. 2567. V. etiam *Translatio*.

Festa de praecepto servanda recensentur, et reducuntur a Sa. Me. Urbano VIII. Constitutione, quae habetur sub num. 1264. Declaratio quoad Festa ex voto 1297. Sed nihil innovatur circa Rubricas 1332. 1337. . Quaedam Dubia circa eamdem Constitutionem solvuntur 1382.

Festa solemnia, in quibus celebrat Episcopus exigenda ad formam Caeremonialis 1528.

Festa sublata per Constitutionem Urbani VIII. peragenda sunt in Choro eadem solemnitate, qua ante Constitutionem celebrabantur 1783. Quoad Officium servanda est consuetudo. 2452. Spectat ad Episcopum declarare, utrum Festum servandum sit de praecepto 2679.

Festum Patroni Civitatis celebrandum etiam a Clero Regulari, sed sine Octava 584. Si transferendum aeque sit Festum Patroni, ac Titularis, prius agendum de digniori 842. de uno tantum principali Patrono servandum est de praecepto 1264. §. 2. *in fine*. Patroni Festum si cadat infra Octavam Nativitatis D. N. J. C. in die scilicet, in qua faciendum esset de Dominica, de illo faciendum est Officium cum commemoratione Dominicae 1553. Quid si incidat in Octavam Epiphaniae? 2164.

Festum Titularis cadens in Octavam Paschatis, transferendum est juxta rubricas 999.

Festa duplicia translata reponuntur infra Octavam simplicem; componuntur Rubricae. 1284.

Festum primae, vel secundae classis gaudens Octava, occurrens infra hebdomadas Paschatis, et Pentecostes, non est reponendum in Feria II. post Dominicam in Albis, vel Trinitatis, si in ea occurrat dupl. vel semidupl. sed transferendum juxta Rubricas 1407. *ad* 3.

Festum in Civitate, et Dioecesi celebrari licet de iis tantum propriis Episcopis, qui sunt descripti in Martyrologio Romano, sub rit. dupl. min. 1736.

Festa particularia celebrari solita in Cathedrali cum aliqua solemnitate nequeunt celebrari cum symbolo in Missa. Rubrica explicatur 2005.

Festa concessa pro aliquo die Dominico, hoc impedito, eo anno omitti debent; permittit S. C. in aliquo casu unam Missam solemnem de eo, alia non praetermissa de Festo currenti 2076. *ad* 1.

Festi solemnitas fit die, quo cadit, etiamsi Officium transferatur 2300. *ad* 10.

De Festo simplici Missa dici nequit in Dominica; nihilominus ob Populi devotionem quandoque permittitur una Missa votiva solemnis 2390. *ad* 2.

Festum anniversarium Beatificationis, et Canonizationis celebrari nequit cum Missa, et Officio 625. *ad* 6.

Festum praescriptum a testatore, qui etiam construi Altare mandavit, fieri nequit, nisi agatur de Sancto, qui sit in Calendario 625. *ad* 9.

Festum duplex occurrens ante Octavam non privilegiatam, transferri potest ad diem infra Octavam 2754. *ad* 2.

Festa solemnia quae sint, in quibus Episcopus ad libitum vel celebrare, vel Divinis Officiis cum pluviali, seu cappa assistere debet, et associationis ho-

norem habere . 192. *ad* 1. 3017.

Festum Patroni ex solemnioribus est, et in eo pertinet celebrare ad Episcopum, quo absente, vel impedito spectat ad primam Dignitatem 428.

Festa celebranda sunt eo die, quo cadunt, quod si impeditus sit, transferenda sunt juxta Rubricas, neque immutari possunt de licentia Ordinarii 3083. *ad* 3. *et* 4.

Festum simplex si occurat Feria III. Rogationum, non sunt cantandae duo Missae conventuales 3328. *ad* 3.

Festo dup. min. occurrente, vel translato in die commemorationis omnium Fidelium defunctorum, Officium fieri debet de Festo: Missae vero sint de Requiem 3416. *ad* 5.

Festa ex voto obligant tantum voventes 3502. *ad* 1. Nec Episcopus potest ea confirmare. *Ibidem ad* 2.

Festum dup. Chori, et Fori, et occurrens cum dup. aequalis ritus, et dignitatis Chori tantum, habet Vesperas aequaliter dimidiandas 3515. *ad* 13. 3704. *ad* 2.

Festum dup. particularis Ecclesiae, quod fit die 3. Novembris cum aliqua solemnitate, transferendum est, si ad hanc diem transferatur commemoratio omnium Fidelium defunctorum 3737.

Festum Titularis Ecclesiae Monialium, concurrens cum Festo Dedicationis Cathedralis habet integras secundas Vesperas cum commemoratione Dedicationis 3799.

Festa Sanctorum Martyrum concurrentia cum Festis Confessorum, Virginum etc. aequalis ritus, non habent integras Vesperas, quia inter Martyres, Confessores, Virgines, non Virgines attendi non debet major dignitas. 3670. *ad* 1.

Festum nullum fixe ponendum est in die 28. Januarii, quae debet esse vacua, ut ad eam transferri possit Officium SSmi Nominis Jesu si incidat in Dominicam Septuagesimae. 3894. ad tit. de translationibus etc. dub. 1.

Festum Dioecesanum de praecepto quoad forum, servandum est quoad Officium etiam a Regularibus, nisi apud eos occurrat eodem die Festum ejusdem classis, ritus, et maj. dignitatis 3894. ad tit. de translatione etc. dub. 5.

Festa affixa Dominicis, vel aliis certis diebus, quae sunt concessa pro locis, et Ecclesiis particularibus, non sunt transferenda, sed omittenda, si dies illae sint impeditae. Quando vero praedicta Officia sunt de praecepto pro aliquo Statu, sicuti sunt plura Officia B. M. V. concessa a S. Mem. Benedicto XIII. pro Statu Ecclesiastico affixa certis diebus, transferuntur. 3894. alia dub. *ad* 10.

Festa, quae perpetuo a die obitus, ad aliam diem fixam translata sunt, annunciari debent iisdem diebus, et verbis in Martyrologio Romano descriptis. Quod si eorum transferantur Officia, pridie quam celebrentur, potest nunciari Festum illius Sancti, de quo sequenti die agenda est solemnis memoria 3894. Alia dub. *ad* 14.

Festa plura si occurrant eadem die, in his agendis, vel reponendis, haec regula, et ordo servari debet, ut primum locum obtineat Festum Ecclesiae particularis, secundum Ordinis, vel Religionis, tertium Dioecesis, quartum Nationis, quintum Ecclesiae Universalis. 3895. *ad* 1. V. etiam 3551. 3900. *ad* 1. 4325. *ad* 12.

Festa duplicia, quae a Populo fiunt de praecepto, retinent eumdem Ritum, quem alias haberent, seclusa hac qualitate praecepti, nec ideo censenda sunt rit. dup. maj. 3970. *ad* 3.

Festum de praecepto concurrens in Vesperis cum Festo, quod non sit de praecepto, nequit habere integras Vesperas, nisi sit majoris ritus, vel dignitatis 3970. *ad* 3.

Festa Sanctorum, quae celebrantur cum Octava, si ab assignata die sint perpetuo amota, amittunt Octavam, quatenus de ea nihil supersit, vel celebranda sunt cum ejusdem residuo, si aliqui dies infra illam supererunt. 3973. *ad* 1.

Festa Patroni Principalis loci celebran-

da sunt ab incolis, et Oppidi Suburbiis, et de iis fieri debet Officium sub rit. dup. primae classis cum Octava ab omnibus de Clero saeculari. Secus vero si Patronus sit solius Parochiae, nam in hoc casu non erit Festum de praecepto servandum, et Officium primae classis cum Octava recitandum solummodo erit ab Sacerdotibus servitio Parochiae addictis 3982.

Festa, quae sunt rit. dup. intelliguntur rit. dup. min., nisi constet de diversa concessione 3985. *ad* 2.

Festa secundaria Patronorum minus principalium, si celebrentur cum solemnitate, habent iu se naturam dup. maj.; qualitatem vero dup. min., si absque solemnitate peragantur: *Symbolum* autem in Missis dicendum non est, praeterquam in Ecclesiis, in quibus, aut Sacra eorum Corpora, aut insignes Reliquiae asservantur. 3985. *ad* 2.

Festum proprium alicujus Congregationis concurrens cum Festo Ordinis aequalis ritus, est praeponendum cum secundis Vesperis integris 3987. *ad* 2.

Festa per annum duplicia, quae solemniter celebrantur a Choro, et in Populo sunt feriata, in concurrentia cum aequalibus, quoad ritum, et ignitatem habere possunt integras Vesperas. 4011. *ad* 2.

Festum Titularis celebrandum ab universa Dioecesi cum Octava 4027. *ad* 1.

Festis simplicibus non est assignanda alia dies 4032. *ad* 5. 4060. et Decretum quod circumferri dicitur permissivum translationis apocryphum est 4150.*ad*11.

Festa, quae ex immemorabili consuetudine celebrantur, possunt continuari, si de Sanctis sint in Martyrologio Romano descriptis; sin minus, nequeunt 4032. *ad* 5.

Festum secundae classis habens Octavam, eadens in Dominica impedita Festo altioris ritus, sed sine Octava, si omnes hebdomadae dies sint impediti, nequit celebrari in subsequenti Dominica, quae est ejusdem Festi Octava, sed reponi debet in prima die non impedita post dictam Dominicam 4093.

Festa, quae in Regno Poloniae concessum est transferri ad Dominicas infra eorum Octavas ad populi commoditatem, si in hisce Dominicis accidat impedimentum, non sunt ad aliam ex sequentibus Dominicis transferenda, sed celebrari debent in diebus propriis, in quibus celebranda essent, si non adesset privilegium 4123.

Festum solemne in parvo Oppido celebrari solitum cum apparatu in Ecclesia Regularium, nequit peragi eadem die in Ecclesia Collegiata cum eadem solemnitate. Novendiales tamen permittuntur in utraque Ecclesia, dummodo fiant horis diversis. 4169.

Festum Titularis Cathedralis fieri debet ab utroque Clero sub rit. dup. primae classis tam in Civitate, quam in Dioecesi 4211. *ad* 5.

Festum a Regularibus affixum certae diei, illa perpetuo impedita, in qua alias celebrari debuisset, non est amplius amovendum 4229. *ad* 12.

Festum secundarium mobile occurrens cum Festo de praecepto, simplicem habere debet Commemorationem, dummodo sit de praecepto, et non ad libitum 4246. *ad* 13.

Festis solemnioribus non adnumerantur dies expositionis SSmi Sacramenti pro oratione quadraginta horarum, et Octava SSmi Corporis Christi. 4234. *ad* 1. Adnumerantur solemnioribus Nativitas S. Joannis Baptistae, et duo Festi dies, qui Paschaten, et Pentecosten subsequuntur 4235. *ad* 1. *in Epistola*. Functionibus vero solemnioribus, Missa Feriae V. Coenae Domini, Missa, et Vesperae tam Sabbati Sancti, quam alterius ante Pentecosten. *Ibidem*.

Festa duplicia, quae occurrunt in Dominicis privilegiatis, vel aliis diebus Festo solemnioris ritus impeditis, si desint prope anni finem dies simplices, vel feriales, transferri posse S. R. C. aliquando particularibus Ecclesiis permisit ad dies ritus semidup. ita tamen,

ut de Sancto, qui locum cedit fiat commemoratio in Missa, Laudibus, et utrisque Vesperis cum IX. Lectione historica 4325. *ad* 20.

Festum gaudens Octava, si transferri contingat, et dies non impedita occurrat priusquam Octava finem habeat, in repositione praeferendum est aliis Festis etiam majoris ritus, et dignitatis, quae tamen, vel non gaudent Octava, vel reponuntur extra ipsorum Octavas 4338. *e:* 4343. *ad* 4.

Festorum exuberante numero attento, conceditur Episcopis Santanderien., et Tuden., ut aliquas Octavas minus solemnes supprimere valeant, et aliqua Festa secundaria duplicia, vel semiduplicia ad ritum simplicem reducere 4345. *ad* 2. *et* 3. 4299. *ad* 11. 12. 13. *et* 14. . Injungitur tamen, ut sublatis Octavis, et Festis secundariis, quoad alia, quae supersunt Officia forsan amovenda, et transferenda, rubricarum regulae teneantur; prout etiam quoad commemorationem, et IX. Lectionem de Festis simplificatis 4345. *ad* 4. *et* 5.

Festa servandi cum utroque praecepto regula, sumenda est ex Constitutione Urbani VIII. 4347.

Festum, etsi principalis Patroni, occurrens in Feria IV. Cinerum, vel Dominica prima Quadragesimae, transferendum non est ad diem immediate sequentem, si in ea reponendum sit aliud Festum aequalis ritus, et dignitatis, sed transferri debet juxta ordinem Calendarii 4350. *ad* 8.

Festum, quod in propria Ecclesia celebratur cum solemnitate non est propterea transferendum ante alia Festa aequalis ritus, et dignitatis prius translata; etiamsi simul cum Festo transferatur solemnitas: nam rubrica Breviarii de translatione Festorum intelligenda est solummodo de solemniori quoad ritum, et dignitatem 4350. *ad* 13. 14. *et* 15.

Festum Patroni Principalis Civitatis, non est necessario servandum sub utroque praecepto in locis particularibus Dioecesis carentibus proprio Patrono. Neque abroganda est immemorabilis consuetudo, quod in Civitate, et Dioecesi hujusmodi Festum praeceptivum sit quoad Missam, non autem quoad abstinentiam a servilibus 4351. *ad* 1. *et* 2.

Festa, quae in universa Ecclesia sunt de praecepto, ubique servari debent; quod si in aliqua Civitate, et Dioecesi quaedam ex his numquam fuerint de praecepto servata, S. C., citra approbationem consuetudinis, respondit, consulendum SSmo pro dispensatione. 4351. *ad* 3.

Festa, quae occurrunt in diebus, in quibus fit de Titularibus, redigenda non sunt ad rit. simplicem, excepto casu, quod in toto anni decursu dies deficiant pro eorum repositione. Multo minus redigi debet ad ritum simplicem dies Octava, de qua faciendum est Officium, et quatenus opus sit, simplificandum Festum occurrens, licet majoris ritus, et dignitatis, dummodo non sit primae, vel secundae classis. 4358. *ad* 3.

Festa secundaria, quae ob multiplicitatem Officiorum supprimuntur, ut etiam simplicia per accidens, retinent Commemorationem in Missa, utrisque Vesperis, et Laudibus, ac nonam lectionem ad Matutinum 4299. *ad* 11. 12. 13., *et* 14. 4325. *ad* 19., 4329. *ad* 8. *et* 9. 4358. *ad* 1. *et* 2.

Festum translatum reponi posse in die immediate sequenti non impedita, etiamsi aliud Festum majoris dignitatis prius translatum sit, reponendum S. R. C. respondit 2754. *ad* 6. Id autem quomodo intelligendum sit, patet ex generali Decreto, quo sancitum est, duplicia translata reponenda esse juxta ordinem Calendarii, falsamque esse opinionem illorum, qui putant Festum reponi posse in die immediate sequenti ante alia Festa prius translata, cum Rubrica solis semiduplicibus occurrentibus in Dominica infra Octavam non privilegiatam providere voluerit. 3260. In repositione ritus

attendi debet, et Calendarii ordo spectandus est, nec quaerendum, utrum Martyr Pontifex dignior sit non Pontifice, et sic de aliis 3422. 3602. *ad* 7. Nam dignitas in ordine ad translationem oritur tantummodo vel ex dignitate classis, vel ex dignitate personae: hinc, si duo occurrant Festa aequalis ritus transferenda, deficiente regula petenda ex dignitate classis, recurrendum est ad aliam dignitatis personae. Quod si ambo hae qualitates deficiant in occurrentia Festorum omnino parium, faciendum est Officium Calendarii particularis, translato Festo Calendarii universalis 3692. V. etiam 4217. *ad* 5.

Festum si transferatur, non censentur translatae Indulgentiae 3488. *ad* 3.

Festo translato quoad Forum, et Chorum, debent solemniter pulsari campanae, ut in die festo: secus vero, si translatio fiat quoad Chorum tantum 3651. *ad* 3.

Festa, quae transferuntur ob perpetuum impedimentum 3670. *ad* 2. Perpetuo translata (si sint rit. dup.) celebranda sunt in assignatis diebus, etiam in occursu Dominicae 3697. 3753. Iis propterea assignanda est certa sedes postmodum non varianda 3889. *ad* 3. V. etiam 3904., ubi laudatur quoddam generale Decretum, quod in regestis datum non fuit reperire. Sedes esse debet prima dies non impedita 3900. *ad* 4. 3980. 4012. 4022. Etiamsi sint semiduplicia, transferri possunt infra Octavas non privilegiatas, in quibus fieri deberet de Octava, tamquam in dies proprias 4001. *ad* 2. 4011. *ad* 3. 4022. *ad* 2. 4053. *ad* 2. Nequeunt infra Octavas, quae excludunt tam translata, quam occurrentia. *Ibidem*.

Festa perpetuo translata a propria ad aliam diem praenuncianda sunt in Martyrologio ea ipsa die, in qua celebrantur 3970. *ad* 9.

Festum aliquod jam translatum, si iterum moveri loco debeat, non est opus, ut caetera alia Festa post illud translata loco denuo moveantur, nisi forte ex integro Calendarium reformari vellet. 4011. *ad* 4.

Festa fixa assignata alicui Dominicae cum facultate ea transferendi ad aliam Dominicam non impeditam, nequeunt celebrari in aliis hebdomadae diebus 4366. *ad* 4.

Festa ad libitum quoad translationem. 2292. 2295. 2404. 2413. Decretum generale, quo, revocato altero praecedente, praecipitur, et declaratur, Festa Sanctorum ad libitum non esse transferenda 2519. 2611. 2692. *ad* 5. 2710. *ad* 5. 2738. 2925. *ad* 1. 2.,*et* 3. 2949. *ad* 7. 2993.

Festa ad libitum concessa sub rit. dupl. possunt celebrari etiam in Dominicis per annum 2713. *ad* 1. Quod si incidant in Dominicis per annum privilegiatis, eo anno omitti debent 2713. *ad* 2. Item si concurrant cum quocumque dup. de praecepto 2823. *ad* 1. Aliud habetur generale Decretum, in quo plures distinguuntur casus 2827. V. etiam 2850. *ad* 1. Aliqua dubia enodantur 2856. *ad* 1. 2., *et* 3. 2882. 2902. Si assignata sit dies perpetuo impedita pariter omitti debent 3515. *ad* 5. 3554. *ad* 5., sed ad S. R. C. recurrendum pro assignatione alterius diei 2891. *ad* 1. prout in casu assignavit 2987. Ad libitum censentur Officia concessa cum verbis = *recitari posse*, *fieri posse* = 2891. *ad* 2.

Festa semidup. ad libitum, sed in Breviario notata ut simplicia, si omittenda sint, fieri tamen de iisdem debet Commemoratio 2710. *ad* 7.

Festa ad libitum, si cadant in Octava, vel infra Octavas, omitti debent, nisi adsit speciale Indultum 2971. *ad* 5. *et* 6. 3023. *ad* 1.

Festa ad libitum perpetuo impedita quandoque S. C. permisit, ut ab Ordinariis transferantur ad diem non impeditam, exceptis Dominicis, et Octavis, non immutata tamen qualitate ad libitum 4032. *ad* 3.,et supplicandum S. R. C. pro assignatione diei fixae 3841. *ad* 2.

Festum Transitus S. Josephi Sponsi B.

M. V. vetitum celebrari die 20. Julii 1481. 1926. 1934.

Festum Nativitatis S. Joannis Baptistae celebrioribus adnumeratur, ita ut in eo nequeat cantari unica Missa de Requiem, etiam praesente cadavere 4242. Hoc Festum, uti et illud Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, excludit omnia Festa occurrentia, praeterquam illud SSmi Corporis Christi 3994. *ad* 5. Si hoc Festum, vel aliud e solemnioribus occurrat cum solemnitate Corporis Christi, illud tantummodo S. Joannis transfertur singulari privilegio in sequentem diem, amoto quocumque alio Festo occurrente; et in secundis Vesperis SSmi Corporis Christi fit commemoratio S. Joannis: caetera vero Festa solemniora occurrentia in dicta die Corporis Christi, transferuntur infra Octavam in primam diem non impeditam 3895. *ad* 9. Hoc Festum uti, et alterum *Decollationis*, ubi Sanctus Patronus est, vel Titularis, in Missis gaudet *Symbolo*, alibi vero non, nisi adesset Reliquia insignis. 3994. *ad* 6. Festum Nativitatis in Ecclesia Parochiali, sub hoc titulo Castri Malleani, Dioecesis Nepesinae, nequit anticipari, etiam posito praetenso Indulto 3763. Festum translationis ejus cinerum celebrandum cum paramentis coloris rubri 1591. praevalet Dedicationi 3014. *ad* 1.

Festum Quadraginta Martyrum celebrandum 10. Martii, ut in propria sede tamquam primo non impedito, postquam dimotum fuit a proprio loco ob elevationem ritus S. Franciscae Romanae 1866. *ad* 3.

Festum S. Antonii Patavini quod a Minoribus fit sub rit. dup. secundae classis, si incidat cum Festo Corporis Christi, transferri debere post Octavam, S. R. C. respondit 4137. *ad* 2.

Festum S. Francisci de Paula, quod ex privilegio transfertur in primam diem non impeditam post Dominicam in Albis, casu, quo transferatur etiam illud Annunciationis B. M. Virginis, de hoc fieri debet prima die, illud transferendum in diem proximam, etsi pro Minimis sit altioris ritus 2396. Incidens in Feriam VI. majoris hebdomadae permittitur transferri in Feriam II. post Dominicam in Albis, cum obligatione illud servandi pro illis locis, in quibus servari solet, sed sine Octava 3588., vel ad primam diem non impeditam juxta Rubricas, sed arbitrio Episcopi 3188. 3203. 3204.

Festum S. Bartholomaei celebrandum die 24. vel 25. Augusti juxta consuetudinem 2412.

Festum S. Sebastiani, ubi is est Patronus minus principalis, non separandum a Festo S. Fabiani 3350.

Festum S. Stephani Regis signatum die 2. Septembris, quatenus haec sit impedita Festo Sanctorum Angelorum Custodum, reponendum est die sequenti, quae non sit impedita, non autem transferendum ultra Octavam 3515. *ad* 6.

Festum Sanctorum Nerei, et Achillei si transferantur extra tempus Paschale, qualis debeat esse Missa 3605. *ad* 7.

Festum Annunciationis, vel Purificationis B. M. V. si titulus sit, vel principalis patronatus honore fulgeat, celebrari potest etiam in Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae, Quinquagesimae, 2. 3. 4. Quadragesimae 314. V. etiam *S. Maria*.

Festum Assumptionis B. M. V. habendum proTitulari illarum Ecclesiarum, quae titulo gaudent B. M. V., absque tamen denominatione Mysterii, de quo Festum speciale celebratur 4278. *ad* 1. et 2.

Festum Patrocinii, Desponsationis, Expectationis partus, Translationis Almae Domus Lauretanae, celebranda sub rit. dup. maj. 39. 5. *ad* 2.

Festum Patrocinii B. M. V. concurrens cum Octava Sanctorum transfertur. 4293. *ad* 5. Transfertur etiam Indulgentia, si haec sit concessa fidelibus, qui Missae conventuali Festi Patrocinii intersunt 4293. *ad* 6 In aliquo casu S. C. respondit Patrocinii Festum

eo anno esse omittendum, celebrari tamen posse duas Missas, alteram de Octava, alteram de Festo 3398. si transferatur, et concurrat in Vesperis cum Festo Expectationis Partus, totum fit de praecedenti, nihil de subsequenti 4244. *ad* 12.

Festum Sanctissimi Rosarii cadens in Dominica impedita Festo Dedicationis Ecclesiae, nequit transferri ad proximam Dominicam, sed debet ad primam diem non impeditam 4151. *ad* 1.

Festum Septem dolorum B. M. V. celebrandum sub rit. dup. maj. 2442. *ad* 1. Si occurrat Festum altioris ritus, de illo septem dolorum fiat in sabbato, eo impedito, non est alterius transferendum, sed eo anno omittendum 2442. *ad* 2. 3. *et* 5. 2443. *ad* 2. 2512. *ad* 2. *et* 3. 2734. *ad* 2. *et* 3. 2891. *ad* 5. 3823. *ad* 1. Si concurrat cum Festo Annunciationis in primis, vel secundis Vesperis, de Festo septem dolorum fieri non debet Commemoratio 2442. *ad* 4. 2734. *ad* 1. 3970. *ad* 10. Non esse recitandum *Te Deum* in Officio, et Hymnum *Gloria in Excelsis* in Missa, ac adhibendum colorem violaceum S. C. primum respondit 2442. *ad* 7. 2443. *ad* 2. 2450. *ad* 2.; verum, re maturius discussa, in aliam postea abiit sententiam, ac edixit, adhibendum esse colorem album, dicendum *Te Deum* in Officio, cum nona lectione, et commemoratione Feriae, ac *Gloria in Excelsis* in Missa 2470. 2504. *ad* 1. 2512. *ad* 1. Aliqua dubia excitata, ac resoluta quoad Festum septem dolorum 2739. In Congregatione, in qua tamquam Patrona principalis B. M. V. sub hoc titulo veneratur, S. C. negat de hac fieri, si incidat cum Festo Annunciationis 3262. Quo casu eadem S. C. indulsit, ut de Festo septem dolorum fieret die antecedenti. 3264. In Ecclesia sub hoc titulo dedicata, in qua proinde Festum septem dolorum est primae classis celebrandum est, etiamsi incidat cum Festo S. Joseph, quod propterea erit transferendum, alibi vero faciendum de S. Josepho, et Festum dolorum eo anno omittendum. 3823. *ad* 1. (hoc in casu omittendum forte, quia sequens Sabbatum erat impeditum, vel ob aliam causam, quam ignoramus).

Festum Septem dolorum celebrandum in Dominiis Austriacis Dominica tertia Septembris, cum sit de praecepto, potest transferri, si Dominica tertia sit impedita 4049. *ad* 3. Item in Regnis Hispaniarum 4293 *ad* 3. Extensum ad Ecclesiam universalem, cum facultate illud transferendi in aliam Dominicam non impeditam Festo altioris ritus, si tertia Septembris sit impedita 4363.

Festum B. M. V. titulo Auxilium Christianorum a Pio VII institutum 4364.

Festum S. Mariae de Remedio indultum cum Officio, et Missa Religiosis Ordinis SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum, revocatur 3839.

Festum Sanctissimi Corporis Christi solemnioribus, quae Episcopalia dicuntur, adnumeratur 1574. In hoc Festo, dum reponitur SSmum Sacramentum, servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum, non autem Ritualis Romani 2076. *ad* 7. Si infra ejus Octavam duo duplicia concurrant, de uno faciendum est Officium, alterum transferendum post Octavam 2779. *ad* 2.

Festum Sanctissimi Nominis Jesu celebrari posse a PP. Societatis Jesu die prima Januarii S. R. C. respondit 3808.

Festum S. Crucis Ecclesiae Titularis, si concurrat cum Festo Dedicationis ejusdem, praeferendum est huic, quod propterea transferri debet; et quatenus reponatur in die sequenti, Vesperae erunt de Titulari praecedente, cum commemoratione Dedicationis subsequentis 3646. *ad* 1. *et* 2. Ubi non est Titulus incidens in Dominicam, in qua celebratur Festum Dedicationis Ecclesiae, licet sit secundae classis, reponi tamen nequit in sequenti die, sed transferendum ad primam non impeditam 3895. *ad* 8.

Festum S. Benedicti apud Cassinenses, si ex privilegio transferatur ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, vel alio tempore ex indulto celebretur, habere nequit Octavam. Cum tamen sit primae classis, praecedit Festo Annunciationis B. M. V. pariter translato 3073. ad dubium 2. quaesiti, 3196. (intellige, nisi Festum Annunciationis transferatur simul cum praecepto), translatis simul Festis S. Joseph, et S. Benedicti, de hoc primum fieri debet repositio utpote primae classis apud Monachos ejus Instituti 3553.; deinde vero, forte ut perpetuo Feria secunda post Dominicam in Albis inserviret pro sola repositione Festi Annunciationis B. M. V., Benedictinis indultum est, ut Festum S. Benedicti transferre possent ad Feriam tertiam, tamquam diem propriam, translato quocumque alio Festo etiam aequalis ritus in eo occurrente 3823. *ad* 2. Hoc Festum non est celebrandum de praecepto a populo Dioecesis Nullius Montis Casini 2893. *ad* 2.

Festum Sanctorum Apostolorum Philippi, et Jacobi cadens in sabbatum in Albis quoad Ecclesiam titularem 2218. si transferendum sit post tempus Paschale, Missa celebranda est ut in Missali, iis demptis, quae tempori Paschali conveniunt 3508. Si occurrat in Dominica pro utentibus Breviario Monastico, Responsorium ultimum ponatur loco penultimi, quod est de Dominica 3895. *ad* 7. Hoc Festum, quod ob perpetuum impedimentum alicubi fiebat die 5. Maj., et deinde translatum ad diem 11. quia dies 5. assignata fuerat novo Festo S. Pii V., S.R.C. declaravit ad diem 5. esse restituendum, et Festum S. Pii V. transferendum ad diem 11. tamquam propriam 3978. V. S. Joseph.

Festo S. Silvestri Papae translato, quia in Cathedrali Placentina Provinciae Compostellanae die 31. Decembris fit Officium B. Paulinae V. et M., et translato etiam Officio S. Thomae Cantauriensis; hoc licet sit rit. semidup., reponendum est in Vigilia Epiphaniae juxta indultum Gregorii XV. et non illud S. Silvestri, licet ritus dup. min. 3741.

Festum S. Francisci Xaverii quod Vallettae ex fundatione solemniter celebrari debebat cum Vesperis, et Missa in Pontificalibus, sed peragi nequibat in propria Sede, S. C. respondit, non posse pro lubitu ad aliam diem transferri, sed perpetuo celebrandum esse die 10. Decembris 3841. *ad* 3.

Festum S. Joannis Nepomuceni vel celebretur tempore Paschali, vel post, semper habet Evangelium *Nihil est opertum etc.* cum sua Homilia, 3894. de lect. 3. noct. *Dub.* 1.

Festum S. Lucae Evangelistae si occurrat in Dominica, in qua similiter occurrit Festum Sacrarum Reliquiarum ejusdem ritus secundae classis, non est transferendum, sed transferatur illud Sacrarum Reliquiarum ad primam diem non impeditam 3895. *ad* 13.

Festum S. Æmiliani Abbatis, si in secundis Vesperis concurrat cum Festo omnium Sanctorum Ordinis, habere nihilominus debet Commemorationem in Vesperis, quamvis sit unus ex illis, quorum Festum incipit celebrari 3895. *ad* 15.

Festum S. Mauri apud Monachos dup. secundae classis transferendum ad primam diem non impeditam, si occurrat cum Festo Sanctissimi Nominis Jesu 3895. *ad* 16.

Festum principale S. Romualdi apud Camaldulenses est in die dormitionis ejus, quod propterea celebrandum est cum Octava, non autem Festum secundarium translationis ejus Corporis 3987. *ad* 6.

Festo Sanctorum Cornelii, et Cypriani a propria sede perpetuo amoto, potest assignari ut propria dies 22. Septembris, licet intra Octavam Dedicationis 4016.

Festum S. Thomae Apostoli si occurrat in Dominica IV. Adventus, nec supersit dies libera pro ejus repositione, potest de eo fieri in die Festo se-

midup. vel etiam dup. quod redigatur ad rit. simp. eum commemoratione in utrisque Vesperis, et Laudibus, et IX. Lectione ad Matutinum (Decretum generale) 4342. *ad* 2. Quod militat etiam relate ad Festum S. Andreae Apostoli 4350. *ad* 11. *et* 12. Et extenditur privilegium ad omnia duplicia secundae classis 4342. *ad* 2. *litt. A.* in Decreto generali adnexo. Neque tamen ea licet transferre ad diem immediate sequentem, translato quocumque Festo aequalis ritus, sed minoris dignitatis 4350. *ad* 11.

Festum S. Thomae Cantauriensis non omittendum, si occurrat Dominica infra Octavam Nativitatis *die* 29. *Decembris*, sed in Hispaniis, impedita die 30. ob Festum secundarium S. Jacobi, transferendum est ad diem 5. Januarii sequentis ex speciali concessione, et Indulto Gregorii XV. 4351. *ad* 4. 4353. *ad* 2. si sit rit. dup., de eo fit ubi est rit. dup., etsi cadat in Dominica, quae tunc sola gaudet Commemoratione 2794. *ad* 7.

Festa Sanctorum Didaci de Alcalà, et Margaritae de Cortona elevata fuisse ad rit. dup. min. a S. mem. Pio VI. S. C. non constat 4350. *ad* 18.

In Festis de Sanctis Episcopis Brixiae celebrandis servandus est ritus praescriptus a S. Carolo Borromaeo, dum ad illam Ecclesiam visitandam accessit. 4350. *ad* 2. *et* 3.

Fidelium Animae etc. omitti non debet in fine cujuslibet horae, etiamsi immediate sequatur Missa 3975.

Fontis Baptismalis benedictio fieri potest in omnibus Ecclesiis illum fixum habentibus 890. Fieri debet a Celebrante, praesentibus hebdomadariis curam animarum exercentibus. 1949. Fieri debet Sabbato Sancto, et Vigilia Pentecostes 4103. *ad* 1. In ministerio quatuor saltem Clerici adhibendi sunt. *Ibidem ad* 2. Qui Fontem benedicendi facultatem habent, et ante benedictionem Olea Sacra recipere non potuerunt, illa subinde privatim, et separatim in aquam mittere poterunt. *Ibidem ad* 3.

Fontis Benedictio, et Missa in Sabbato Sancto sunt actus divisibiles 239.

Fontis Baptismalis benedictio, et administratio Baptismatis in Collegiata S. Petri Corinaldi, Dioecesis Senogallien., impedito Archipresbytero, pertinet ad Dignitatem, vel Celebrantem 4058. *ad* 5.

Formale, seu Pectorale ornamentum est privativum Episcopi, nec eo uti possunt Dignitates, aut Canonici Cathedralis solemniter celebrantes. 4086. *ad* 10.

S. Francisci de Paula. V. Festum.
S. Francisci Salesii V. Officium.
S. Francisci Xaverii V. Festum.

Functiones Episcopales, absente, vel impedito Episcopo, pertinent ad primam Dignitatem, et hac impedita, ad alias ordine successivo, et omnibus Dignitatibus impeditis, ad Canonicum digniorem. 116. 129. 146. 201. *ad* 2. 219. 293. 335. 336. 338. 444. 450. 540. *ad* 3. 545. 592. 612. 673. 777. 791. 828. 851. *ad* 1. 866. *ad* 1. *et* 3. 868. 926. 935. 1027. 1038. 1079. 1129. 1136. 1153. 1267. 1301. *ad* 1. 2. *et* 3. 1333. 1391. *ad* 1. 1413. 1490. 1521. *ad* 1. 1526. 2154. 2361. 2368. 2375. 2531. 2558. 2848. 3463. *ad* 2. 3516. 3706. *ad* 4. 3750. (Pro Ecclesia Cathedrali Setina responsum fuit functiones hujusmodi, impedito Episcopo, et Archipresbytero, competere Canonico digniori, juxta solitum, non autem Archidiacono, vel Praeposito 4274.) Neque Episcopus potest has alteri sibi beneviso Canonico, aut Dignitati demandare 457. 866. *ad* 2. 1209. prout nec potest Dignitas, aut Canonicus impeditus 1106. 1126. Ita est servandum, nisi probetur consuetudo immemorabilis, quod fiat a Dignitatibus per turnum 509. Numquam vero pertinent ad Vicarium Generalem 188. 335. 464. 548. 783. 1001. 1026.

1030. 1832., etiamsi habeat sui favore consuetudinem, et Decretum Synodale 1825. *ad* 1. Neque competunt Vicario Capitulari, Sede Vacante 555. 589., aut hebdomadario, sed semper primae Dignitati 4331. 4333.

Functiones hujusmodi enumerantur 274. 293. 2451., et recensentur lib. 1. cap. 26. §. quo casu, et lib. 2. cap. 34. Caeremonialis 1232.

Functiones Episcopales fieri debent in Cathedrali, non autem in Collegiata, si ibi Episcopus resideat, et in casu insufficientiae Presbyterorum sunt aliunde conducendi 2302.

Functiones solemnes in Ecclesia simplici spectant ad ejusdem Ecclesiae Rectorem, non ad loci Archipresbyterum, nec ad Parochum, intra cujus Parochiae limites sita est Ecclesia 1128. In Ecclesia Parochiali pertinent ad ejusdem Parochum, qualibet contraria consuetudine non obstante 1152.

Functiones peragendae a prima Dignitate, hac impedita, pertinent ad secundam, non autem ad Canonicum antiquiorem, vel hebdomadarium 3570. 3792. 3812. *ad* 1.

Fundationes sive in honorem Sanctorum, sive in defunctorum suffragium possunt adimpleri celebrando Missam de die, quando Missae a fundatoribus praeceptae ab occurrente solemnitate primae, vel secundae class., aut die festivo quoad Forum impediuntur 3970. *ad* 6.

Fundationes pro celebratione Missae omnibus diebus festivis B. M. V. non sunt intelligendae tantummodo de Festis de praecepto, sed complectuntur dies omnes, in quibus fit Officium B. M. V. sub dup. maj. vel altiori ritu, tam in Ecclesia universali, quam in Dioecesi 4081. 4149. Fundationes vero Missarum votivarum, et de requiem pro certis diebus, impleri poterunt diebus impeditis, celebrando tot numero Missas de die, quot praescriptae sunt in fundatione, absque ulla commemoratione. 4182.

Fundatoribus Cappellae erectae in Ecclesia Parochiali, licet apponere in ea inscriptiones, et imagines virorum illustrium de Familia. 1145.

Funera, nisi alia vigeat laudabilis consuetudo immemorabilis, exigenda sunt ad formam juris communis, videlicet quod quando quis in una Parochia moritur, et alia in Ecclesia tumulatur, benedictionem in domo defuncti faciat proprius Parochus, qui stolam deferens usque ad Januam Ecclesiae, in qua corpus deponendum est, aliis omnibus praecedit. In Ecclesia vero sepeliente Officium faciat, ac praeeminentiam habeat, qui eam regit Ecclesiam 346. 2760. Unica elevanda est Crux, et improbatur permissio facta ab Episcopo deferendi aliam Regularium ad sinistram Collegiatae 1064.

Funus associantes omnes incedere debent sub Cruce Cathedralis, vel Collegiatae, si alterutrum Capitulum intersit; sin minus, sub Cruce Ecclesiae sepelientis 1388. *ad* 2. Nequeunt ad illud venire, nisi vocati 1134. 1135. Licet quoad elevandam Crucem praelatio supra Parochos competat Cathedralibus, et Collegiatis, in reliquis tamen Parochis competentia jura reservantur. Decretum hoc generale est. 1956.

In Funeribus ducendis preces, et psalmi decantari debent, ut Rituale praescribit, circumscripto cujusdam Vicarii Decreto, qui Regularibus prohibuerat. 1771.

In Funeribus, et Anniversariis praetermitti non debet recitatio nocturni. Transgressores poenis plectendi 2052. Quaedam consuetudines declarantur, quae ab funeribus, et exequiis eliminantur, utpote illicitae, repugnantes rubricis, et moribus Ecclesiae 2659. *ad* 1. 2. *et* 3. 4., *et* 6., ut etiam damnatur abusus faciendi Officium de adultis cum Missa de Angelis, etiam in duplicibus in exequiis parvulorum 2659. *ad* 5. Si exequiae parvulorum contingant in ultimo triduo majoris hebdomadae potest omitti *Gloria Patri* ad

psalmos . 2660. *ad* 6. 4026. *ad* 7. In ducendo funere alicujus praestantissimi viri, licet ut aliquot nobilas culcitrae fimbrias sustineant, quoad Ecclesiasticos probibetur 2813. reprobatur abusus collocandi cadavera Archipresbyterorum induta pluviali in sede, et non in feretro 3893.

Funus alias de funeribus . V. 3271.

Funera Sacerdotum exigenda sunt ad formam Ritualis Romani, neque licet in associatione, loco Antiphonae *Exultabunt*, et Psalmi *Miserere*, incipere officium ab Invitatorio, prosequendo per viam etc. 3965. 3984.

In Funere quod defertur ad Ecclesiam a Parochiali diversam, non Parochus, sed alius Sacerdos ejusdem Ecclesiae cotta, et stola, vel etiam pluviali indutus prosequi debet officium a Rituali praescriptum, sine praejudicio jurium Parocho competentium 4035.

G

Generales Ordinum Regularium excipiendi ab Episcopo, ut excipiuntur Praelati 2769. *ad* 1.

Genuflectere debent omnes de Choro ad confessionem in Missa solemni, praeterquam Canonici 1164. Sed etiam Praelati, et Canonici ad Orationes in Missis ferialibus, vigiliarum, et de requiem 3130.

Genuflectere num debeat, an stare Sacerdos dum thurificat Crucem? Vide *Reliquia*.

Genuflexio a Sacerdote celebraturo facienda est in transitu ante Altare, in quo expositum est V. Sacramentum 939. fieri debet utroque genu 1480. *ad* 6. fieri debet etiam in transitu ante Altare, in quo Sacramentum asservatur tabernaculo inclusum appenso palmis circiter octo a superficie, ac si immediate collocatum esset super Altare 1858.

Genuflexio ubi conveniat in officio? 2198. *ad* 14.

Genuflexio fieri non debet a Canonicis Divina persolventibus, etiamsi a Clero conspiciantur Altaria, in quibus celebrantur Missae privatae ad elevationem Sacramenti: Ne tamen id fiat cum offensione populi, omittenda est pulsatio campanulae 2246.

Genuflexio iterari non debet dum Sacerdos surgit ad dicendum Orationem priusquam benedicat populum cum Sacramento 3338. 3340.

Genuflexio num fieri debeat dum Processio SSmi Sacramenti ducitur per Ecclesiam ab iis, qui ante incedunt, in occursu, et transitu ejusdem Sacramenti? 2794. *ad* 8. Quid si in aliis Processionibus contingat transire ante Altare, dum elevatur Sacra Hostia, aut Calix? *Ibidem ad* 9.

Genuflexio ad Invitatorium, Symbolum, et alia, quae genuflexionem requirunt, ab iis, qui canunt fieri debet, dum verba, quae canunt, genuflexionem exigunt, si mora brevis sit: quando autem mora est longa, ne plurium vocum unisona modulatio inflectatur, genuflexio facienda est sub finem verborum 3923. *ad* 5.

Genuflexio fieri debet ab iis, qui alias caput inclinant dum cantatur ℣. *Et incarnatus est* non in die, sed in Missa Annunciationis, dum Festum transfertur 2081. 3441. *ad* 3. 3605. *ad* 17.

Genuflexorium situm in Presbyterio pro Domino loci omnino amovendum 2457. Non est parandum in medio Ecclesiae cum strato, et pulvinaribus, vel Ecclesia sit saecularia, vel regularis 2919.

Gloria in excelsis Deo etc. dicitur in Missis votivis de S. M. tam in Sabbatis Feriarum, quam in Sabbatis Adventus 204. *ad* 11. 263.

Graecis Presbyteris petentibus, ut possent uti pane fermentato, sed cocto ad modum Hostiarum, quibus Latini utuntur, S. R. C. respondit: *Nihil esse innovandum* 472.

Gubernator in habitu Ecclesiastico, sci-

licet Rochetto, et Mantelletto dum Divinis assistit thurificandus est immediate post Episcopum 55. Nequit genuflectere in eodem genuflexorio cum Episcopo, sed in scamno cum Magistratu. Decretum generale 1828. Quoad sedem 2214. 3305. Praesente Episcopo Cardinali thurificandus duplici ductu 2663. Nequit incedere ad dexteram Episcopi cappa induti, etiamsi sit in aedibus Episcopi 2439. 2462.

Gubernatores Praelati, et Protonotarii Apostolici Titulares in Missis privatis debent sequi morem simplicium Sacerdotum 2568.

Gubernatori Praelato accedenti ad aliquam Ecclesiam tradi non debet aspersorium, sed sat est, quod ministretur aqua benedicta ab aliquo Sacerdote, seu Ministro per aspersorii contactum 3540.

Gubernatori Regio Provinciae non est deferendus liber Evangeliorum ad osculum 101. Neque ei licet habere pro se, et uxore genuflexorium cum tapete etc. ac sedem intra Presbyterium absque speciali licentia Sedis Apostolicae 1567. 1568.

Gubernatori, praesente Episcopo, pax danda est post Canonicos eidem Episcopo assistentes, absente vero immediate post Vicarium 167. 210. Quod etiam procedit, quamvis Gubernator sit uxoratus 214.

Gubernator, et electi a quo thurificandi? 848. Nequit habere sedem in Presbyterio 1121. 2238. 2544.

Gubernator debitis remediis cogendus ad interessendum cum Magistratu Missis solemnibus, Divinisque Officiis in Cathedrali, et ad consueta obsequia Episcopo praestanda 210. 1890.

Gubernatores Capitulares adjuncti Vicario Capitulari, sede vacante, nullam habent praecedentiam, sed sedere, et incedere debent in loco suae receptionis 39.

Gubernator thurificandus est duplici ductu post Vicarium 2560. 2950. 2951.

Gubernator, si intersit sacris functionibus in habitu talari, etiam absente Magistratu, debet thurificari 2838.

Gubernatori Ducis Segobricen. non decere respondit S. R. C. usum pulvinaris aerici, et nigri in Cappella majori Cathedralis Feriis V. et VI. majoris hebdomadae 3745.

Gubernator Ecclesiasticus Provinciae Praeses non habens facultatem Legati a latere, sedere debet in sede supra Magistratum, sed sine baldachino, et solio, non habet praecedentiam supra Episcopum, qui ei ad Cathedralem venienti obviam ire non debet 2013. 2035. Canonici ei debent obsequia praestare, et duo ex iisdem eum ad januam excipere, et associare. *Ibidem*. Debet ipse ad Episcopum accedere, et cum osculo manus accipere candelam, et palmam. *Ibidem*, eo presente Episcopus non impeditur ab elargienda benedictione tam publica, quam privata. *Ibidem*.

Gubernator thurificandus ad formam Caeremonialis stare debet detecto capite, 2943. *ad* 1. *et* 2. non ei competit stratum intra Presbyterium. *Ibidem ad* 3.

Gubernator Praelatus non est thurificandus a Presbytero assistente, qui thurificavit Episcopum 2958. *ad* 1.

Gubernator nequit galero operire caput, dum Episcopus Mitram assumit 3304. neque biretum deferre, etsi Clericus sit, ut sibi imponat dum Clerus bireto caput tegit 3312. *ad* 2.

Gubernator, et Electi Civitatis Episcopo pontificaliter celebrante nequeunt sedere in sede quartum ex sex gradibus Chori coaequante, aut habere sedes holosericis villosis rubeis coopertas cum pulvinaribus, et genuflexorio 3533. *ad* 5. 6. *et* 8. Nequeunt caput pileo operire, dum Episcopus sedet cum Mitra. *Ibidem ad* 7. Thurificandi non sunt eodem tempore, quo thurificantur Canonici parati, etiamsi contraria vigeat consuetudo, sed expleta Canonicorum thurificatione. *Ibidem ad* 9. Duplici tamen ductu. *Ibidem ad* 10. Numquam triplici. *Ibidem ad* 11. Tolerari potest, quod thurificentur a Diacono. *Ibidem ad* 12. Nec in Ecclesiis

to Synodali 1216. sine praejudicio in reliquis Jurium Parochialium 1331.

Homilia ad Evangelium in Officio desumenda est ex proprio Sanctorum, si habeatur respondens Evangelio, quod legitur in Missa, vel ex Octavario Romano. Quod si in illo non reperiatur, istud vero desit, legenda in Officio Homilia Evangelii, quae habetur in communi; in Missa vero idem Evangelium, cujus Homilia recitata est in Officio 4325. *ad* 8.

Homophorion, seu *Periphorion Graecorum* simplex esse ornamentum pro Episcopis Graecis unitis: Archiepiscopis vero tradendum esse pallium S. R. C. respondit 1243. 1273.

Horis Canonicis interesse volens Episcopus, expectandus est, is tamen properare curet 852. *ad* 1. 1309.

Horae Canonicae, dum persolvuntur in Choro, absonum est, ut alii in eadem Ecclesia diversas recitent preces 1820.

Hospitalis aggregati Ecclesiae Lateranensi de Urbe Rectores nequeunt exercere functiones, et munia ad Parochos pertinentia, sine expressa Ordinarii, et Parochi licentia 300.

Hostiae pars inferior, non superior, rescindi debet ad *Pax Domini sit semper vobiscum* 2094. *ad* 6.

Hostia asservanda a Feria V. ad Feriam VI. majoris hebdomadae, non exponi debet patenter 3561. *ad* 7.

Hymnus quomodo terminandus in secundis Vesperis, dum Officium votivum B. M. V. in Sabbatis fit rit. semidup. 31.

Hymni ejusdem metri in Octavis Assumptionis, et Nativitatis, qui concludi debebant *Gloria tibi Domine* (nunc *Jesu tibi sit gloria*,) cani debent in tono B. M. V. 471. *ad* 1.

Hymnus septem gaudiorum non imprimendus in Officio parvo B. M. V. 1508.

Hymni in Festo expectationis Partus quomodo concludendi, quale esse debeat Responsorium ad Primam 1407. *ad* 6. 2197. 2354. *ad* 1. *et* 2. 3146. *ad* 4. 3889. *ad* 4. 3900. *ad* 7. 3907. *ad* 7. 3931. *ad* 6.

Hymnus Angelicus in Missa solemni est vocibus modulandus, consuetudo, quod sub Organo sine vocibus moduletur, reprobatur 1587. *ad* 2. prout etiam *Symbolum* 1670. *ad* 3.

Hymnus Angelicus, et *Symbolum* dici nequeunt in Missa solemni votiva cum paramentis violaceis 2699. *ad* 6.

Hymnorum conclusio num tempore Passionis varianda sit? 1998.

Hymni Veni Creator etc., *Ave Maris Stella etc.*, *Tantum ergo etc.*, dum occurrunt in Officio, exigunt genuflexionem ad integram stropham 2198. *ad* 14. 2603. *ad* 7.

In Hymno Iste confessor non mutatur tertius versus, si contingat festum confessoris transferri ad diem immediate sequentem 2839. *ad* 6. mutatur tamen, si assignata sit dies fixa, quae non est dies obitus, licet Officium fiat de die obitus 3437. *ad* 5.

Hymnus Angelorum custodum quoad conclusionem 3416. *ad* 4.

Hymnus proprius Vesperarum S. Venantii Mart. si omitti debeat in Vesperis, num possit conjungi cum Hymno Matutini, itaut ex duobus fiat unus? 3515. *ad* 9.

Hymni quoad conclusionem 3554. *ad* 4.

Hymnum Te Deum etc. in Officio parvo B. M. V. Sac. Rit. Congr. recitari debere respondit a Nativitate Domini usque ad Septuagesimam, et a Dominica Resurrectionis usque ad Adventum, in Adventu autem, et a Septuagesima usque ad Pascha, nonnisi in Festis ejusdem B. M. V. 3755. *ad* 1. Ubi quotidie recitandum est ex fundatione, recurrente Festo Annunciationis, diei debet prout in Adventu *Ibidem ad* 2.

Hymnus in festo S. Hermenegildi, si non recitetur in Vesperis, ponendus est in Matutino, et hymnus Matutini in Laudibus 3894. *ad Tit. de Hymnis*.

Hymni in Officio infra octavam Conce-

ptionis B. M. V. quomodo concludendi? 3894. *Alia dubia ad* 12.

Hymni proprii, *Responsoria*, *Antiphonae etc.*, quae habentur in aliquibus Officiis de praecepto, dici omnino debent, nec sumi possunt a communi SSrum 3895. *ad* 23.

Hymni proprii, qui recitantur in Festo S. Theresiae, recitandi etiam sunt in Festo Transverberationis, sed in hymno Matutini loco versus = *Haec est dies*, *qua candidae* = legi debet = *Felix dies etc.* 3931. *ad* 3.

Hymnus = *Iste confessor etc.* servat versum *Meruit beatas*, si Festum habens Octavam non ultra illam transferatur, quod pariter servandum est per totam Octavam, quia haec nihil est aliud, nisi extensio ejusdem Festi 3970. *ad* 8. In Festo translato stygmatum S. Francisci nulla fieri debet mutatio, bene vero in festo S. Joachim Dominica infra octavam Assumptionis celebrando. *Ibidem*. Ubi retinentur Hymni antiqui, si recitetur Officium translatum de Sancto Confessore, non est necessariò variandus tertius versus; et unaquaeque Ecclesia in eo variando, aut retinendo, suam sequi potest consuetudinem 4150. *ad* 10.

I

S. Jacobi Apostoli V. *Officium*.
S. Januarii V. *Officium*.

Jejunium V. *Vigilia*.

Jejunium in consecratione Ecclesiae est strictae obligationis pro Episcopo consecrante, iisque tantum, qui petunt Ecclesiam sibi consecrari; idemque jejunium indicendum est die praecedente consecrationi 4251. *ad* 1. *et* 2.

Jejunium cum abstinentia alicubi adnexum Litaniis majoribus in Festo S. Marci, si hoc occurrat in hebdomada Paschatis, servandum, vel transferendum juxta consuetudinem, moremque Regionis 3561. *ad* 5.

Imagines B. M. V. et Sanctorum quomodo induendae, quae vestium forma prohibita. Urbani VIII. hac super re constitutio 1256. 1286. 1378.

Imagines, *et Cruces* omnino velari debent Sabbato Passionis, nec interea detegi, etsi occurrat Festum Patroni, Titularis, aut Dedicationis Ecclesiae 1466. *ad* 2. *et* 3. Quod intelligitur de Imaginibus quorumcumque Sanctorum 2094. *ad* 2., cooperiendae tempore a Rubricis praescripto 1902., detegendae Sabbato Sancto *ad Gloria in excelsis Deo*, si comode potest: sin minus, post ejus diei Officium 2047.

Imaginem quamdam ab Ecclesia amoveri, ac deturpari S. R. C. jussit 1682.

Imagines Sanctorum inter candelabra dispositae in Altari thurificandae sunt, nec est necesse, quod habeant inclusas Reliquias. 4004. *ad* 4.

Imago B. M. V. in supplicationibus delata thurificanda est duplici tantum ductu 4288.

Incensantio V. *Thurificatio*.
Incensum V. *Thus*.

Indulgentiae non sunt concedendae, nisi intuitu SSm, qui sunt in Martyrologio descripti 2552.

Indulgentia non transfertur, translato Festo 2754. *ad* 7. 3073. *ad* 3. 3973. *ad* 2.

Indulgentiae publicandae sunt ad formam Concilii 3602. *ad* 10.

Indulgentia transfertur, si concessa sit non pro aliqua determinata die, sed interessentibus Missae alicujus Festi mobilis, quod ob impedimentum est reponendum, ut accidit in Dioecesi Barcinonen., ubi quandoque Festum Patrocinii B. M. V. ob occursum octavae transfertur ad aliam diem 4293. *ad* 6.

Indultum concessum Abbatibus, et quibusdam Superioribus ordinum Regularium benedicendi sacras vestes, reconciliandi caemeterium etc., valet dumtaxat pro Ecclesiis propriis 805. limitatur ad ea, in quibus non adhibetur sacra unctio. *Ibidem*.

Indultum habens celebrandi Pontificalia ubique de licentia Ordinariorum potest etiam post Pontificalia benedictionem populo elargiri 837. Item potest paramenta sumere de Altari, et habere Ministrum de candela inservientem 838. Quod intelligitur de Missa Pontificali tantum. Vide *Abbas*. *Praelati Episcopo inferiores*.

Indultum conceditur in casa particulari celebrandi unam Missam de requiem quotidie, sed quaedam tempora, et dies excipiuntur 1496.

Indultorum verba intelligenda sunt, prout jacent, et in casu dubio petenda est a Sede Apostolica declaratio 2300. *ad* 5.

Indultum concessum Ecclesiae, et Clero Spoletano transferendi Officia ad libitum, comprehendit totam Dioecesim 3249.

Indultum recitandi Officia Sanctorum Ordinis S. Augustini non comprehendit Officia SSrum Congregationis Lateranensis 3278.

Indultum celebrandi cum cantu singulis Sabbatis Missam votivam de Conceptione B. M. V., etiam in duplicibus, exceptis illis, quae sunt 1. vel 2. class., in omnibus Ecclesiis Minorum S. Francisci de observantia cum clausula = Non omissa conventuali de die = Non inducit obligationem quoad eas Ecclesias, in quibus nulla obligatio est cantandi Missam conventualem 4215.

Indultum concessum a S. M. Pio VI. urgentissimis de causis Dioecesibus Regni Poloniae, quae sunt sub ditione Regis Borrusiae, transferendi plura Festa de praecepto ad proximos dies Dominicos declaratur, et plures difficultates enodantur 4295. 4296.

Indultum concessum Episcopo Santanderien. reformandi proprium Calendarium, non ita est intelligendum, ut aliis etiam Episcopis idipsum liceat; sed si opportunam reformationem hi duxerint, transmittere debent exemplar Calendarii reformandi, ut examini S.R.C. subjiciatur 4351. *ad* 6.

Infantes sepeliendi sunt in gentilitio sepulcro, si illud Parentes habent, secus in sepulcro parvulorum 1114. Item in quacumque Regularium Ecclesia ad parentum placitum 443. Sed nomine parentum intelligitur tantummodo Pater 2195.

Initia Prophetarum Minorum hebdomada V. mensis Novembris dicenda sunt etiam in Officio habente lectiones proprias, si aliae dies liberae non occurrant, quamquam uno die tria initia recitanda sint 4244. *ad* 13.

Insignia Canonicalia deferri nequeunt, nisi in propria Ecclesia 1472. 1479. 2712.; habentibus vero usum Cappae, et Rochetti, non licet cum hisce Insigniis conciones habere, Poenitentiae, et Baptismi Sacramenta ministrare, nisi in propria Ecclesia, etiamsi gaudeant indulto iisdem utendi in functionibus, aliisque officiis tam in propria, quam in alienis Ecclesiis 1479. (Indultum hujusmodi obtinet in functionibus, in quibus Capitulum intervenit, uti Corpus, non autem in iis, quae fiunt ab aliquo Canonico, veluti sunt Concionnes, et Sacramentorum administratio).

Intonare Officium in Choro spectat ad Hebdomadarium exclusive quoad alios 2793.

Instructio Clementina pro oratione 40. horarum extra Urbem non obligat, sed laudandi sunt, qui ei se conformant 4054.

Introitus nequit a cantoribus incipi, antequam Sacerdos ad Altare perveniat 4084. *ad* 7.

Invitatorium tempore Passionis 2354. *ad* 3. 2880. *ad* 1. 3198.

Invitatorium tempore Passionis quoad repetitionem, dum omittitur *Gloria Patri etc.* 3198.

S. Joachim vid. *Officium*.

S. Joannis Baptistae Nativitatis Festum

celebrioribus adnumeratur, itaut in eo nequeat cantari unicaMissa de requiem, etiam corpore praesente 4242. V. *Festum*.

S. Joannis Nepomuceni V. *Festum*.

S. Joseph Festum de praecepto 451.

S. Joseph trausitus recolitur die 19. Martii, nec est recolendum die 20. Julii; nam Joseph Justus, qui sub hac die notatur, non est S. Joseph Sponsus B. M. V., sed Joseph justus, qui missus est in sortem cum S. Mathia 1481. 1926. Ideo Festum, quod ab aliquibus erronee sub eo die celebrabatur, eliminandum esse decrevit S. R. C. prout S. M. Innocentius X. eliminari jussit 1934.

S. Joseph Festum si cadat in majori hebdomada, nedum de eo nihil fieri debet, sed nec una Missa cantari, aut privatim dici: ita etiam nec consueta fieri processio 2103. *ad* 1.

S. Joseph Festum si transferatur, reponi debere ante illud Annunciationis juxta Rubricas aliquando S. R. C. respondit 3047. Veruntamen, re maturius discussa, dein generali Decreto statutum est, quod Annunciationis festum occurrens in majori hebdomada transferatur ad Feriam 2. post Dominicam in Albis, tamquam in sedem propriam, posthabito etiam festo S. Joseph, quod erit ulterius transferendum 3053. 3055. 3133. Si festa translata Annunciationis, et S. Joseph concurrant in Vesperis, hae integrae esse debent de Annunciatione cum commemoratione S. Joseph 3047. *ad* 2. Si occurrat festum S. Joseph cum Feria V. in Coena Domini, ac propterea quoad Officium transferendum sit, servandum tamen est quoad praeceptum, ideo aliquae Missae privatae permittuntur in Ecclesiis ante Missam conventualem, ut ex Decreto generali 3140. 3146 *ad* 1. In ejus Officio a Minoribus de Observantia S. Francisci recitandae sunt lectiones secundi Nocturni desumptae ex S. Bernardo in Breviario Romano impressae, non autem ex S. Bernardino assignatae pro secundo Nocturno in Festo Patrocinii 4129.

S. Josephi Festum Patrocinii pro Dioecesi Hispalensi si celebrari nequeat in Dominica 3. post Pascha alio Festo impedita, S. R. C. transferri posse indulsit, assignata ab Episcopo certa alia die, quae non sit Dominica fixa 3889. *ad* 2. (Agebatur de impedimento non accidentali, sed perpetuo, idcirco necessaria erat immutatio, secus numquam de eo fieri potuisset) Ubi celebratur sub ritu dup.secundae classis, si occurrat cum Festo altioris ritus, vel majoris dignitatis, transferendum ad primam diem non impeditam, excepta Dominica 3961. *ad* 1. 4217. *ad* 1. 4293. *ad* 3. Ubi celebratur sub rit. dup. min., occurrente impedimento, omittitur 4122. Quandoque tamen omittendum esse edixit, etiamsi celebretur sub rit. dup. secundae classis. 3994. *ad* 3. Occurrens cum Festis S. Marci, vel SSrum Apostolorum Philippi, et Jacobi quandoque respondit, praeferendum esse 3994. *ad* 1. *et* 2. alias Festis Apostolorum non esse praeferendum dixit 3961. *ad* 2. 4217. *ad* 2. ea ratione potissimum, quia agitur de Festo secundario, et non primario 4252. *ad* 17., *et* 18. Si concurrat in Vesperis, has integras esse debere de S. Josepho in casu particulari S. R. C. respondit, jussit tamen deleri verba, quae legebantur in dubio: *atque illi*: (scilicet Festo Apostolorum) *praeferatur* 4217. *ad* 3. Majorem quippe dignitatem attendendam esse censuit in concursu Festi antecedentis, vel subsequentis, quod finem habet, vel incipit; non autem in occursu; quia, cum de duobus eadem die fieri nequeat, Festum primarium aequalis ritus praevalere debet, in occursu cum Festo majoris quidem dignitatis, sed secundario. Atque hoc pacto conciliari posse videntur Decreta, quae speciétenus pugnantia apparent. Verumtamen postea, re maturius explorata, censuit in paritate ritus, tam in occurrentia,

quam in concurrentia majorem dignitatem attendendam non esse, sed Festum primarium SSm̃ Apostolorum praeferendum esse secundario Patrocinii S. Joseph 4246. *ad* 11. 4342. *ad* 7. Quoad translationem vero quandoque concessam, quandoque negatam, casus particulares attendi debent, et termini concessionum: praeterea qualitas impedimenti vel perpetui, vel accidentalis. Ubi enim assignata dies perpetuo est impedita, congruit, ut alia designetur, ne indultum suo careat effectu; quod non accidit, si impedimentum est accidentale, quia hoc in casu regula servanda est; quod Festa alicui mobili Dominicae affixa, hac accidentaliter impedita, eo anno omitti debeant. Sed quaestio omnis cessat, postquam S. R. C. sub *Die* 11. *Januarii* 1749. declaravit, Festum Patrocinii, non obstantibus Decretis, quae afferri possunt in contrarium, in tota Hispania trasferendum esse, quatenus Dominica assignata sit impedita, addita sequenti amplissima expressione. *Et haec declaratio facta pro Regnis Hispaniae valet etiam pro aliis Regnis, quibus idem Officium concessum est* 4049. *ad* 2.

S. Joseph Festum Patrocinii a Dominica 3. post Pascha translatum pro Ecclesiis Portugalliae ad Dominicam 2. Octobris cum novo Officio, potest a Regularibus ibi existentibus celebrari cum novo Officio, ut fit a reliquo Clero in die noviter assignata 4246. *ad* 10.

S. Joseph Festum Patrocinii, quod apud Carmelitas est primae classis, cedere debet Festo aequalis ritus Patroni principalis Dioecesis, ac proinde transferri, licet illud Patrocinii celebretur cum magno apparatu, ac pompa; non item aliud Patroni. Quod si ambo transferri debeant ob occursum Titularis Ecclesiae, servandus est ordo Rubricae de translatione Festorum 4338. *ad* 5. Si transferatur extra tempus Paschale Antiphonae sumendae sunt ex Officio diei Festi, quod celebratur die 19. Martii 4293. *ad* 4.

S. Joseph commemoratio fieri non debet, nisi ab iis, quibus indultum est, in Festo Desponsationis B. M. V. 3894. *ad Tit. de commemorat.* 3900. *ad* 3. 3907. *ad* 3.

Jubilaeum ad quindecim dies duraturum, publicatum prima Dominica mensis, finiendum juxta concessionem in tertia Dominica, integram includere hanc tertiam Dominicam declaratur 626.

Juramentum praestari posse diebus festivis a Medicis, occasione recipiendi lauream doctoralem S.R.C. declarat 2744.

Jus benedicendi novas naves non est de Parochialibus 2397.

K

Kalendarium. V. *Calendarium*.

L

Laicis non licet tempore divinae psalmodiae in Presbyterio stare, vel sedere, nec in Processionibus mixtim incedere cum Clero 87. 111. 266. 2068. *ad* 2. 2122. 2173. 2221. 2263. *ad* 1.

Laicis, quamvis Regii Praesides sint, non licet habere sedes in Presbyterio 1091. 1247.

Laici nullum jus aquirunt super sedibus, et scamnis retentis in Ecclesiis; et Episcopus potest ex causa de his disponere 1271.

Laicis Regularibus candelabra, et Crucem deferentibus nullo modo permittendus est usus Albae, Dalmaticae, Pluvialis, et similium 1825. *ad* 6.

Laicus minister, sive ostiarius non debet inter Clericos incedere, sed praeire ante Crucem, quacumque consuetudine in contrarium non obstante 93.

Laici, quacumque Dignitate fulgeant, associantes Processiones, in quibus deferuntur Sanctorum Reliquiae, non sunt thurificandi a Sacerdote pluviali induto, quemadmodum thurificari so-

nis de Matha ; Non autem sic in Officio S. Anselmi, quod, quocumque tempore recitetur, semper habet lectiones de communi Doctorum *Sapientiam etc.* 3894. *ad Tit. de Benedict. et lect. Dub.* 2. Quando lectiones assignantur propriae, vel de communi, non sunt omittendae, ut reponatur aliquod initium libri, quod reponendum erit infra hebdomadam in Officio ritus inferioris, minoris dignitatis, et solemnitatis. *Ibidem*. Semper lectiones esse debent de Scriptura occurrente, nisi habeatur concessio specialis pro recitandis aliis lectionibus. *Ibidem*.

Lectiones de Scriptura in Octava Ascensionis ab utentibus Officio Monastico exigendae sunt juxta dispositionem Breviarii Monastici, et si aliquod initium legi nequeat, eo anno omittatur 3894. *de Benedict. et lect. dub.* 3. Servandus est ordo Breviarii Romani quoad lectiones hebdomadae V. Octobris, si hic mensis habeat tantummodo quatuor Dominicas. *Ibidem ad* 4. In lectione VIII Officii S. Gregorii VII. expungendus dies obitus. *Ibidem ad* 6. Quoad Evangelium, et respectivas Homilias, quae aliquando diversificant, servandus est ordo Breviarii Nationalis Monastici. *Ibidem circa lection.* 3. *noct. dub.* 2. Quae Homilia recitari debeat in Officio S. Raphaelis Archangeli Dominica 3. post Pascha? *Ibidem dub.* 3. Quod Evangelium cum Homilia in Festo S. Petri mart. translato post tempus Paschale? *Ibidem dub.* 6. Lectiones, et Evangelium in Vigilia omnium Sanctorum, si haec anticipetur die 30. Octobris, quo fit a Monachis Officium Sacrarum Reliquiarum, debent esse de Homilia S. Ambrosii ad Evangelium = *Descendens de Monte etc. Ibidem ad* 8.

Lectionum initia quomodo sint reponenda, si legi nequeant in diebus, in quibus notantur 3894. *Alia dubia ad* 5.

Lectiones in Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, et Jacobi, si occurrat infra hebdomadam IV. post Pascha, in primo Nocturno erunt illae, quae notantur sub ea Feria, et initium Epistolae ponatur suo loco in Dominica IV. 3894. *alia dubia ad* 7.

Lectiones primi Nocturni in Sabbato, in quo occurrit Officium decem lectionum cum commemoratione Dominicae anticipatae post Epiphaniam, qualea esse debeant 4217. *ad* 4 4299. *ad* 10.

Lectiones primi Nocturni in Officio rit. dup. min. semper esse debent de Scriptura occurrente, nisi constet de speciali concessione 4299. *ad* 20. 4329. *ad* 3.

Legatum relictum cum onere celebrandi qualibet Dominica Missam de Resurrectione Domini, nequit adimpleri, et per SSmum commutatur voluntas. 707. Ita etiam Legatum relictum cum onere celebrandi Missam de S. Rocho in Ecclesia, in qua juxta Decreta de eo fieri non licet 2403.

Legatum relictum cum onere recitandi quotidie post Completorium psalmum *De profundis* cum Oratione *Inclina*, debet adimpleri 1110.

Legatum relictum cum onere recitandi singulis Feriis sextis, absoluta Missa, Passionem Domini secundum Joannem, implendum est, sed exutis vestibus Sacerdotalibus, cum sola cotta in Altari, vel in Sacristia 2339.

Legata Pia relicta cum onere celebrandi aliquod Officium sub altiori ritu, eo, qui notatur in Calendario, non vitiantur, licet adimpleri nequeat apposita conditio, quoad ritum Ecclesiasticum ; et tantummodo possit quoad pompam extrinsecam 1353. Et tuta conscientia retineri possunt hujusmodi Legata recitando Officia juxta ordinem Breviarii Romani 1432.

Legato Cardinali porrigendum est aspersorium a Digniore Ecclesiae, quam ingreditur 799.

Litaniae non adprobantur praeter consuetas impressas in Breviario, et alias de B. M. V. prout recitantur in Alma

M

ad 1. *et* 2. Nec tamen sic electus censendus est privativè deputatus ad assistendum tam intra, quam extra Cathedralem Episcopo, qui potest alium pro se, suisque functionibus seligere. *Ibidem ad* 3., *et* 4. Atque illi ab Episcopo electo omnes Capitulares tenentur obedire quoad ea, quae circa Divinum cultum versantur. *Ibidem ad* 5. Vide etiam 3878. *ad* 1., *et* 2. Potest uti veste violacea tantum in functionibus Episcopalibus ex dispositione Caeremonialis, non ex dispositione Capituli 3878. *ad* 3. Dum assistit Missis solemnibus, et aliis functionibus nequit uti pileolo 3874.

Magister caeremoniarum tenetur ab Episcopo exquirere, utrum, et quando velit accedere ad Ecclesiam assistendi causa Officiis Divinis, in diebus tantummodo, in quibus Episcopus solet assistere? 3954. *ad* 3.

Magistris caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis solummodo competit, et non aliis usus vestis violaceae, et gestatio ferulae 4004. *ad* 7. 4077. *ad* 9.

Magister Cappellae nullo modo debet incedere cum Beneficiatis, sed ire debet cum Cantoribus 287.288.

Magister Sacri Palatii nequit permittere impressionem librorum circa caeremonias, Officia, et ritus, sine expressa licentia S. R. C. 434.

Magistratus obsequia erga Episcopum, et Ecclesiam Cathedralem, de loco ipsi debito; de pacis, et thuris honore ei exhibendo 125. 210. 709. 717. 1258. 2013. 2035. 2511. 3865. locum habere nequit in Presbyterio 1247. 3091. Quomodo ei pax danda, et thuris honor 959 1076. 1103. 3165.

Magistratus dare debet praeeminentiam Canonicis Cathedralis assistentibus cum habitu Canonicali Divinis Officiis, et concioni tam in propria, quam in alia quacumque Ecclesia 277. Sed thurificandus ante Canonicos, dum hi assistunt non collegialiter, sed uti singuli, eisque praecedit 594. 850.

Magistratus in Vesperis thurificandus est ab altero ex Beneficiatis pluviali indutis 776. *ad* 2.

Magistratus nequit occupare locum Capituli, et Cleri, qui debet esse dignior immediate post Episcopum 1254. *ad* 1. In distributione ei facienda candelarum, cinerum, palmarum, Processionibus, adoratione Crucis, servandum est Caeremoniale Episcoporum 1254. *ad* 2. 3. 4. 5. 6. 7., *et* 8, Nec valet consuetudo contraria, forsitan inducta, quae abusus declaratur 1815.

Magistratus cogendus ad praestandum debita obsequia opportunis remediis 210. 1254. *ad* 9. 1477. et ad interessendum functionibus Ecclesiae 3058. 3069 *ad* 2. 3261.

Magistratus antiqua consuetudo incedendi in Processione SSmi Sacramenti, non ut Caeremoniale praescribit, sed ante, vel post baldachinum, est servanda 356.

Magistratus, et *Jurati*, qui non sunt de majoribus, et perpetuis, in omnibus, et per omnia cedere debent Canonicis Cathedralis 364. 365.

Magistratus nequit exigere a Celebrante reverentiam ante initium, et in fine Missae. 1308. 3069. *ad* 1. sed si mos vigeat, salutandus ex urbanitate in accessu, et regressu 2667.

Magistratus thurificandus duplici ductu post Canonicos, Gubernator vero pariter duplici post Vicarium 1149. 1664. 1873. 2285. 2327. In parvis Oppidis, in Paroeciis etc. post omnes de Clero 2376. 2383. 2646. thurificandus ab Acolytho nedum post Canonicos, sed etiam post Subdiaconum paratum 2343. *ad* 1. Vide etiam 3058 3062. *ad* 2.

Magistratus genuflectere debet, dum Episcopus impartitur solemnem benedictionem 1165. 2625. 2637. *ad* 1. 2644. 2665. *ad* 1. ut etiam, dum accipit candelam, cineres, et palmam 2485. *ad* 6. 2637. *ad* 3.

Magistratus dum accedit ad palatium Episcopale pro Episcopo excipiendo nequit exigere, ut pulsetur campanula,

et cogendus ad solita obsequia 1679., et alio quolibet cessante praetextu. 2001.

Magistratus renuens ad Ecclesiam accedere, ne locum cedat Canonicis, ad consueta obsequia praestanda cogendus est 1733. 1745. Cogi tamen nequit aliis diebus ultra solitos 2054. Neque Syndici cogendi ad dandam aquam manibus Episcopi, sed ad hoc praestandum obsequium hortandi sunt. 2070.

Magistratui quae non conveniunt, non obstante inita transactione 1764. non ei concedenda est dextera ab Episcopo, etiamsi sit in aedibus Episcopalibus. 1921.

Magistatus locum habere nequit in Presbyterio 1889. Nequit compelli ad operiendum humeros velo, dum aquam ministrat, aut ad sustinendum pluvialis fimbrias. *Ibidem*. Cogi tamen potest ad consueta officia praestanda 1890. 1961. 2097. 2628. 2644. licet, ut duo ex Magistratus dignioribus associantes Episcopum hinc inde ab ejus latere incedant 11., quamquam nequeat cogi ad interessendum in mannum ablutione, Episcopo solemniter celebrante, laudandus tamen est, si faciat. 1389.

Magistratus thurificandus non est per Diaconum, licet afferatur consuetudo, neque per Canonicum, quamvis Episcopus id jusserit; satis est, ut fiat per Sacristam 1953. neque ei indulgendum, ut confessionem faciat cum Subdiacono; et ab altero Subdiacono, qui ad hunc effectum paratur, thus, et pacem recipiat; nec valet usus, qui omnino est elimiuandus. 2008. Neque ei licet recipere cineres in capite jejunii, adorare Crucem Feria VI. in Parasceve, et Eucharistia refici Feria V. in Coena Domini ante Sacerdotes paratos 2618. *ad* 4., ei pariter non licet quidquam innovare circa sedes, stratum, et pulvinaria. 1653. 2064.

Magistratus salutandus non est in transitu a Celebrante, sacrisque ministris detecto capite, sed capite tecto 2098; ab aliis vero non indutis sacris vestibus salutari debet capite detecto 2108.

Magistratus solita obsequia praestare debet Episcopo prima vice visitationem instituenti; in aliis visitationibus laudandus, si faciat, sed non cogendus 2145. sedere debet in scamno non in sedibus 2207. nequit sedere in Presbyterio, non obstante contraria consuetudine 2255. 2338. 2426. debet incedere ante Crucem Cleri, non post Episcopum, dum is civitatem, vel oppidum visitat 2401., accedere debet ad Cathedralem Feria IV. Cinerum, Feria VI. in Parasceve 1436. Mercenarii, qui simul conveniunt cum Magistratu nullo modo sunt thurificandi 2343. *ad* 3. *et* 4.

Magistratus potest ante se per famulum deferre clavam, dummodo consuetudo sit legitime praescripta 1825. *ad* 2.

Magistratus quoad associationem Episcopi 3120.

Magistratus nequit impediri, quominus accedat ad Ecclesias, ut Sacris intersit functionibus 2579. *ad* 2. 2598. *ad* 1. *et* 2. ei assignandus est locus pro audiendis concionibus 2579. *ad* 3. Extra Cathedralem Divinis assistens debet praestare Episcopo solita obsequia 2598 *ad* 3., et thurificandus, ut in Cathedrali 3598. *ad* 4.

Magistratus accedens ad excipiendum Episcopum, non potest sibi usurpare manum dexteram; si hac de causa renuat accedere, cogendus juris remediis 2932. In actu visitationis incedere debet non post Episcopum, sed ante Crucem 2935. cogendus ad observantiam Caeremonialis 2950.

Magistratus, aliique nobiles viri adstantes Divinis, nequeunt pileo operire caput, dum Ecclesiastici illud operiunt bireto 2958. *ad* 2. 3081. *ad* 4.

Magistratus in primo ingressu Episcopi tenetur servare modum, et formam, ut praescribit Liber caeremonialis 2959.

Magistratus nequit incedere capite tecto, dum defert hastas baldachini in Pro-

cessionibus cum sacris Reliquiis 3020. 3036.

Magistratus locum habere nequit in Presbyterio, non obstante transactione inita inter ipsum, et Capitulum, quae non sustinetur 3033. *ad* 1. *et* 2. neque potest uti sedibus cum tapete, suppedaneo, et pulvinari. *Ibid. ad* 3. 3062. *ad* 3.; attamen quoad Magistratum Barensem S. R. C., moderato decreto, indulsit postea sedile ligneum sine suppedaneo, panno coopertum tam in Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis 3080. Vide etiam 3158 Decreta, quae jubent, ne Magistratus locum habeat in Presbyterio, non limitantur ad solam Ecclesiam Cathedralem, vel ad solum Magistratum, sed extenduntur ad omnes Ecclesias etiam Regularium, et in prohibitione comprehendunt quoscumque laicos 3064.

Magistratui Spoletano in casu tantum, quo Episcopus peragat Pontificalia, S. R. C. indulsit sedile a latere Altaris majoris, attento quod locus assignatus non comprehenditur in Presbyterio 3115.

Magistratus, qui adstitit Missae Pontificali, expectare debet benedictionem Episcopi, antequam discedat 3187.

Magistratui inferiori nequit Episcopus concedere thurificationem duplici ductu 3252. *ad* 7.

Magistratus nequit quidquam innovare circa pannum, in quo genuflectit in actu associationis Episcopi 3261. quod Decretum respicit in specie Magistratum Camerini. Et quoniam Episcopi jussionibus minime obtemperabat; duo S. R. Congregationis Cardinales ad id deputati quaedam ediderunt Decreta a Gubernatore, et Magistratu omnino servanda, quae leguntur sub num. 3319. 3320. Vide etiam 3349.

Magistratus, *Judices*, ac caeteri laici de Collegio locum habere nequeunt in Synodo 3400. *ad* 7.

Magistratus tenetur interesse Festis solemnioribus in Cathedrali, et Processionibus, associare Episcopum etc. 3457.

Magistratus ut a Diacono thurificetur, stante antiqua consuetudine, permitti posse S.R.C. respondit 3534

Magistratui permittendus non est locus sedendi in Presbyterio, licet in humiliori parte, et a Clero separato 3546.

Magistratus ministrans aquam pro lotione manuum Episcopi solemniter celebrantis in eundo, et redeundo nedum Altari, sed etiam Episcopo facere debet genuflexionem 3568. *ad* 1. Accedere debet ad abacum pro accipiendis pelvi, et urceo cum aqua *Ibidem ad* 2. uti debet velo serico humerali. *Ibidem ad* 3. si adsit consuetudo cogi potest ad hujusmodi obsequia. *Ibidem ad* 4.

Magistratus tenetur accedere ad Ecclesias Confraternitatum, et Regularium, quibus solet interesse 3712. *ad* 3.

Magistratus, etiam absente Gubernatore, debet excipere ab aula Episcopum, et comitari tam in accessu, quam in recessu, dum cappa indutus ad Ecclesiam venit, et ei obviam ire usque ad januam, dum accedit habitu Episcopali praelatitio indutus 3728. *ad* 1.2.3. Non ei licet incedere hinc inde, sed post Episcopum. *Ibidem ad* 4. Nec genuflectere in eodem genuflexorio cum Episcopo. *Ibidem ad* 5. non ei debetur reverentia a Celebrante, priusquam is ab Altari discedat. *Ibidem ad* 6.

Magistratus Velitrarum in Festo S. Francisci Xaverii potest incedere cum clava, et comitatu, ut in festivitatibus quatuor Patronorum 3765. *ad* 1. nullibi thurificandus est duplici ductu. *Ibidem ad* 2., recipere debet osculum pacis cum instrumento. *Ibidem ad* 3. nequit exigere reverentiam a Sacerdote post finem Missae *Ibidem ad* 4. accedente in habitu ad interessendum Missae privatae, debent accendi in Altari quatuor candelae *Ibidem ad* 5. nequit immediate post Canonicos ante Beneficiatos admitti ad Crucis adorationem, et ad cineres *Ibidem ad* 6. In Processionibus singuli de Magistratu debent suis manibus intortitia deferre *Ibidem ad* 7. Licitus est sonitus tubarum tam

in accessu ad Ecclesiam, quam in elevatione Sacramenti ad Missam, sed extra januam *Ibidem ad* 8. *et* 9. Nequit scamnum poni intra Presbyterium. *Ibidem ad* 10. In aliquibus Ecclesiis poni poterit a cornu Evangelii, arbitrio tamen Emi Episcopi *Ibidem ad* 11. Idem Magistratus cogendus ad deferendum solitas oblationes in consuetis festivitatibus, et ad solutiones earum, quae omissae fuerunt 3785.

Magistratus nequit innovare quidquam circa scamnum, stratum, et pulvinaria etc. 3714.

Magistratus Melevitanus quoad associationem Episcopi, et quasdam honorificentias 3825.

Magistratus per mulctas, et censuras compellendus est ad interessendum functionibus Ecclesiasticis in loco ei assignato extra Presbyterium 3838.

Magistratus nequit retinere scamnum aequaliter elevatum cum scamno Capituli, et a parte dextera e conspectu concionatoris 3842 *ad* 2.

Magistratui non debetur reverentia per Celebrantes in accessu, et recessu, sive in plano Altaris detecto capite, sed cooperto. 3909. ut non debetur Gubernatori, et Decurionibus Civitatis Dertusensis a Canonico celebrante ante initium, et post finem Missae, praesente, vel absente Episcopo 4168. *ad* 13.

Magistratus ultra horam condictam non debet expectari a Canonicis in illis diebus, in quibus interesse solet Divinis Officiis, vel deferre solitas oblationes 3944. *ad* 1. Neque exigere potest reverentiam a Canonicis paratis existentibus in Presbyterio, quoties hi procedentes ad sedendum, et ad Altare redeuntes se inclinant Cruci, et Chorum hinc inde salutant *Ibidem ad* 2.

Magistratus tenetur genuflectere ante Celebrantem in distributione candelarum, cinerum, palmarum 4072.

Magistratus accedens ad lotionem manuum Episcopi debet genuflectere 4156. *ad* 1. Item in eundo, et redeundo ante Altare *Ibidem ad* 2. Et dum Episcopus solemniter benedicit *Ibidem ad* 3. Ei debentur tantum pulvinaria lanea *Ibidem ad* 4. nec ei permittendum scamnum in Presbyterio Ecclesiae Regularium *Ibidem ad* 5.

De Magistratu alia 4071. 4189 *ad* 1. 2. 3. 4. 4254. 4256.

Mandatum, hoc est pedum lotio Feria V. in Coena Domini fieri debet ab Episcopo hora congrua, omnibus adstantibus Canonicis 4086. *ad* 7.

Manipulus deponi debet a Celebrante, et Ministris in adoratione Crucis Feria VI. in Parasceve 3906. *ad* 4.

Manna S. Nicolai non est deferenda ad infirmos solemniter cum superpelliceo, et lanternis 143.

Mansionarii inservire debent juxta legem fundationis 3186. ac proinde celebrare Missas conventuales *Ibidem*. Verum sub nomine Missae conventualis non veniunt Missae votivae, et de requiem 3450. 3471.

Mansionariis incedentibus sine Capitulo ad funus non licet deferre pelles super brachio 3584. *ad* 3.

Mansionariis competit legere lectiones in Choro, exceptis Festis solemnioribus 3880. *ad* 7.

Mansionariis debetur praecedentia supra Parochos in associando funere, si intersint cum Capitulo 3958.

Mansionarii Cathedralis Senogallien. tenentur canere Missam conventualem diebus ferialibus 4309. *ad* 1. non tenentur inservire Canonico celebranti in officio Diaconi, et Subdiaconi, ac multo minus ei subministrare sacras vestes in Sacrario Canonicorum dum paratur *Ibidem ad* 2. *et* 3. Quod si horum alter fungatur officio Diaconi, in petenda benedictione a Canonico celebrante dicere debet *Reverende Pater*, non autem *Rme Pater*, *Ibidem ad* 4. thurificandi sub unico ductu. *Ibidem ad* 5. Vide alia, V. *Beneficiati*. *Cappellani*.

Manus Sacerdotis ad = Hanc igitur debent ita extendi, ut palmae sint apertae pollice dextero supra sinistrum in modum crucis super manus, non vero intra manus. Et Cruces, quae fiunt super oblata, non sunt faciendae manu transversa, sed recta in transversa parte Crucis 2094. *ad* 4. *et* 5.

Manutergium supra Calicem deferre non licet 3512.

S. Mariae Virg. Annunciationis Festum incidens in Feriam V. Coenae Domini servat praeceptum audiendi sacrum, et abstinendi a servilibus, ideo in omnibus Ecclesiis aliquae permittuntur Missae praeter solemnem 1893. 3743. (Decretum generale) Ubi indultum est, ut transferri possit cum Octava post Pascha, si incidat in hebdomadam majorem fiat Feria 2. post Dominicam in Albis 2002. 2086. 4048. Si transferatur, genuflectendum est in die translationis ad Vers. *Et Incarnatus est etc.* 2081. 3441. *ad* 3. 3605. *ad* 17. Si occurrat in Dominica privilegiata, transfertur ad diem immediate sequentem, quocumque Festo etiam aequalis ritus, non autem altioris in ea occurrente 4048. si trasferenda sint Festa S. Josephi, et Annunciationis B. M. V., prius reponendum est illud Annunciationis 2856. *ad* 6. Sed quamquam in hoc varia fuerit sententia 2839. *ad* 5. 3047. *ad* 1., nihilominus demum statutum est, ut Festum Annunciationis eadem in majori hebdomada transferatur ad Feriam I. post Dominicam in Albis, posthabito quocumque alio Festo aequalis ritus, imo cum praecepto, si translatio fiat, quia occurreret cum Feria VI. in Parasceve, vel Sabbato Sancto 3053. Decretum generale, quod magis declaratur per alterum sub. num. 3055. *et* 3133. translato tamen Festo non intelligitur translata Indulgentia, sed supplicandum SSmo pro declaratione, vel pro translatione 3441. *ad* 1. nec censetur translata Octava pro iis, qui ea gaudent *Ibidem ad* 2. translatum Festum cum praecepto nedum excludit duplicia, et semiduplicia occurrentia, sed etiam duplex 1. class. translatum 3488. *ad* 1. *et* 2. incidens in Feriam 3. Paschatis non transfertur cum praecepto 3504. Si Festa Annunciationis, et S. Josephi concurrant in Vesperis, hae integrae esse debent de Annunciatione cum commemoratione S. Josephi 3047. *ad* 2. Denegat S. R. C. unicam Missam solemnem de Annunciatione pro Ecclesia Monialium de Annunciatione nuncupatarum, si Festum occurrat in majori hebdomada 3317. si Festum hoc occurrat in triduo majoris hebdomadae, Paschate, et duobus diebus sequentibus, nec clausis januis celebrari licet unicam Missam de Annunciatione in alma Domo Lauretana 161. *ad* 2. Si transferatur simul cum praecepto audiendi Sacrum praefertur cuicumque duplici etiam 1. class. eo die occurrenti. Si vero transferatur absque praecepto, praefertur cuicumque translato, etiam primae class., non autem Festis majoris ritus ea die occurrentibus 3970. *ad* 1. Si translatum concurrat in Vesperis cum Officio S. Marci aequalis ritus, habet integras Vesperas ratione dignitatis 3970. *ad* 3. In Regno Portugalliae, ubi dies propria B. M. V. sub titulo Gaudiorum, quod celebratur sub ritu dup. 2. class., omitti debet, si ad eam diem transferendum sit Festum Annunciationis 4108. Ubi est Titularis, si transferatur ad Feriam 2. post Dominicam in Albis celebrandum non est cum Octava, excepto casu, quod translatio fiat infra Octavam, nam tunc facienda est in diebus, quae supersunt 4338. *ad* 1.

S. Mariae Virg. Festum Purificationis si occurrat in Dominica Septuagesimae, aut alia privilegiata, ac proinde sit transferendum, haud gaudet in translatione Antiphona *Alma Redemptoris etc.* quae cessare omnino debet ad Completorium diei 2. Febr. 2789. dicenda proinde post eam diem Antiphona: *Ave Regina Coelorum etc.*, et in suffragiis Oratio cum versiculis, ut in reliquo

anni tempore 3561. *ad* 1. 3569. *ad* 1. Transferri debet Officium ad diem sequentem, nisi sit titulus Ecclesiae 2812. *ad* 1. Ideo dies tertia Februarii assignanda non est pro Festo perpetuo translato. *Ibidem ad* 2. quatenus vero dies 3. Februarii esset impedita, nihilominus, translato quocumque alio Festo, quod non sit altioris ritus, fieri debet de Purificatione, ne continuatio Mysterii Incarnationis diu protrahatur 4032. *ad* 2. Habetur super hoc Decretum generale 4048. Incidens in Dominicam privilegiatam, nec in Ecclesiis dicatis B. M. V. sub alio titulo Festum celebrari potest cum Missa, quae erit de Dominica 3552. *ad* 9. 3906. *ad* 2. Iis in Dioecesibus, in quibus est primae classis, ac proinde celebratur etiam in Dominicis privilegiatis, nequit celebrari a Regularibus in gratiam populi ad eorum Ecclesias accedentis 3561. *ad* 3.

S. Mariae Virg. SSmi Nominis Festum postquam jussum fuit celebrandum esse Dominica infra Octavam Nativitatis, cessant praecedentes concessiones particulares pro die 17. Septembris, et recitandum est Officium noviter adprobatum, non autem aliud, quod prius in aliquibus locis recitabatur. Neutiquam vero facienda est commemoratio Octavae Nativitatis 2905. *ad* 1. 2920. *ad* 1. 2949. *ad* 1. *et* 2. Si Festum Nativitatis cadat in Sabbato, facienda non est commemoratio SSmi Nominis in secundis Vesperis 2920. *ad* 2. prout fieri non debet Commemoratio Octavae, si Festum SSmi Nominis incidat in ipsam diem octavam 3250. Si hoc Festum occurrat cum Festo exaltationis SSmae Crucis, transferendum 2966. Iis in locis, in quibus celebrabatur Festum die 17. Septembris, ut hoc cessavit per assignationem Dominicae infra Octavam Nativitatis, ita etiam cessarunt Indulgentiae pro illa die concessae 2905. *ad* 2.

S. Mariae Festum expectationis partus. Qualis esse debeat quarta Antiphona in Vesperis? 2710. *ad* 4. Qualis hymnorum conclusio, et ℣. ad Primam? 1407. *ad* 6. 3146. *ad* 4.

S. Mariae sub titulo Angelorum Officium in Ecclesiis hoc titulo decoratis, die 2. Augusti fieri debet de S. Maria, non autem de Dedicatione 3072. *ad* 1.

S. Mariae Virg. Festa, si habent Octavam, quae occurrat cum Festo dup. min., habent integras Vesperas 3095. *ad* 1.

S. Mariae Virg. Festum de Patrocinio celebrandum Dominica secunda Novembris; omittendum, si occurrat cum octava omnium Sanctorum 3146. *ad* 2. V. *Festum*.

S. Mariae de Monte Carmelo Festum habet Missam adprobatam a Sede Apostolica, quae tenenda est, nec licet aliam dicere, quae forte ante hujusmodi adprobationem celebrabatur 3894. *alia dubia ad* 4.

S. Mariae de Mercede Festum, postquam ad universam Ecclesiam indultum est, huic quoad diem assignatum se debent conformare illi, qui prius ex peculiari indulto alio die illud celebrabant 3263. *ad* 2.

S. Mariae sub titulo septem dolorum V. *Festum*.

In Martyrologio apponendi sunt tantummodo Sancti Canonizati, non autem Beati 591. quod confirmatum fuit per Decretum generale 2778.

Martyrologium, quod cantari debet in Vigilia Nativitatis Domini, nequit ullo modo transferri ad ipsam diem Nativitatis mutato colore, sub praetextu majoris solemnitatis 3610.

Mater Immaculata additur in Litaniis Lauretanis pro Regnis, et Dominiis Hispaniarum 4190.

Matrici Ecclesiae jus competit pulsandi primum campanas in Sabbato Sancto, etiam ante Collegiatam, licet haec in reliquis gaudeat praeeminentiis, et praerogativis etiam supra matricem 418. In aliquo casu particulari S. R. C. attribuit matrici simplici Parochia-

li caeteras praerogativas supra Collegiatam: ut videre est sub num. 2062.

Matricitatem S. R. C. adjudicat Ecclesiae Parochiali Portus Salvi Civitatis Vallettae Melitae adversus Parochialem naufragii S. Pauli 3807. *ad* 1., ac propterea praecedentiam eius Parocho, *Ibidem ad* 2. ad quem competit Processio in die Corporis Christi post Vesperas *Ibidem ad* 8. Nequit tamen haec circumduci intra limites alterius Parochiae, irrequisito Parocho *Ibidem ad* 9. Nequeunt cogi Religiosi Ordinis S. Dominici ad illi interessendum *Ibidem ad* 10. Alia quae respiciunt eamdem Ecclesiam Portus Salvi habentur sub num. 3863.

Matrimoniorum publicatio facienda tam in propria Paroecia, quam in Cathedrali 4166. *ad* 6.

Matutinum defunctorum V. *Defunctorum matutinum*.

Matutinum in solemnioribus tantum admittit usum Pluvialium 2639. *ad* 1.

Matutinum Canonicis in Choro recitare non licet pro die sequenti post Completorium in Quadragesima 3913. *ad* 10. Neque id licet occasione Processionum, et Festivitatum absque licentia Episcopi 4097. *ad* 2.

S. Mauri V. *Festum*.

Mazzerii, *sive Virgarii* Magistratus Barchinonensis in Processione SS̄mi Corporis Christi incedere debent non ante, sed hinc inde prope baldachinum 3990. *ad* 2.

Melitensium Equitum magno Priori non debetur osculum Evangelii, nec Celebrans debet cum eo facere confessionem 3401. *ad* 1. In ingressu Ecclesiae excipiendus non est sub pallio, seu baldachino *Ibidem ad* 3. Non ei debetur genuflexio, et osculum manus a Sacerdotibus Ecclesiae sibi subiectae. *Ibidem ad* 4. neque Thronus. *Ibidem ad* 5.

Metropolitanus accedens ad Ecclesias sibi Suffraganeas potest elevare Crucem, et mozzettam deferre, imo prohibere ejusdem usum Suffraganeis, ipso praesente. Potest etiam in propria domo erigere Altare ad tempus 2063.

Militiae armatae Processioni interessentes nequeunt incedere inter Clerum, et capsam Reliquiarum, sed hinc inde a lateribus capsae 2748.

Minister Laicus, cui incumbit onus dirigendi Processiones, locum proprie non occupat, hinc potest discurrere ante, post, vel inter Clericos, ut necessitas, vel opportunitas exigit 248.

Ministri Patriarchalium associantes cum stola funus ad alteram ex Patriarchalibus praecedentiam habere debent super defuncti Parochum 561. 2225.

Missa conventualis omnino est celebranda de Officio currenti, nec excusat Missa votiva ex dotatione, vel pro defunctis, vel alia lecta in aurora celebrata. Si secus fiat, non satisfit, nec licite distributiones percipi possunt 294. 3039. *ad* 1. Improbanda, neque idcirco attendenda consuetudo contraria 301. S. C. declarat Decretum relatum sub. num. 294. esse intelligendum de illis diebus, in quibus ex rubricis duae Missae cantandae sunt; in reliquis diebus Missam lectam de Festo occurrente celebratam in aurora sufficere, dummodo tamen vera sit consuetudo immemorabilis 360. Caeterum Missa conventualis numquam omitti debet, licet aliae sint Missae votivae celebrandae ex fundatione 484. *ad* 2. 522. 523. 524. *ad* 1. 704. *ad* 1. *et* 2. 976., vel satisfaciendum sit Anniversario 603. aut alia de causa Missa de requiem sit celebranda 4265. *ad* 1. Nec consuetudo contraria induci potest 524. *ad* 3. 1249. Idcirco si ex Rubricae praescripto duo Missae conventuales cantandae sint, altera omitti nequit sub praetextu insufficentiae temporis ob alias Missas votivas, ex fun-

occurrente, si Episcopus privatim Ordinationem peragat. *Ibidem ad* 2. Si conferatur uni tantum Ordo Subdiaconatus, uni Diaconatus, noviter promoti nequeunt cantare Epistolam, et Evangelium, ut fit in Ordinationibus generalibus 3625. *ad* 4. Si in Sabbato Sancto Episcopus privatim peragat Ordinationem in suo privato Oratorio debet incipere Missam a Prophetiis 4004. *ad* 1. quod tamen S. C. improbat 3472.

In Missis ferialibus a Dominica Passionis ad sequentes Ferias, si dicenda sit secunda Oratio de simplici, omittitur altera designata a Rubrica 1866. *ad* 2.

Missa Feriae VI. in Parasceve spectat ad Hebdomadarium, non ad primam Dignitatem 2441.

Missa de Feria cantanda est post Processionem in die festo S. Marci, nisi Processio finem habeat in Ecclesia eidem Sancto dicata 3152. *ad* 17.

Missam ferialem Rogationum in Ecclesiis Regularium occasione generalis Processionis, etsi S. R. C. primum respondisset, pertinere ad Capitulum Collegiatae; dein in binis aliis propositionibus, recedendo a decisis, ad Regulares spectare edixit 3879.

Missa ferialis Rogationum celebrari posse permittitur ante Processionem pro commoditate populi 3895. *ad* 24.

Missa in Litaniis majoribus, et Feriis Rogationum, num et quae esse debeat in Ecclesiis Regularium, in quibus vel nulla celebratur Missa conventualis, vel una tantum? 4212. *ad* 4. 5., *et* 6. Quae in Missa Rogationum Orationes dicendae sint? 4252. *ad* 2. 4319. *ad* 4.

In Missis vel de Sanctis, vel de Feriis omnino servandae sunt regulae Missalis in sedendo, stando, vel genuflectendo 776. *ad* 6.

Missam solemnem celebrantes non debent confessionem facere a cornu Epistolae, adstante Rege, vel magno Principe 1298.

Missae duae solemnes eadem die, eademque in Ecclesia celebrandae non sunt de eodem Sancto, cujus Festum agitur 1498. 1500.

Missa solemnis infra Octavam alicujus Sancti nequit de eo celebrari, licet de licentia Episcopi fiat Processio ad ejus Ecclesiam 1924.

Missam solemnem prosequi non licet, dum cantatur *Symbolum* 2363. *ad* 1. 3228.

Missam solemnem de Patronis in casu particulari S. R. C. indulget pro prima Dominica Quadragesimae 2371.

Missa solemnis celebranda est juxta Rubricas, nec licet adjungere aliquos Presbyteros cum pluviali pro facienda confessione, et praeintonatione Hymni Angelici, et Symboli 2876. *ad* 4.

In Missa solemni qui cantant in Choro, stare debent 3424.

Missa una solemnis de Titulari cantari potest diebus impeditis in Ecclesiis, in quibus Missa quotidie non cantatur. 3555. *ad* 3.

Missae solemnes in Cathedrali occasione natalis Regis, reportatae victoriae, publicationis pacis etc., Episcopo non celebrante, competunt primae Dignitati 3734. *ad* 1.

Missae duae solemnes permittuntur de eodem Festo, ad satisfaciendum duplici obligationi in Cathedrali Gadiceu., una videlicet pro fundatione post Primam, altera conventualis post Tertiam 4078. *ad* 3.

In Missa solemni ad elevationem Sacrae Hostiae, et Calicis, cani potest vel *Tantum ergo etc.* vel aliqua Antiphona propria tanti Sacramenti 4084 *ad* 6.

Missa una solemnis cantari potest de Festo translato in Dominicis, ad quas in Regno Poloniae transferuntur Festa occurrentia infra hebdomadam ob populi commoditatem, non omissa tamen illa de Festo occurrente, si a Regularibus non idem celebretur Officium 4212. *ad* 11.

Missa solemnis in Festivitate Corporis Christi celebranda est ante Processionem 2020.

Missa solemnis de SSmo Sacramento quando, et quomodo cantanda in illis

Missae, quae circumferuntur S. Gregorii non adprobatae, item de Patre Æterno, et de quindecim auxiliatoribus prohibitae 593. §. *Missas* 745. Intelligitur de Missis non adprobatis, quae circumferuntur nomine S. Gregorii, non autem de 30. Missis pro defunctis, quarum meminit S. Doctor in Libr. Dialogorum 625. *in fin.*

Missae de Divino Sacerdotio D. N. J. C. non adprobatae 1940.

Missa solemnis de Annunciatione B. M. V. celebranda non est, si Festum occurrat in Dominica Palmarum 1669.

Missa in Festo Sanctorum Innocentum celebranda non est cum colore rubro, et cum *Gloria* 2058. (nisi occurrat in Dominica).

Missa de septem Doloribus B. M. V. Vide Festum.

Missam de inventione Corporis S. Protectoris Civitatis S. R. C. celebrari indulget in die Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, et Jacobi, altera non omissa de Sanctis Apostolis 2543.

Missa in Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, et Jacobi translato post tempus Paschale quomodo ordinanda? 3605. *ad* 4.

Missa. Num, nec ne eadem die duae diversae Missae queant celebrari in eadem Ecclesia, ut satisfiat Monialibus diversi Instituti, quae in eodem Monasterio degunt? 4361.

Missas defunctorum ex Testatorum voluntate tolerari posse in duplicibus non de praecepto S. R. C. respondit 212. 492.

Missam de requiem aliquando S. R. C. permisit qualibet Feria VI. in Altari privilegiato, etiam in duplici non de praecepto, non omissa conventuali de die 688.: verumtamen per Decretum generale in duplicibus Missae privatae de requiem prohibentur 2030. 2031.

Missa solemnis de requiem cantari debet, prout jacet in Missali, nec licet aliquid omittere de graduali 776. *ad* 5.

Missa de Angelis nullo modo permittenda est, immo prohibenda loco Missae de requiem, praesente cadavere 813.

Missa pro defunctis dicenda non est Feria secunda post Dominicam Passionis, nec Oratio *Fidelium* in Missa de Feria, sed alia a Rubricis praescripta pro vivis, et defunctis 1315. *ad* 4.

In Missis defunctorum infra Octavam Ascensionis dici debet *communicantes* commune 1361.

Missa, ut in die obitus, celebranda est ultra Missam de die, praesente cadavere, recurrente commemoratione omnium Fidelium defunctorum. 1406. *ad* 4.

Missas defunctorum celebrari non licet in Altari privilegiato in duplicibus, aliisque diebus exceptis, non obstante contraria consuetudine 1464. *ad* 4. 1562.

Missa pro defuncto in die depositionis, etiam absente corpore, celebrari potest in duplicibus non de praecepto. 1585.

Missae privatae pro defunctis qualibet die dici possunt, praeter quam in duplicibus, et diebus Dominicis ad formam Rubricarum 1812. Si incidant in Festum duplex, celebrentur de Festo occurrente cum applicatione Sacrificii 2024. Super quo habetur Decretum generale a SSmo approbatum 2031. Quod Decretum servandum est, non obstante antiqua consuetudine cantandi unam Missam de requiem qualibet Feria III. 2194. Indultum Alexandri VII. confirmatum a Clemente IX., quod in qualibet Altari privilegiato Missae de Festo occurrente in duplicibus valeant, ac si fuissent de requiem, extenditur ad dies omnes, in quibus juxta Rubricas dici nequit Missa pro defunctis 3009. Ideo S. R. C. non obstante antiqua consuetudine respondit in una *Elboren.* servandum esse Decretum de non celebrandis Missis privatis de requiem in Festis duplicibus. 3134. Cum autem haec Decreta generalia, et recentiora sint, per eadem derogatum videtur antiquioribus indultis pro Ecclesiis particularibus, ac

nedum in duplicibus, verum etiam in diebus, in quibus nec de duplicibus fieri potest 3152. *ad* 14.

Missam de requiem solitam celebrari a laicali Confraternitate qualibet Feria II. pro anima cujuslibet confratris nuperrime defuncti, S. R. C. celebrari indulget in duplicibus, quae non sint 1. et 2. classis, aut de praecepto 3697. Vide etiam 4050.

Missa unica cantata de requiem celebrari potest, praesente corpore, Feria 2. post Dominicam Paschae, et Pentecosten. Nequit celebrari in duplici 1. classis etiam non festivo, si corpus praesens non est, aut pridie sepultum 3070. *ad* 4.

In Missis quotidianis pro defunctis possunt plures dici Orationes quam tres, dummodo sint numero impares: loco Orationis *Deus veniae largitor etc.* potest alia subrogari pro *patre*, et *matre etc.*, dummodo ultimo loco dicatur Oratio *Fidelium* 3970. *ad* 4.

In Missis de requiem non ministratur Communio populo per modum Sacramenti extrahendo Pyxidem e Tabernaculo, sed per modum Sacrificii ex particulis in eadem Missa consecratis 3970. *ad* 4.

Missae de requiem Mediolani celebrandae non sunt in iis diebus, in quibus juxta ritum Ambrosianum prohibetur fieri de duplici, sive de solemni 3999. *ad* 1. Missae vero pro enunciatis diebus praescriptae ad Altaria privilegiata celebratae animabus defunctorum suffragantur, ac si celebrarentur de requiem. *Ibidem ad* 2.

Missae privatae de requiem extra Altare, ubi expositum est SSmum Sacramentum possunt celebrari, dummodo Oratio non sit ex publica causa 4032. *ad* 9.

Missae privatae de requiem, etiam praesente corpore, nequeunt dici in duplicibus, aliisque diebus a rubrica exceptis: quaecumque consuetudo in contrarium abusus declaratur: Missa tamen unica solemnis cantari potest etiam in Dominicis, festisque diebus, non tamen solemnioribus primae classis 4075. *ad* 12. Vide etiam 4004. ad 3. 4016. *ad* 7. Ut etiam potest in majori hebdomada, excepto ultimo triduo intra Octavam Paschae, et Pentecostes, et in duplicibus 1. classis non celebribus. *Ibidem ad* 13.

Missa in funere, vel anniversario Sacerdotis dici poterit altera ex illis, quae in Missali sunt primo, vel secundo loco positae, dummodo Oratio sit designata, scilicet: *Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes* etc. 4074. *ad* 14.

Missa de requiem, etiam praesente cadavere, dicenda non est, sed transferenda ad aliam diem, et celebranda de Festo occurrente in Dominicis, et aliis diebus festivis de praecepto iis in locis, in quibus unica Missa celebratur 4299. *ad* 7.

Missae de requiem pro parentibus Fratrum Provinciae cantari solitae qualibet Feria secunda, cantari nequeunt in duplicibus etiam non festivis 4095. *ad* 2. Possunt tamen pro benefactoribus defunctis in die obitus, etsi alibi tumulentur. *Ibidem ad* 3. Non autem extra diem obitus, vel anniversarii. *Ibidem ad* 4. Item possunt, cum primum accipitur nuntium de morte alicujus in loco dissito, non tamen in duplicibus primae, vel secundae classis, aliisque festivis de praecepto, quae licet sint ritus dup. maj. adnexum habent onus audiendi Sacrum, et abstinendi a servilibus. *Ibidem ad* 5.

Missae cantatae de requiem a defunctis relictae sine praefixione dierum, celebrari debent diebus a rubricis permissis 4187. *ad* 1. In diebus 3. 7., *et* 30. celebrari possunt, etiamsi fiat de duplici per annum cum limitatione ad unicam Missam cum cantu, et praefati dies numerari possunt tam ab obitu, quam a depositione juxta diversam Ecclesiarum consuetudinem. *Ibidem ad* 2. Vide etiam 51. *ad* 5., *et* 4261.

Missa de requiem, quae cantatur, cum primum accipitur nuntium de defun-

cto in loco distincto differi potest ad primam diem non impeditam 4244. *ad* 2. Putest celebrari in Vigilia Epiphaniae, sed non in Octavis privilegiatis. *Ibidem ad* 3. Potest unica Missa cantata celebrari a Franciscanis in Festo S. Clarae, quod apud eos est primae classis, praesente corpore, dummodo tamen non sit Ecclesiae Titularis. *Ibidem ad* 4.

Missa de requiem pro defunctis vagè sumptis dici debent ut in quotidianis 4251. *ad* 5., *et* 6.

Missam unam solemnem de requiem celebrandi indultum concessum fuit in Hetruriae Dominiis etiam diebus festivis, si cadaver tumulatum non fuit, et servetur in loco decenti proximiori Ecclesiae, apposito tamen in Ecclesia Lodicis, seu nigri panni signo ab eo diverso, quod adhibetur in anniversario, ut fideles intelligant Missam hisce diebus offerri in expiationem animae illius defuncti, cujus corpus nondum fuit terrae traditum 4253.

Missa in die commemorationis omnium fidelium defunctorum etc., si celebranda sit pro unico particulari defuncto, poterit ab illis, qui gaudent privilegio dicendi ea die tres Missas, qualemcumque celebrari ex illis a Benedicto XIV. praescriptis 4265. *ad* 2.

Missa de requiem cantari potest, praesente cadavere, in duplicibus 1. classis non festivis de praecepto, licet cum apparatu, et pompa exteriori celebratis, dummodo non sit Festum Titularis: immo, et in festivis etiam de praecepto quoad Ecclesias, quae talem non habent extrinsecam solemnitatem 4357. *ad* 1. multo magis in duplicibus secundae classis, quamvis cum solemnitate celebratis. *Ibidem ad* 2.

Missa votiva de B. V. M. in Sabbatis. 204. *ad* 11. 263 3042. extra diem Sabbati sine *Credo* 525., non obstante contraria consuetudine 3131.

Missa votiva quando celebrari debeat cum *Gloria*, et *Credo*: qui adhibendus est color: utrum liceat in ejus solemni celebratione Organa pulsari 204. *ad* 14.

Missae solemnes de B. M. V. singulis Sabbatis, et aliis diebus, qui non sint de praecepto, pro defunctis ex dispositione Testatorum celebrari possunt, non omissa alia de Festo currenti 212.

Missae votivae acceptandae non sunt, nisi pro iis diebus in quibus celebrari possunt. 342. Item acceptatae transferantur ad dies, in quibus celebrare eas licet. *Ibidem*. Si ob multitudinem non sufficiant dies non impediti, Pontifex aliquando in casu particulari dispensat, ut pro Missis jam acceptatis sufficiat valor Missae currentis tam pro vivis, quam pro defunctis. *Ibidem*, et 2880. *ad* 6.

Missae votivae dici nequeunt in diebus, in quibus vetitum est fieri de Festo duplici 560. *ad* 3. celebrandae non sunt nisi ad formam Rubricarum 708.

Missa votiva celebranda vigore legati qualiter Feria V. permittitur, dummodo non omittatur conventualis 815.

Missae votivae ex obligatione dicendae, si occurrant in diebus festivis de praecepto, transferendae sunt in alteram diem non impeditam 862.

Missa votiva nullo modo dicenda in Dominica Palmarum 1406. *ad* 1. De B. M. V. dici nequit in Vigilia Pentecostes 1480. *ad* 1.

Missa; quae praemittitur Processioni fieri solitae Dominica 3. singulis mensibus, debet celebrari de Dominica, vel Festo currenti cum commemoratione Sacramenti 1545.

Missae votivae etiam de Sanctis Patronis dici debent sine *Gloria*, et *Credo*. Contrarius abusus omnino eliminandus 1692.

Missa de S. Maria in Sabbato, dum celebrari potest, dicenda est de tempore, non autem propria de Conceptione, etiamsi sub hoc titulo sit loci Patrona, et sic celebrari consueverit 2333.

Missae votivae celebrandae horis a Rubrica praescriptis 2248. *ad* 5.

Missa votiva de S. M. ex onere celebran-

da in Vigilia Assumptionis, congruum est ut sit de Vigilia 1986.

Missa votiva aliquando ex rubrica esse potest Conventualis, non item Aniversarium ex obligatione 2198. *ad* 5.

Missa secunda de Passione Domini cum *Gloria*, et *Credo* in Altari SSmi Crucifixi singulis diebus Dominicis praeter Pascha Resurrectionis, et Pentecosten, nec concedi, nec tolerari potest 1974.

Missam de Cruce non licet celebrari Feria VI. infra Octavam Nativitatis D. N. J. C., quacumque obligatione, et consuetudine non obstante 2308.

Missa votiva de aliquo Sancto pro re gravi admittit hymnum Angelicum, et Symbolum 2266. *ad* 3.

Missae votivae de B. M. V., (etiamsi, et quatenus in alma Domo Lauretana celebrentur ex privilegio in Festis duplicibus Sanctorum Apostolorum, et infra Octavas) dici nequeunt cum *Credo*, nisi solemnes sint pro re gravi 2522. *ad* 1. In fine semper legendum est Evangelium S. Joannis. *Ibidem ad* 2., nec celebrari debent infra Octavas Festivitatum ejusdem B. M. V. *Ibidem ad* 3.

Missae votivae de B. V. M. Hispali celebrari solitae per novem dies ante Nativitatem Domini, ut repugnantes Rubricis interdicuntur 2659. *ad* 7.

Missae votivae de B. M. V. etiam pro re gravi sumi debent ex votivis in fine Missalis juxta temporum ordinem, non autem ex propriis solemnitatum 2710. *ad* 8. 2754. *ad* 1.

Missa votiva de Passione D. N. J. C. celebranda cum indumentis coloris violacei, nec in ea organa pulsanda 2710. *ad* 9.

Missae votivae, quae permittuntur decantari in Hispanis ad honorem B. M. V. ante Nativitatem Domini, dici debent cum tribus Orationibus sine *Gloria*, et sine *Credo* 2823. *ad* 2. *et* 3.

Missa votiva de SSmo Sacramento, vel de Festo duplici celebranda non est cum Symbolo, eo quia celebratur in Ecclesia, in qua expositum est Ven. Sacramentum, nisi ei conveniat ob aliam rationem 2924. *ad* 3. In expositione 40. horarum potest in Missis fieri commemoratio de SSmo Sacramento, exclusis duplicibus 1. vel 2. class. *Ibidem ad* 4.

Missae votivae singulis Sabbatis in aliqua Ecclesia cantari solitae, etiam in occursu Festi duplicis, permittuntur, dummodo consuetudo sit immemorabilis 2924. *ad* 13., et dummodo non omittatur Missa conventualis. *Ibidem*.

Missa votiva de S. M. celebranda sine *Credo* ad formam Rubricae 2995.

Missa votiva de SSmo Sacramento sine Sequentia, et sine Symbolo, et cum Orationibus tempori congruentibus 3034. *ad* 3. 4315. *ad* 1. *et* 2.

Missae votivae B. M. V. ex legato celebrandae qualibet Feria 3., dici nequeunt cum *Gloria*, et *Credo* 3046.

Missa votiva, etsi celebretur solemniter cum musicorum concentu, nequit habere *Gloria*, et *Credo*, nisi sit pro re gravi, et publica causa. Item festiva, quae solum habet *Gloria*, cani nequit cum *Credo* 3083. *ad* 1. *et* 2.

Missae, quae celebrantur in aliquo novemdiali, exigi debent ad formam votivarum 3083. *ad* 5. *et* 6.

Missa votiva de Spiritu Sancto dici nequit in vestitione, et professione Monialium, occurrentibus duplicibus, et Dominicis 3482. quod militat etiam quoad Episcopum celebrantem pro eligenda Abbatissa 3637. *ad* 6.

Missae votivae, et de requiem prohibentur infra Octavam Nativitatis; quod si aliqua votiva solemnis pro re gravi dicenda sit, et haec habeat praefationem propriam, haec est dicenda 3605. *d* 2.

In Missa votiva de Sanctissimo Sacramento tertia Oratio sit, quae secundo loco dicenda esset ratione temporis occurrentis, non autem illa, quae assignata est secundo loco infra Octavam Corporis Christi 3574.

Missa votiva si celebretur in die, in quo sit Officium ex privilegio pariter votivum, sed ab hoc diversa, nisi

habeat praefationem propriam, habere debet illam de communi, non autem propriam Missae respondentis Officio 3639. *ad* 1.

Missa solemnis de Festo, sine alia conventuali de die permittitur, si Festum Titularis transferri debeat, ubi non est obligatio cantandi Missam quotidie 3665. *ad* 1.

Missam votivam ad instar solemnis pro re gravi de B. M. V. Sacra Congregatio celebrari indulget singulis diebus in novemdiali ante Nativitatem 3713 in Gitauien. 3740. 3769. 3771.

Missae votivae, et de requiem interdicuntur in Vigilia Epiphaniae 3768.

In Missa votiva, quae ex fundatione cantatur praeter conventualem, non est facienda commemoratio Festi occurrentis 3900, et 3907. *ad* 10.

Missa votiva solemnis de Passione D. N. J. C. quae jubetur singulis Feriis VI. in adimplementum Legati, non est celebranda, si fiat de Festo duplici, sed commutanda cum Missa de die applicata juxta intentionem Fundatoris 3819.

Missa votiva, quae aliquando celebratur infra octavam, ordinanda sic est; ut prima Oratio sit propria de Missa, secunda de octava, tertia de Feria (si de ea facienda sit commemoratio), et non recitetur Evangelium Feriae in fine, sed illud S. Joannis 3895. *ad* 33.

Missa votiva Rorate de B. M. V., quam in quadam Synodo constitutum est celebrari singulis diebus in Adventu, haud celebranda est in Dominicis, et duplicibus 3985. *ad* 4. Dein vero S. R. C. indulsit, ut celebrari posset, exceptis solemnioribus festivitatibus, dummodo cantatur sine *Symbolo*, et solum cum *Gloria* in Sabbatis, et infra octavam ejusdem B.M.V. non omissa conventuali 4011. *ad* 8. In Ecclesiis minoribus, in quibus unica celebratur Missa, non potest omitti illa currentis de praecepto, ut celebretur votiva *Ibidem ad* 9. Haec autem Missa etsi solemniter celebretur, et cum populi concursu, adnumeranda non est votivis pro re gravi 4074. *ad* 6.

Missae votivae celebrari nequeunt in duplicibus 1. et 2. class., nec illis exceptis diebus, in quibus licet cantare Missam de requiem, praesente corpore; potest tamen unica Missa solemnis celebrari pro re gravi auctorante Ordinario, nec omissa conventuali de Festo occurrente 4026. *ad* 2.

Missam votivam B. M. V., quae ex immemorabili consuetudine omnium prima celebrari quotidie solet in Ecclesiis Benedictinorum Moraviae, exceptis dumtaxat diebus Nativitatis D. N. J. C. Paschatis, et Pentecostes, S. R. C. non reprobavit, sed cum quibusdam exceptionibus, et limitationibus continuari posse indulsit 4052.

Missam votivam petentibus de Assumptione B. M. V., de Conceptione etc. non est satisfaciendum juxta petitionem, quia non sunt violandae Rubricae ob imperitiam laicorum; et sat erit celebrare alteram ex Missis votivis juxta temporis congruentiam 4074. *ad* 7. Ita etiam fieri debet, si vel ex fundatione, vel ex alia quacumque causa hujusmodi Missae praescriptae fuerint 4088. *ad* 5.

Missa solemnis pro re gravi debet habere unicam Orationem, etsi dicatur in Ecclesia, ubi non cantatur Missa conventualis, et occurrat Missa privilegiata, vel Feria, vel aliquod Festum 4074. *ad* 9.

Missae votivae concessae semel in mense, vel hebdomada, quae celebrantur cum *Gloria in excelsis*, nequeunt habere Symbolum 4078. *ad* 1.

Missae votivae dum prohibentur, intelligi debent vetitae etiam illae, quae ex fundatione cantari solent, hisque substitui possunt Missae de Festo, ac satisfieri fundationi cum Missa lecta loco cantatae, ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda, et adprobanda 4088. *ad* 6. 7. *et* 8. Neque licet has Missas votivas cantare diebus ferialibus infra Octavas privilegiatas *Ibidem ad* 9.

Missae votivae Sanctorum, sub quorum titulo erectae sunt sodalitates, ne-

queunt cantari in duplicibus etiam non festivis, non obstante antiqua consuetudine, et concursu populi, qui eam exoptat 4095. *ad* 1.

Missa votiva B. M V. pro re etiam gravi cum interventu Cleri, assistentia Episcopi, praesentia Magistratus, concursu populi, nequit celebrari in Festis, et Dominicis primae classis, et ferenda tantummodo commemoratio in Missa conventuali 4193.

Missa votiva B. M. V. ubi ex indulto fit Officium ejus SSmi Nominis semel in mense, et singulis sabbatis de Conceptione, concordare debet cum Officio, mutato Graduali, et addito Tractu post Septuagesimam 4212. *ad* 3. Nequit tamen in Sabbatis celebrari votiva quaecumque de S. Maria, occurrentibus duplicibus primae, et secundae classis, non obstante contraria immemorabili consuetudine. *Ibidem ad* 13. Illa de Conceptione in singulis sabbatis Franciscanis concessa, celebranda est sine *Credo*, et cum Orationibus a Rubricis praescriptis pro votivis 4229. *ad* 15. videlicet in Feriis, simplicibus, et semiduplicibus tres dicendae sunt Orationes, duo in duplicibus, et semper hymnus angelicus ratione Sabbati 4298. *ad* 1. In ea semper adhibendus est color albus, etiam si Officium fiat de Martyre. 4246. *ad* 4. Si occurrat in Sabbato aliquod Festum B. M. V., vel dies infra octavas ejusdem, celebranda est Missa festivitatis, et de infra octavam tamquam non votiva, si de infra octavam fiat Officium: si vero occurrat Festum, de quo fieri debeat Officium, Missa pariter erit de infra octavam, sed more votivo 4298. *ad* 2.

Missae votivae solemnes pro re gravi dici nequeunt in duplic. 1. classis, Dominicis privilegiatis, Feriis Cinerum, et majoris hebdomadae, Vigiliis Pentecostes, et Nativitatis Domini; in reliquis possunt 4244. *ad* 20.

In Missis votivis solemnibus sine gravi causa quoad Ecclesias, quae non tenentur ad Missam conventualem, facienda est commemoratio Festi occurrentis 4325. *ad* 17.

Missa votiva de Sanctissimo Sacramento ab iis, qui gaudent indulto eam celebrandi singulis Feriis V., dicenda est sine Sequentia, et sine Symbolo 4315. *ad* 1., *et* 2.

Missa votiva de B. M V. celebranda ex indulto a Sacerdote caecutiente, quo ritu, quibus diebus, quo paramento etc. dicenda sit? Vide *Sacerdos*.

Mitra a Canonicis ejus usum habentibus deferri nequit in capite, dum Sacris induti intersunt solemni Processioni SSmi Corporis Christi, non obstante consuetudine contraria, quae abusus declaratur 2835. 4075. *ad* 13. Adhiberi potest in solemni celebratione Missarum, etiam Episcopo non celebrante, absente, vel sede vacante 2903. ubi plura declarantur dubia ad hanc materiam spectantia.

Mitra ab Episcopo in pontificalibus assistente deponenda est, antequam surgat ad Praefationem 3202.

Mitratus Episcopus (quae verba occurrunt in Caeremoniale, ubi dicitur Episcopum Mitratum ter in Missa esse thurificandum) intelligitur de Episcopo assistente cum Pluviali, et Mitra 3169. Vide etiam V. *Abbas*, *Canonici Cathedralis*, *Praelati Episcopo inferiores*.

Monachi an, et ad quas Processiones sint cogendi? 5.

Monachi, et Canonici regulares etiam exempti compelli possunt ab Episcopo ad Processiones indictas pro publico bono, vel publico honore 262. 2864. quod intelligitur de omnibus, et quibuscumque Regularibus 279. 337.

Monachis semper, et ubique debetur praecedentia supra Mendicantes, non obstante qualibet protestatione reservationis jurium per Mendicantes emissa 424.

Monachi utentes Breviario Benedictino reformato, tenentur recitare Officia

SSrum addita in Calendario Romano post acceptationem dicti Breviarii Benedictini 1019.

Monachis non permittitur usus bireti presbyteralis, etiamsi Doctoratu sint insigniti. 1482.

Monachi non tenentur ad Processiones, a quibus vigore privilegiorum sunt exempti, si correctioni, et visitationi Episcopi non subjiciuntur 1758.

Monachi nequeunt renuere a praestandis obsequiis Episcopo ad ipsorum Ecclesiam accedenti pro exercendis Pontificalibus Ordinis, non jurisdictionis 1923.

Monachi Cassinenses tenentur accedere ad Processionem Corporis Christi, etsi sint numero panci 2884.

Monachi Coelestini ad quas Processiones compelli possint? 2556. *ad* 1. Nequeunt cogi ad associanda cadavera ad eorum Ecclesiam deferenda; sed quatenus intersint, debent ad Cathedralem accedere, et procedere sub ejus Cruce. *Ibidem ad* 2.

Monachis Cassinensibus non competit usus baldachini, nisi in tribus tantum Solemnitatibus, et signanter non licet in vestitione Monialium 1802.

Monachis, aliisque *Regularibus* non licet in funeribus erigere propriam Crucem, interveniente Capitulo Cathedralis 2116.

Monachi Cassinenses quomodo teneantur excipere Episcopum processionaliter ad eorum Ecclesiam accedentem; et num erigere teneantur baldachinum, si pontificalibus, vel cappa indutus Missae solemni adesse velit 3315.

Monachi Benedictini degentes in Hospitio S. Calisti, (quorum aliqui tempore aestivo pergunt ad Basilicam S. Pauli ad persolvendum horas canonicas matutinas, et Missam conventualem celebrandum) in praefato hospitio tenentur celebrare Festum S. Calisti sub rit. dup. primae classis cum octava: non item in Basilica S. Pauli; qui vero in hac matutinas horas persolverunt, debent in vesperis idem continuare Officium, licet has persolvant in Hospitio S. Calisti 3303.

Monachi S. Basilii oppidi Stili Squillacen. Dioecesis tenentur accedere tam ad Processiones ordinarias, quam ad extraordinarias, et quatenus deferant Reliquias, hae deferendae sunt per Monachum incedentem in loco digniori 3506. 3631.

Monachi Cassinenses Monasterii S. Xisti Civitatis Placentinae non tenentur accedere ad Processionem SSmi Sacramenti, quae fieri solet a Cathedrali in Octava Corporis Christi 3958.

Moniales possunt celebrare Officia de Sanctis propriis: Missa tamen ab eorum Cappellanis celebranda est Missali Romano. 625. *ad* 11.

Moniales nequeunt ad confessionem mutare verba *Fratres*, in *Sorores*: *Te Pater*: in: *Te Mater*, quae recitanda sunt prout in Breviario 680., et ad Completorium dicere debent: *Fratres sobrii estote etc.* 2504. *ad* 7.

Monialium praecedentia petenda est a professione, non ob officiis, neque ab aetate 1119. 1732. prius professa praecedit alteri prius in Monasterium receptae 1202.

Moniales utentes Breviario Monastico, sed Ordinario subjectae tenentur dumtaxat ad Officia de Patronis Civitatis 1369. Titularis Ecclesiae Cathedralis, et ex convenientia ad Officium Dedicationis ejusdem 2891. *ad* 6. Quae habent ritum proprium, quoad Officia Dedicationis Cathedralis, Patroni Regni, et Civitatis debent conformari cum Calendario loci 2268. *ad* 6. Utentes Breviario Romano nequeunt recitare Officia propria earum Ordinis juxta Rubricas Breviarii Romani, sine Apostolicae Sedis indulto 1583., aut assumere eadem Officia cum psalmis, Hymnis, et Lectionibus propriis. 2621.

Moniales debent Episcopum initio visitationis sub baldachino sedentem revereri cum genuflexione, et singulae benedictionem ab eo accipere, non attenta prohibitione eis facta a Superioribus Instituti, quod profitentur 1847.

In Monialium Ecclesiis nequit exponi Sanctissimum Sacramentum sine licentia Ordinarii, quae pariter requiritur ad agendas Processiones 2015. Officium facere super cadaveribus ibi sepeliendis spectat ad Confessarium, seu Cappellanum, non autem ad Capitulum Cathedralis 1171. fallit tamen in aliquo casu particulari 2015.

In Monialium vestitione ut abusus est omnino tollenda consuetudo cantandi Missam solemnem de Spiritu Sancto, occurrente Dominica, vel Festo duplici 2880. *ad* 5.

Moniales, quae gaudent indulto recitandi Officia Sanctorum Ordinis Benedictini, et Cisterciensis, sed cum Breviario Romano, debent sumere Lectiones secundi Nocturni ex Communi, si propriae non habeantur in Breviario Romano 2938. *ad* 1. nequeunt recitare Officium votivum S. Benedicti solis Monachis indultum. *Ibidem ad* 2.

Moniales Ordinario subjectae, quae proprii Ordinis Calendario utuntur, nequeunt facere Officia de Sanctis Dioecesanis, praeter expressa, et indulta 2949. *ad* 3.

Monialium Confessariis permittendum non est, ut Feria III. majoris Hebdomadae ingrediantur Monasterii septa ad aspergendum aqua benedicta Monialium cubicula 3365.

Moniales, quibus concessum est indultum recitandi Officia Ordinis S. Augustini, nequeunt vi hujus concessionis recitare etiam Officia Canonicorum Lateranensium 3419.

Moniales Capuccinae, etsi Ordinario subiectae, possunt uti Calendario Ordinis Capuccinorum 3003. *ad* 2.

Monialium Confessarii, et Cappellani, qui gaudent indulto celebrandi Missas Sanctorum, de quibus Moniales faciunt Officium, nequeunt uti Missali, quo Religiosi respectivi Ordinis utuntur, sed adhibere omnino debent Missale Romanum 3234

Monialium Ordinis S. Benedicti Confessarii, et Cappellani nequeunt in Missa commemorationis omnium Sanctorum Ordinis addere in Introitu: *sub honore Sanctorum omnium Ordinis nostri*: prout fit a Benedictinis 3318.

Monialibus imponi debet Consecrationis velum ad formam Pontificalis: Episcopo competit dirigere modum egressus ad Ecclesiam exteriorem, et regressus in Monasterium 3327. 3343.

Moniales Ordinario subjectae sine speciali indulto nequeunt celebrare Festum Patroni principalis, et Dedicationis Cathedralis cum Octava 3468. *ad* 1, *et* 2.

Moniales comprehenduntur sub Decreto vetante Regularibus usum Breviarii Dioecesani sine Apostolico indulto 3473. *ad* 1.

Monialibus non licet in Dominica Palmarum, et Feria VI. in Parasceve canere in Passione partem ad turbam spectantem, quod ab Episcopo prohibendum est sub poenis etc. 3596.

Monialium Cappellani, et Confessarii, qui gaudent indulto celebrandi Missas convenientes Officio, quod a Monialibus recitatur, sed cum Missali Romano, nequeunt Missas Sanctorum Ordinis celebrare a typographis Missali Romano additas absque eo, quod constet de Licentia S. R. C. 3616.

Moniales, quae ex constitutionibus tenentur recitare Officia tam Ordinis, quam Dioecesis, si nequeant infra annum omnibus satisfacere, praeferre debent illa proprii Ordinis 3649.

Moniales Ordinario subjectae, utentes Calendario Dioecesano, et simul habentes privilegium recitandi Officia SS. Ordinis S. Augustini, possunt recitare Officium votivum dicti Sancti semel in mense, die non impedita. Quod si occurrat Sanctus Dioecesis etiam translatus, eo mense omitti debet Officium votivum S. Augustini 3793.

Monialium cadavera asportanda non esse ad Ecclesiam Prioriae S. Petri in Silice Civitatis Volaterrae, S. C. respondit 3947.

Moniales Ordinariis subjectae non tenentur ad Officia Dioecesana, exceptis illis de Patrono principali, Titulari,

et Dedicatione Cathedralis, sed sine Octava, nisi aliter indultum sit a Sede Apostolica 4013.

Moniales Ordinis S. Augustini licet Ordinario subiectae, uti possunt Breviario Augustiniano 4064.

Monialium velatio, quae consecratio dicitur, licet facienda sit in Ecclesia exteriori, permittitur juxta arbitrium, et votum Ordinarii, ut fiat ad Fenestellam vestitionum quoad illas, quae ob salutis incommoda, et virium imbecillitatem, nequeunt ad Ecclesiam pergere, et in proprio cubiculo quoad aliam, quae laborat chronica infirmitate 4177.

Monialium Confessariis competit explere exequias in expositione, et depositione defunctarum Monialium 4346.

Moniales Ordinario subiectae nequeunt continuare in antiqua consuetudine recitandi Officium de omnibus Festis Dioecesanis, et servandum est Decretum S. R. C diei 15. Julii 1769. (refertur sub num. 4200.) 4351. *ad* 9.

Mulieribus non debetur honor pacis, et thuris inter Missarum Solemnia, sublata qualibet contraria consuetudine 396.

Mulieribus non est permissum comitari per claustra Regularium Processiones fieri solitas, sine expressa Sedis Apostolicae licentia 669. 757. 765. 886. 1068. 2279. 2632. 2684. *ad* 3. Privilegia concessa revocantur 773.

Musica in Ecclesiis reformanda, et ratio congrua invenienda ad alios abusus tollendos 1285.

N

Natalitii dies habendi sunt illi pro Festis Sanctorum in Calendario assignati, etsi vere non sint dies obitus 2858. *ad* 1.

Nativitas S. Joannis Baptistae V. S. Joannis Baptistae. Festum.

SS. Nerei, et Achillei. V. Festum.

Sanctissimi Nominis Jesu. V. Officium.

Sanctissimi Nominis Mariae V. S. Mariae Officium.

Nocte Nativitatis Domini Missae privatae celebrandae non sunt post decantatam solemnem 1172. 1213. 1244. 1654. 2820. Hujusmodi prohibitio ligat omnes non habentes privilegium in contrarium 2956. 3499. *ad* 3. Nec licet Sacram Eucharistiam distribuere. *Ibidem*, nec Monialibus 4146. 4148. 4155. 4157. 4197.

Nomen Cardinalis Infantis Hispaniarum Toletanae, et Hispalensis Ecclesiarum Administratoris, et Possessoris, licet Sacris destituti Ordinibus, exprimendum esse in Canone, collecta, et Praeconio S. R. C. respondit 3986.

Non intres in judicium cum servo tuo etc. variari non licet in funere mulieris, vel plurium defunctorum 3291. 3956.

Novemdialia ante Festum Nativitatis D. N. J. C. ratione consuetudinis, et concursus, celebrari permittit S. C. cum unica Missa solemni votiva B. M. V., etiamsi occurrat Festum S. Thomae Apostoli, et in Dominica 3. et 4. Adventus, non omissa conventuali 1784.

Novitii Ordinis Minimorum praecedentiam habent supra Fratres Conversos, et professos laicos 1790.

Nuntius Apostolicus potest exercere Pontificalia, et populo benedicere sine licentia Ordinariorum 892.

O

Oblationes, quae fiunt a Magistratu in praecipuis Sanctorum Festivitatibus, recipiendae sunt a Celebrante infra Missam, si vero fiant extra Missam, recipiantur ab Ecclesiae digniore 1718.

Oblationes, quae fiunt intra Missam, et recipiuntur ab Ecclesia Romana, sunt in Consecratione Episcoporum, Bene-

dictione Abbatum, Ordinationibus, et similibus 2198. *ad* 18.

Obligatio audiendi Sacrum non reddit solemnitatem majorem, sed relinquit Officium in suo ritu, quare reponendum erit prius Officium altioris ritus prae alio minoris, quamvis istud habeat praeceptum audiendi Sacrum: et est tantummodo praerogativa Festi Annunciationis B. M. V., quod tam translatis, quam occurrentibus antefertur, quando simul cum Officio transfertur etiam praeceptum 3970. *ad* 1.

In occurrentia Festorum faciendum est de digniori, vel solemniori quoad ritum, translatio vero de minus digno, vel minus solemni 2779. *ad* 10. Si occurrant eadem die plura Officia ejusdem ritus, haec regula servanda est, ut Officium fiat 1. Ecclesiae particularis, 2. Ordinis, seu Religionis, 3. Dioecesis, 4. Nationis, 5. Ecclesiae universalis 3895. *ad* 1. 3961. *ad* 6. 4031.

OEconomus, et Electi locorum in Ecclesiis adstantes disjuncti, et uti singuli non sunt thurificandi 1137.

OEconomo deputato ad curam animarum in obitu Archipresbyteri non competunt honorificentiae debitae Archipresbytero, in quibus succedit dignior de Capitulo, iis tantummodo exceptis, quae versantur circa curam Animarum 3111.

Officiales cujusdam Congregationis Presbyterorum assistentes Missae solemni thurificandi unico ductu 2982.

Octavae cessare debent dum ante Natalem D. N. J. C. dicuntur Antiphonae majores 1031. 1334.

Octava pro defunctis praesertim infra Octavam omnium Sanctorum celebrari nequit sine Apostolicae Sedis licentia 2270. 3223.

Octava Patroni si concurrat cum Octava S. Joannis Baptistae, quaeritur, de quo fieri debeat? 2545.

Octava non competit Sancto, qui non sit Patronus principalis, consuetudo contraria abolenda 2570.

Octava Dedicationis occurrens in secundis Vesperis cum dupl. min. habet Vesperas dimidiatas 2702.

Octava, quae ex consuetudine, sed sine titulo fit Hydrunti de Festo Visitationis B. M. V. cedit Octavae Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli. 2751.

Octava dies occurrens cum duplici minori habet Vesperas dimidiatas. Excipe Octavas Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Corporis Christi 2779. *ad* 12.

Octava duplici majori antefertur 2949. *ad* 6.

Octava S. Nicolai Patroni concurrens cum Octava Conceptionis B. M. V. de quo fieri debeat? 2984.

Octavae S. Joannis Baptistae, Dedicationis, S. Patroni, et Titularis simul concurrentes, de quo fieri debeat? 3014. *ad* 2.

Octava Dedicationis concurrens cum Festo Visitationis B. M. V. ad Rubricae praescriptum praecedit 3014. *ad* 3.

Octava, quae cessare debet, adveniente Quadragesima, finem habet post Nonam Feriae III. 3128.

Octava Sancti proprii occurrens cum Festo Praesentationis B. M. V., fieri debet, translato Festo Praesentationis juxta Rubricas 3152. *ad* 8.

Octava omitti debet, si Festum transferatur post eamdem 3196. *ad* 1.

Octava omnium Sanctorum dignior declaratur Octava Dedicationis Ecclesiae 3205.

Octava Corporis Christi excludit duplicia secundae clas. 3372. *ad* 3. Infra Octavam locum habent duplicia 1. et 2. class. etiam translata 3372. *ad* 2.

Octava, et dies infra Octavam excludunt Festa ad libitum 372. *ad* 4.

Octava Patroni principalis, si concurrat cum Octava Festi dupl. secundae class. B. M. V. faciendum infra Octavam de Patrono cum commemoratione de B. M. V. 3416. *ad* 2.

Octava incidens cum Festo SSmi Nominis Mariae praefertur 3416 *ad* 3.

Octavae duo si simul concurrant, videlicet Patroni loci, et Conceptionis B. M. V., Officium fieri debet de Patrono, cum commemoratione Octavae Conceptionis 3681.

Octavae commemoratio non fit in secundis Vesperis concurrentibus cum primis Solemnitatis Ascensionis 3689.

Octava Dedicationis occurrens cum Festo S. Annae 3781.

Octava si ex privilegio fiat tempore Quadragesimae, incidens in hebdomada Passionis, nequit habere tertiam Orationem in Missa 3554. *ad* 6.

Octava Sanctissimae Trinitatis habet integras secundas Vesperas cum commemoratione sequentis, etiamsi Festum sequens sit dup. maj. 3557.

Octava non transfertur, sed suum habet, servatque locum, licet cadat in die festo S. Mariae ad Nives, vel SSmi Nominis Mariae 3611. 3831.

In Octava Dedicationis repetendae sunt Lectiones I. Nocturni, quae lectae fuerunt in die festo 3894. *alia dubia ad* 6.

Octavae diei commemoratio, si de ea fieri nequeat Officium, facienda est ante commemorationem Dominicae, vel semiduplicis cujuscumque occurrentis 3894. *alia dubia ad* 9.

Octava S. Scholasticae apud Benedictinos impedit preces, quando de illa fit Officium. Quod si Octava occurrat Feria IV. Cinerum, dicuntur preces, sed de Octava nihil fit, quae finem habet ad Vesperas Feriae III. 3895. *ad* 4. Quod pariter militat quoad Octavam S. Benedicti cadentem in Dominicam Passionis. *Ibidem ad* 5.

Octava Sanctissimi Corporis Christi excludit Missas de requiem, etiam in diebus 3. 7., et 30. ab obitu, ac Anniversario 3923. *ad* 4.

Octava inchoata ante Festum Corporis Christi, (si hoc Festum sit privilegiatum per totam Octavam ad instar Epiphaniae) hoc adveniente, cessat. Quod si infra Octavam occurrat Festum I. class., de eo celebrandum Officium cum commemoratione Octavae Corporis Christi; infra cujus Octavam reliquis diebus fit de ipsa Octava Corporis Christi cum commemoratione Octavae occurrentis. Si vero infra Octavam Corporis Christi occurrat Festum secundae class. habens pariter Octavam, nihil de eo fit, sed transfertur post Octavam Corporis Christi, pereunte Octava Festi translati, si post Octavam diem reponatur 3961. *ad* 8.

In Octava S. Petri ad Vincula, et Conversionis S. Pauli, ubi haec Festa sunt Ecclesiae titularia, fieri debet commemoratio alterutrius distincta, prout in die festo 3970. *ad* 10.

Octava nequit perire, etiamsi occurrat cum Festo S. Annae, quod propterea est transferendum 4022. *ad* 3. In aliquo tamen casu ob Festi celebritatem, et Populi devotionem S. R. C. indulsit, ut fieret de S. Anna cum commemoratione Octavae 4011. *ad* 7.

Octava non elevat ritum, idcirco in paritate ritus tum major dignitas, tum major solemnitas celebrationis, populique concursus attendi debent 4049. *ad* 4.

In Octavis Festorum B. M. V., etiamsi fieri non debeat commemoratio Octavae ob concursum dupl. primae classis, nihilominus in Missa dici debet Praefatio de B. V. M., et Hymnorum conclusio esse debet, *Jesu tibi sit Gloria etc.* 4110. *ad* 2. (Id intelligendum, nisi Festum habeat Praefationem propriam).

Octava Festi primae classis concurrens cum Octava Festi secundae class., in diebus infra Octavam habet Officium cum commemoratione Festi secundae classis, quamvis major sit hujus Festi dignitas 4110. *ad* 3.

Octavae Festorum B. M. V. si concurrant cum Festo ritus dup. min., vel dup. maj., an habere debeant Vesperas integras? 2794. *ad* 3. 3095. *ad* 1. 4026. *ad* 3.

Octavae Festorum aequalis ritus, quae simul concurrant, ita sunt exigendae,

ut in diebus infra octavam Officium fiat de digniori , commemoratio de minus digno 4137.

Octava Sanctissimi Corporis Christi , ubi est privilegiata , et excludit duplicia tam occurrentia , quam translata , non excludit nonam lectionem , et commemorationem Vigiliae in ea occurrentis , tam in Officio , quam in Missa . 4299. *ad* 3., et in Cathedralibus , ac Collegiatis dicenda est Missa de Vigilia in paramentis violaceis ultra conventualem de Octava . *Ibidem ad* 4. In qua Missa de Octava vel lecta , vel cantata dicendae sunt tres Orationes a Rubricis praescriptae pro Octavis communibus . *Ibidem ad* 5. Adveniente hac Octava aliae Octavae, si aliquae occurrant inchoatae , non cessant . *Ibidem ad* 6.

Octava Sanctissimi Corporis Christi in Hispaniis quatenus excludat omnia duplicia , tam occurrentia , quam translata , falsum est tamen , quod excludat etiam Festa Nativitatis S. Joannis Baptistae , et Sanctorum Apostolorum Petri , et Pauli , quemadmodum putabatur iis in Regnis ex mendoso Apographo typis impresso Apostolici Brevis , in quo legebatur *minime exceptis* , loco : *tantum exceptis* 4299. *ad* 1. , *et* 2. viden. cum n. 4323. ubi legitur Epistola hac super re data ad Nuntium Apostolicum apud Regem Catholicum . Vide etiam 4337. 4338. *ad* 2.

Octava privilegiata Corporis Christi cum clausula : exceptis duplicibus primae , et secundae classis , ita est intelligenda , ut in exceptione comprehendantur etiam translata 4321. Quantumvis privilegiata dies Octava habet in Vesperis simplicem commemorationem , si concurrat cum Festo primae , vel secundae classis 4329. *ad* 6.

Octava , etsi principalis Patroni , denegatur in Quadragesima 4350. *ad* 8.

Octava Dedicationis Cathedralis non extenditur ad universam Dioecesim . 4358. *ad* 4.

Officia de Sanctis non Canonizatis S. R. C. recitari posse respondit , dummodo adsit immemorabilis consuetudo 117. *ad* 4. (Decretum hoc intelligendum de immemorabili consuetudine , quam postea admisit etiam Urbanus VIII. in suis generalibus Decretis) .

Officium ab immemorabili recitari solitum in Cathedrali nequit extendi ab Episcopo ad Dioecesim 191.

Officium ratione Reliquiae insignis recitandum solummodo est in Ecclesia , in qua illa asservatur 406. *ad* 2.

Officia permittenda ab Episcopo sunt tantum illorum Sanctorum , qui sunt alicujus Ecclesiae Titulares , vel quorum Corpus adest , vel insignis Reliquia : cum limitatione tamen , quod de iis dumtaxat fieri possit in Ecclesia Titulari , vel in qua asservatur Corpus , vel Reliquia 522. 593 §. Insuper 745. 2019. Quod intelligendum est non solum de Ecclesiis Parochialibus , et Regularibus , sed etiam Abbatialibus 622.

Officia non debentur propter solos titulos Altarium 622.

Officia de Sanctis Episcopis locorum continuanda sunt , dummodo constet, eosdem fuisse canonizatos , vel per tempus immemorabile celebratum de iisdem fuisse Officium cum Missa 625. *ad* 1. Recitari poterunt tam in Civitate , quam in Dioecesi sub rit. dup. *Ibidem* . Quoad Archiepiscopos in Civitate , et Dioecesi dumtaxat , non in Provincia . *Ibidem* Si Canonizatos fuisse non constet , vel non concurrat immemorabile , consulenda omnino est S. R. C. quoad Officium , et Missam 745.

Officia de Titularibus Cathedralium recitanda sub rit. dupl. in tota Civitate , cum Octava in Cathedrali tantum 625. *ad* 2.

Officium tituli Ecclesiae unitae , quae non sit diruta , fieri debet , prout ante unionem ; si est diruta , et unio est extractiva tituli , nihil : si accessoria , et cum translatione ad aliquod Altare , fiat sub rit. semidupl. 625. *ad* 4.

Officium translationis unicum esse debet in sola Civitate, dummodo Reliquia sit insignis, et Patroni principalis, vel Episcopi loci: si Patroni, sub rit. dupl., si Episcopi loci, sub ritu semidupl.; numquam tamen cum Octava. 625. *ad* 5.

Officium celebrandi concessa facultas in Bullis Canonizationum nequit ad exercitium deduci nisi modo, et forma, prout specialiter permittitur 641. *ad* 1. Nec potest Episcopus permittere recitationem Officii de Sanctis Canonizatis, nisi sint in Calendario descripti, vel Patroni Ecclesiarum, aut nisi asserventur de eis Reliquiae insignes. *Ibidem ad* 2.

Officia particularia locorum, licet non sint in Breviario Romano, possunt licite recitari, si constet recitari consuevisse per annos biscentum ante constitutionem S. Pii V. 1242.

Officium quoad satisfactionem 1290.

Officium simplex, aut de Feria in aliud brevius commutare sub occupationum praetextu non licet 1303.

Officium concessum pro prima die non impedita Officio novem lectionum, censetur impeditum Officio etiam translato 1288. secus respondit postea in casu, quod certa assignata sit Feria 2158.

Officium concessum pro aliqua die mobili, omittendum est, si in ea die occurrat Festum altioris ritus 1407. *ad* 2.

Officium Dominicae, si reponendum est in Sabbato, servari debet *Rubrica* 4. *Breviarii num.* 4 quae satis clara est 1407. *ad* 1.

Officia non recitanda, nisi sint adprobata a Sede Apostolica 1464. *ad* 2., *et* 5., 2198. *ad* 16., non adprobata, sicut etiam commemorationes non adprobatas ne permittat Episcopus 1587. *ad* 3.

Officia Sanctorum, quae in Calendario Romano notantur, si fieri nequeant in diebus praescriptis, quia aliquo particulari Officio loci impedita, reponenda sunt ad formam rubricarum 2026.

Officia de Sanctis, quorum habentur Corpora, recitanda non sunt, nisi ad formam Decretorum generalium 2262. *ad* 1.

Officium concessum pro aliquo Sancto Ecclesiae Cathedrali non extenditur ad Clerum Civitatis 2262. *ad* 2.

Officium semel assignatum alicui Dominicae variari nequit 2262. *ad* 3.

Officium novem Lectionum a propria die non est amovendum, nisi concurrat Officium altioris ritus 2300. *ad* 1. 2. *et* 3. Quoad Officia Dioecesana, vel quae recitantur ratione Reliquiae, servanda sunt Decreta *Urbani VIII. Ibidem*.

Officium semiduplex Ordinis cedit duplici Dioecesano, si de hoc fieri debeat a Regularibus 2300. *ad* 6. In concursu translationis Sanctorum Ordinis, et Dioecesis aequalis ritus facienda translatio ad praescriptum Rubricae. *Ibidem ad* 7.

Officia Metropolitanae celebranda non sunt ab Ecclesiis suffraganeis 2540.

Officia, quae ob impedimenta celebrari nequeunt in fine anni, transferenda esse ad sequentem S. R. C. primum respondit 2660. *ad* 4. 2779. *ad* 1. 3348. *ad* 1. Verum postea, re maturius discussa, hac repudiata sententia, respondit, non esse transferenda, sed reducenda ad ritum simpl., cum commemoratione tamen in utrisque vesperis, et nona lectione ad matutinum ex illis secundi Nocturni ad modum unius. 3889. *ad*. 5. 3906. *ad* 7. 3921. 3922. Quod intelligendum est non solum de semiduplicibus, sed etiam duplicibus sive ab accidentali, sive a perpetuo occurrente impedimento eorum celebratio fuerit impedita 3973. *ad* 3. Novus vero annus intelligendus est de anno vulgari, et communi, qui incipit a Calendis Januarii, damnata cujusdam vana interpretatione, qui arbitrabatur Decreta esse intelligenda non de principio anni communis, sed de anno computando a die Festi transferendi. 4107.

Officium de digniori faciendum est,

Officium facere super defunctis pertinet ad Parochum Ecclesiae, ad quam funus defertur, vel ad Regulares, quarum est Ecclesia tumulans 78. 180. 181. 684., etiamsi contraria sit loci consuetudo 1142.

Officium mortuorum in semiduplici dici non debet, nisi ad effectum satisfaciendi menti testatoris 602. In funeribus, et anniversariis non est recitandum ad libitum, sed juxta Rubricae regulas 1204. 1235. praescriptum singulis mensibus omitti non debet, praetextu Officii votivi 1315. *ad* 1.

Officium defunctorum, Psalmi graduales, et poenitentiales omitti non debent in diebus, in quibus ex consuetudine diei solent in Choro 1896. Vide 141. 254. 666.

Officium mortuorum quotidie recitandum ex dispositione testatoris acceptata, recitari debet praeterquam in triduo Passionis, et duplicibus primae, et secundae classis. In his tamen faciendam esse commemorationem in *Memento* S. R. C. edixit 3031.

Officia, et *Missa pro defunctis* ex voluntate Testatorum quotidie celebran. ad certas regulas juxta Rubricas, et Decreta rediguntur 3520. 3575. Quoad Officium, et Missam conventualem de requiem in die prima mensis, si haec sit impedita, transferri debet 4018. In Officio defunctorum recitando servanda est Rubrica Breviarii Romani, et Ritualis, itant post Vesperas, et Laudes omittantur Psalmi: *De profundis*, et *Lauda anima mea Dominum*, tantum in die commemorationis etc., et depositionis 3328. *ad* 15. 3895. *ad* 29. 4164. 4212. *ad* 12. 4244. *ad* 1. Numquam omittendum Invitatorium, dum integrum recitatur Officium 3936. omittitur dum unum recitatur Nocturnum 4355. *ad* 4.

Officium votivum celebrandum in aliqua hebdomadae Feria non impedita Officio dupl., vel semidupl. extra Adventum, Quadragesimam, et Vigilia, dici nequit in semidupl. die Octava, et Feria 2. Rogationum etc. 2318. *ad* 1. 2. *et* 3.

Officium votivum Sanctissimi Corporis Christi recitatur, ut in die; Missa vero ad modum votivae 2137. *ad* 3. ex privilegio concessum Cathedrali pro singulis Feriis V. non impeditis, recitari potest ab iis tantum, qui sunt Choro addicti, vel in aliquo ministerio servitium praestant eidem Ecclesiae 2692. *ad* 4.

Officia votiva concessa pro certa aliqua hebdomadae die, cum clausula: dummodo dicta dies non sit impedita Officio novem lectionum: recitari possunt quamvis in eam diem reponendum esset Festum translatum; quod proinde ulterius debet transferri 2158.

Officia concessa semel in mense vel in hebdomada non sunt de praecepto, sed ad libitum 2747.

Officia votiva concessa pro aliqua determinata Feria hebdomadae, nequeunt celebrari in Quadragesima, Adventu, et Vigiliis. 2755. *ad* 1. omitti debent si ea die occurrat semiduplex. *Ibidem ad* 2. aut dies infra Octavam. *Ibidem ad* 3. Item si in ea reponendum sit Festum duplex, aut semiduplex translatum. *Ibidem ad* 4., *et* 5.

Officia votiva omittenda non solum a die 17. Decembris, sed per integrum Adventum, Quadragesimam, quatuor Tempora, Vigilias etc. Atque ita explicantur, et moderantur Decreta, et concessiones 2766.3034.*ad* 1 *et* 4.3073. *ad* 1.2.*et* 4 3718. Quod etiam intelligi debet de Officio votivo Ssmi Sacramenti concesso pro Feria V. 2794. *ad* 5.

Officium votivum concessum semel in mense fieri nequit in die infra Octavam, quamvis eo in mense alius dies non supersit 2779. *ad* 6. permittitur tamen, ut de eo fieri possit in die, in quo alias reponendum esset semiduplex translatum. *Ibidem ad* 7.

Officia votiva semel in hebdomada, vel mense imposterum non indulgenda. 4085. 4367.

In Officio votivo S. Clarae recitando semel in mense a Minoritis, Lectiones secundi, et tertii Nocturni esse

debent, ut in die festo 2839. *ad* 8.

Officium votivum concessum pro aliqua determinata Feria nequit impediri a duplici, vel semiduplici translato. 2987. 3408. 3440. Quod si concessum sit cum facultate illud transferendi in aliam diem non impeditam, fieri poterit etiam in Sabbato, in quo fieri deberet de S. M. 3073. *ad* 3.

Officia votiva, nisi intersit speciale privilegium Sedis Apostolicae, nequeunt recitari a Regularibus, non obstantibus decretis definitorii generalis, et provincialis, ac communicatione privilegiorum 3114. *ad* 1. Si intersit Apostolicum Indultum, nequeunt recitari diebus impeditis Quadragesimae etc. *Ibidem ad* 2.

Officium votivum Sanctissimi Sacramenti per annum recitari debet sine *Alleluja* 3171. 3775. *ad* 2. 3955.

Officium votivum concessum cum clausula, exceptis Adventu, et Quadragesima, nec recitari potest in Quadragesima 3279. *ad* 1. *et* 4. 3354. *ad* 2. Potest in Sabbato, si reliqui hebdomadae dies sint impediti 3279. *ad* 2, ut etiam 1. mensis non impedita, in qua recitandum esset Officium defunctorum 3279. *ad* 3.

Officium votivum alicujus Sancti, quod singulis mensibus recitatur, omittendum est iis in mensibus, in quibus recitatur de eodem Sancto ritu dupl. 3297. 4366. *ad* 5.

In Officiis votivis de Sanctis Bonaventura, Antonio Patavino, et Clara, apud Minoritas non est attendendus ordo dignitatis 3348. *ad* 5.

Officia votiva non solum nequeunt recitari in Feriis Adventus etc. Vigiliis una cum, vel sine jejunio, sed etiam in illa Feria, in qua juxta Rubricas reponendum est Officium Dominicae, etiams. in indulto facta non fuerit hujusmodi exceptio 3592. *ad* 1. Nec fieri debent, si recitandum sit Officium de duplici, aut semiduplici translato, aut de die infra Octavam 3592. *ad* 2. 3953. *ad* 3.

In Officio votivo Sanctissimae Conceptionis B. M. V. quoad Antiphonam *Post partum Virgo inviolata permansisti*, commutari nequit verbum *inviolata*, in alterum *immaculata*. 3895. *ad* 28.

Officia votiva S. Benedicti, S. Scholasticae, Sanctissimae Conceptionis, Sanctissimi Sacramenti pro Monachis Benedictinis intelligi debent cum solitis limitationibus 3895. *ad* 27.

Officium votivum S. Syndonis concessum pro universo Dominio Regis Sardiniae in qualibet Feria VI. non impedita, locum obtinet in Feriis VI. Quadragesimae, non autem in illis Adventus, quatuorTemporum, et Vigiliarum 3966.

Officium votivum de Sanctissimo Sacramento sub ritu semidup. concurrens cum semidup. dividit vesperas 4042.

Officium votivum de Conceptione B. M. V. est recitandum in Choro sub ritu tantum semidup. 4130. *ad* 2.

Officium votivum S. Crucis indultum pro singulis Feriis VI. non impeditis denegatur facultas celebrandi etiam tempore Adventus, et Quadragesimae 4142. Idipsum decretum est quoad Officium Conceptionis B. M. V. 4147.

Officia concessa pro uno Regno fieri nequeunt in alio, etsi utrumque sit sub unius Regis dominio 117. *ad* 3. concessa ad petitionem Regum fieri possunt a Regularibus, si ad eos extendatur indultum 2870. *ad* 2. Si hujusmodi Officia concurrant cum Festis proprii Calendarii servanda est Rubrica de translatione Festorum. *Ibidem ad* 3. si sint ejusdem ritus, et dignitatis, illud praeferendum, quod fit cum majori solemnitate, et concursu populi. *Ibidem ad* 4. Si Officia concessa sint pro aliqua determinata Dominica, hac impedita, omitti debent. *Ibidem ad* 5. Vide etiam 2891. *ad* 3. 2912. concessa ad petitionem Regis pro sua ditione, non sunt recitanda a Regularibus, qui in temporalibus non subsunt, etiamsi de gremio sint Dioecesium in ejus Dominiis sitarum 3490. Posteriora Decreta declarant hujusmo-

di Officia esse recitanda a Regularibus si sint praeceptiva, et etiam recitari debere, si sint permissiva, usu tamen recepta 4325. *ad* 5. si sint concessa absque ulla Cleri expressione comprehendunt etiam Clerum Regularem. *Ibidem ad* 10.

Officia concessa pro Regnis Hispaniarum num, quae, et sub quo ritu recitari possint in Dioecesi Bossanen. in Sardinia? 4206. *ad* 1. *et* 2. 4211. *ad* 1. *et* 2.

Officia concessa pro determinatis locis recitanda sunt ad formam indultorum 3023. *ad* 2. Quoad Officia particularia concessa pro aliquo Regno, Ecclesia etc. quaedam proponuntur, et enodantur quaestiones 2889. 2891.

Officium concessum pro aliqua Civitate, vel Dioecesi non est a propria sede amovendum, si postea superveniat Officium ejusdem ritus Ecclesiae universalis, pro quo alia dies non impedita est assignanda 3032. *ad* 2.

Officia concessa pro Regnis Hispaniarum non sunt recitanda in Regno Lusitano 3372. *ad* 1.

Officium ad libitum transferendum non est si non fiat statuta die 2318. *ad* 5. non recitandum in die infra Octavam, sed faciendum ut simplex, si sub hoc ritu sit de praecepto 2839. *ad* 9. Non licet Officium hoc recitare, si occurrat cum Festo Ordinis etc. 2924. *ad* 10. vel infra Octavam non privilegiatam, nisi ex speciali concessione, veluti accidit quoad Officium S. Elisabeth infra Octavam Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli *Ibidem ad* 14. Etiamsi semper cadat infra Octavam, transferendum non est 3314. *ad* 3. prout quoque si cadat in alia die perpetuo impedita 3370. licet sit ritus dup. maj. fieri nequit, si occurrat cum Festo semidup. de praecepto Ecclesiae universalis 3552. *ad* 2.

Officia Sanctorum ad libitum, quae incidunt in dies perpetuo impeditos, nequeunt ab Ordinariis locorum figi, et locari perpetuo in alia die designanda, inconsulta S. R. Congregatione 3970. *ad* 7. Quoad Officia ad libitum alia vide sub V. *Festa ad libitum*.

In Officio expectationis Partus B. M. V. qualis esse debeat Hymnorum conclusio, et versiculus ad Primam? 1407. *ad* 6. 3146. *ad* 4. Quae benedictio ad VIII. lectionem tam in hoc Officio, quam in altero translationis Almae Domus Lauretanae? 4150. *ad* 8.

Officium S. M. V. de Monte Carmelo transferendum non est ad sequentem Dominicam 3328. *ad* 1.

Officium de Conceptione B. M. V. fieri debet in diebus infra Octavam alio Officio novem Lectionum non impeditis, etiamsi occurrat Vigilia, vel Feria quatuor Temporum, Missae vero sive cantatae, sive lectae dicendae sunt de Feria cum secunda Oratione de Octava. 3. vero de Spiritu Sancto, quae semper dicitur infra Octavas Festorum B. M. V., verum si dies octava occurrat in Feria 4. quatuor Temporum, omnes Missae privatae dicantur de octava cum commemoratione Feriae; Missa solemnis post Tertiam sine commemoratione Feriae, cum de hac cantari debeat alia Missa post Nonam sine commemoratione octavae, et cum praefatione communi 3895. *ad* 31. Quae pariter regula tenenda est quoad Festa, quae gaudent octava ex privilegio in Quadragesima. *Ibidem*.

Officium Patrocinii B. M. V. transferri posse conceditur, si omnes Dominicae Novembris sint impeditae 3953. *ad* 1. Hujusmodi Officium in Dominio Veneto affixum certae diei, non est amovendum etiam postquam eidem diei fuit assignatum aliud Officium, quod propterea transferri debet ad aliam diem non impeditam 3987. *ad* 1.

Officium B. M. V. sub titulo de succursu, quomodo sit ordinandum? 4329. *ad* 10.

Officium parvum B. M. V. non omittendum in diebus, in quibus ex consuetudine dici solet 209. 1587. *ad* 3. dici omnino debet diebus ferialibus etiam tempore Paschali, non obstante contraria consuetudine 1670. *ad* 2. et recitandum prout in Breviario Romano

471. *ad* 2. etiamsi dici debeat in diebus ferialibus, et in Festis ritus simplicis; non abrogata tamen consuetudine, quae in contrarium forte vigeret in casu particulari S. R. C. tuto omitti posse respondit 4027. *ad* 5. Vide num. 141. 254. 666.

Officium B. M. V. sub speciali titulo, vel mysterio concessum alicui Ordini Regulari nequit extendi ad alios extra eum Ordinem, etiamsi Clerus specialiter veneretur B. V. M. sub eo titulo, vel mysterio 2263. *ad* 2.

Officium Patroni principalis celebrandum ad formam Constitutionis Urbanae, scilicet cum Octava a Clero Saeculari, sine Octava a Regulari. Si incidat cum Festo duplici notato in Calendario, de hoc fiat translatio 2038.

Officium S. Vincentii, ubi is est Patronus, vel Titularis fit duplex, et dividitur ab Officio S. Anastasii: secus de utroque fieri debet juxta Rubricas 187.

Officium S. Rochi fit tantum in Ecclesiis ejus nomine dedicatis 675., quod intelligendum de locis, in quibus hujusmodi Ecclesiae extructae sunt 678. et hoc Decretum generale est, ac ubique servandum 1020. 1738. 3152. *ad* 10. Vide etiam de S. Rocho 3528. *ad* 3.

Officium Sanctorum Philippi, *et Jacobi* cadens in diem Ascensionis transferri, et recitari debet, prout disponitur in Rubrica de Translat. Festorum 893.

Officium S. Thomae Cantauriensis si fiat sub ritu duplici, celebrari debet, etiamsi dies 29. Decembris venerit in Dominica; quo in casu fiat ea die commemoratio Dominicae, et die 30. Fer. 2. fiat de Octava Nativitatis 2794. *ad* 7. Idem Officium quoad Nationem Anglicanam 1167.

Officium S. Antonii Patavini ubi fit sub rit. dupl. secundae class. cum Octava, nequit habere Symbolum in Missa 1407. *ad* 5.

Officium Baptismi D. N. J. C. rejectum 1644.

Officium Octavae S. Clarae pro Monialibus ejus Instituti praefertur Octavae S. Laurentii, cedit illi Assumptionis 2037.

Officium S. Francisci Salesii quoad Dioecesim Gebennensem 2274. *ad* 1. *et* 2. Quoad Moniales Visitationis *Ibidem ad* 3. 4. 5. 6.

Officium Conceptionis B. M. V. quoad lectiones 1. Nocturni occurrente Feria IV. quatuor Temporum in die octava, vel infra octavam 2277. *ad* 3. *et* 4. Si festum S. Luciae fiat die 14. Decembris in secundis vesperis non habet, nisi commemorationem, quia vesperae integrae esse debent de octava Conceptionis 2277. *ad* 2. 2595. *ad* 2.

Officium Sanctissimi Nominis Mariae excludit commemorationem ejusdem Nativitatis, quemadmodum Officium Nativitatis excludit in secundis Vesperis commemorationem Sanctissimi Nominis, si fiat in Sabbato 2920.

Officium S. Thelesphori PP. et M. celebrandum esse in Basilica Vaticana in Vigilia Epiphaniae, non obstante consuetudine illud transferendi S. R. C. respondit 2506. Verum quaestione iterum proposita, in aliam abiit sententiam 2517.

Officium Angelorum Custodum semel tantum faciendum ubi mos erat celebrandi hoc Festum bis in anno 2518. Hinc ubi fit mense Septembris cum octava, non est iterandum die 2. Octobris. 2754. *ad* 4. in hoc Officio, ut etiam in illo S. Michaelis Archangeli, octava benedictio esse debet *Quorum Festum etc.* In Officio vero S. Raphaelis, et Gabrielis = *Cujus Festum etc.* 3146. *ad* 5.

Officium S. Angeli Custodis concurrens cum Festo duplici minori habet integras Vesperas 2794. *ad* 2. Verum in una Fratrum Minorum S. R. C. respondit, Vesperas occurrentes cum primis S. Clarae esse dimidiandas 2839. *ad* 2. Ita etiam 2856. *ad* 5. 3348. *ad* 2. Etsi vero declaratum fuerit Officium praedictum esse ritus dumtaxat dup. min. 3095. *ad* 3. nihilominus constans sententia fuit praxi firmata,

quod Officia Angelorum in concursu cum Festo aequalis ritus habent Vesperas integras 3023. *ad* 4. 3544. 3602. *ad* 6. 3621. 3693.

Officium S. Gabrielis Archangeli cur non extensum ad Ecclesiam universam? 3311.

Officium S. Thomae Apostoli nequit habere octavam 2660. *ad* 1.

Officium S. Remigii si incidat cum Festo duplici, transferendum non est, sed de eo fit uti simplici in die, in qua cadit 2697.

Officia Sanctorum Bernardini, et Antonii si transferantur, et fieri debeant sine octava a Minoritis, possunt ab eis recitari cum lectionibus secundi Nocturni, ut in Breviario Romano 2839. *ad* 10.

Officium S. Benedicti a Sacerdotibus Dioecesis Nullius Montis Cassini nequit recitari sub rit. dup. 1. classis cum octava 2893. *ad* 3.

Officium S. Elisabeth, quod occurrit infra octavam SSm̃. Apostolorum Petri, et Pauli non comprehenditur sub censura Decreti generalis quoad Festa ad libitum 3095. *ad* 6. et fieri debet cum Antiphonis, et Hymnis propriis *Ibidem ad* 9.

Officium S. Narcisi quando, et quo ritu recitandum in Civitate, et Dioecesi Gerunden., et in Regnis Hispaniarum 3290.

Officium Sanctissimi Nominis Jesu nec a Minoritis, nec ab aliis recitari amplius posse die 14. Januarii, sed omnino debere Dominica secunda post Epiphaniam S. R. C. respondit 3803. Quod si occurrat in Dominica Septuagesimae transferendum ad diem 28. Januarii tamquam propriam, ne hujusmodi Festum celebretur in Quadragesima 4150. *ad* 1. eique cedere debet aliud Officium duplex in ea die occurrens 4212. *ad* 8. Si dies 28. impedita sit Festo dup. 2. classis cum octava, reponendum est ab Episcopo in aliam diem intra eamdem octavam, translato quocumque alio Festo, nisi sit altioris ritus 4293. *ad* 1.

Officium S. Sebastiani, ubi is est Patronus minus principalis, separandum non est ab Officio S. Fabiani 3350. 3528. *ad* 1. 3841. *ad* 1.

Officium SS. Cosmae, et Damiani si transferatur in Vigiliam Festi omnium Sanctorum, cujus Missa concordat in Evangelio, recitandum Evangelium, et respective Homilia omnium Sanctorum, et in Missa secunda Oratio sit de Vigilia, tertia vero *A cunctis* 3602. *ad* 5.

Officium S. Barbarae Virg., et Mart., ubi est duplex, fieri debet die 4. Decembris, translato Festo S. Petri Chrysologi ad aliam diem fixam non impeditam 3894. *de trans. Fest. dub.* 3.

Officium translationis S. Januarii, occurrens cum Festo altioris ritus, vel majoris dignitatis, transferendum est a prima Dominica Maii, et tamquam propria assignata, ad primam diem non impeditam, servatis rubricis post octavam 3942. *ad* 1. occurrens cum octava Dedicationis Ecclesiae, debet transferri ad primam diem non impeditam, omissa octava 3948.

Officium S. Joachim, si perpetuo Dominica infra octavam Assumptionis B. M. V. sit impedita, non est recitandum neque in Dominica ante Nativitatem ejusdem B. M. V., neque die 20. Martii, in qua prius celebrabatur, sed transferendum ad primam diem non impeditam 3961. *ad* 3. Ubi celebratur Dominica infra octavam Assumptionis, pariter transferendum est ad primam diem non impeditam, si occurrat in ipsa Octava 4026. *ad* 5.

Officium S. Dionysii, ubi is est Patronus principalis, quomodo dirigendum, et quomodo ab eo separandum, et respective transferendum Officium sociorum Rustici. et Eleuterii 4026. *ad* 5.

Officium S. Raymundi potest ulterius transferri, ut Festum SSmi Nominis Jesu celebrari valeat ante Quadragesimam 4032. *ad* 1.

Officium Sanctissimi Redemptoris pro quadam Ecclesia Status Veneti, cujus Dedicatio cadit Dominica 3. Julii as-

signata pro dicto Officio, transferri permittitur ad Feriam 2. post dictam Dominicam, illud celebrando sine com memoratione octavae Dedicationis, de qua reliquis diebus faciendum est Officium cum commemoratione octavae SSmi Redemptoris, cujus Officium desinat cum simplici commemoratione in die octava Dedicationis 4041.

Officium duplex de S. Ursula, et sociis, ratione Reliquiae insignis, aut de eadem Sancta, aut de aliqua ex sociis 4049. *ad* 5.

Officium S. Petri ad Vincula in Ecclesia S. Jacobi de Luprio Venetiis, quod semper recitari consuevit die 2. Augusti, quia prima dies impedita erat ab octava S. Jacobi Titularis, amovendum non est, etiam postquam dies secunda assignata fuit Officio S. Hermolai semidup. pro Dioecesi Veneta 4053. *ad* 1.

Officia Martyrum Turritanorum Baptizatorum abroganda 4202. *ad* 1. conceditur semel in anno ad eorumdem honorem Officium de communi Martyrum, et quoad alios nominis proprii permittitur Officium, juxta ritum aliarum Ecclesiarum. *Ibidem ad* 2., *et* 3. Pro eadem Ecclesia Turritana Festum S. Jacobi Apostoli a ritu 1. clas. cum Octava reducitur ad ritum secundae classis sine octava, et abrogatur Festum Translationis *Ibidem*.

Officium reversionis Magorum die 1. Martii prout in die Epiphaniae non celebrandum 4206. *ad*. 6.

Officium S. Camilli de Lellis elevatum ad ritum dup. min. ei assignata die 18. Julii, recitandum est in hac die, etiam ubi prius celebrabatur sub ritu semiduplici die 15. ejusdem mensis 4208. *ad* 1.

Officium S. Eliae Prophetae occurrens in Sabbato quatuor Temporum vernalium habet idem Evangelium, ac illud Feriae, idcirco omittenda est lectio IX. de Feria, et in fine Missae legendum Evangelium S. Joannis 4218. In hoc Officio, et Missa est adhibendus color albus 4220.

Officium S. Jacobi Patroni principalis, attenta dignitate, in concursu cum Festo Titularis alicujus Ecclesiae praeferri debet, dummodo tamen Titularis non sit ejusdem, vel majoris dignitatis 4357. *ad* 6.

Oleum Sanctum pro extrema unctione non est solemniter ad infirmos deferendum cum superpelliceo, ac lanternis, multoque minus Manua S. Nicolai 143.

Olea Sancta conficienda, assistentibus duodecim Presbyteris, nec Canonici sunt exempti, si aliqui Presbyteri e numero desint 161. *ad* 1. ob penuriam saecularium, supplendum est cum Sacerdotibus regularibus 1207. si haberi nullo modo queat numerus a Pontificali praescriptus, S. R. C. permittit, ut cum minori numero confici possit, onerata conscientia Episcopi 1282. 1339. Presbyteri, et Diaconi ministrantes Sacris induti, quamquam non sint de gremio Cathedralis, praeferendi sunt aliis Presbyteris, et Diaconis 1705. Si Presbyteri Cathedralis non sufficiant, potest Episcopus alios sibi subditos vocare, et renuentes compellere 2729.

Olea Sancta asservanda sunt in Cathedrali, et a Dignitatibus distribuenda 427. *ad* 3. sufficit, ut retineantur in loco decenti vel sit a cornu Evangelii, vel a cornu Epistolae 2071.

Olea Sancta confici possunt extra Cathedralem, si Episcopus ob aliquam justam causam alibi resideat 2320. sed confici nequeunt, nisi Episcopus simul celebret Missam 2438.

Oleorum Sanctorum confectioni assistentes Presbyteri indui debent amictu, alba, cingulo, stola directa, manipulo, planeta; Diaconi amictu, alba, cingulo, stola transversa, manipulo, et dalmatica; Subdiaconi amictu, alba, cingulo, manipulo, et tunicella 2791. Num thurificandi prius sint Sacerdotes, qui assistunt Episcopo uti testes sacerdotalibus vestibus induti; an potius Canonici induti planetis, cottis, vel aliis indumentis eorum officio convenientibus? 2800. *ad* 1. 3363. Tam duodecim Presbyteri, quam se-

ptem Diaconi ratione paramentorum recipere debent Sacram Eucharistiam ab Episcopo ante omnes alios de Choro, etiam ante Dignitates, et Canonicos chorali habitu indutos 3060. 3229.

Olea Sancta conficienda sunt publice in Ecclesia, non autem private in Sacello domestico. Quod si Episcopus ob aegritudines nequeat ea conficere, id potest immo debet alteri Episcopo committere 3163.

In Oleorum consecratione, quae fit Feria V. in Coena Domini, omnino servandum est Pontificale Romanum, et usus ab hoc dissentientes eliminandi 3518.

Oleorum consecratio fieri omnino debet in Cathedrali, cessante legitimo impedimento. Dato vero, quod ob rationabilem causam haec fiat in alia Ecclesia Civitatis, vel Dioecesis; nihilominus eadem Olea sacra distribui debent in Ecclesia Cathedrali 3615. 3850. *ad* 3.

Oratio de SS. Fabiano, et Sebastiano non varianda 71. *ad* 2.

Oratio Deus Refugium etc. de mandato SSmi pro re gravi in Missis dicenda, dici non debet in Festis 1. class. 560. *ad* 4.

Oratio ad honorem 15. auxiliatorum cadit sub prohibitionem Missae eorumdem 649.

Oratio Dominicalis, *salutatio Angelica*, et *Symbolum* repeti debent, si post Completorium statim initium detur Matutino sequentis diei 2444.

Orationes non adprobatae a S. R. C. recitari solitae cum Litaniis B. M. V. pro agonizantibus, prohibentur 1214.

Orationes pro Imperatore Feria VI. in Parasceve, et in Praeconio Sabbati Sancti, quomodo variandae, dum vacat Imperium? 1737.

Orationis conclusio in Officio S. Ludovici Regis esse debet = *Qui tecum vivit etc.* 2504. *ad* 5.

Oratio in reponendo Sacramento die festo Corporis Christi esse debet ad formam Caeremonialis 2600.

In Oratione pro Papa non licet addere = *et pro Antistite nostro* 670.

In Oratione A cunctis etc. recolendus est Patronus, seu Titularis Ecclesiae 2707. *ad* 8.

In Orationibus, quae collectae dicuntur non licet Sacerdotibus addere nomen Ordinarii 740. *ad* 1.

Orationum, quae fieri solent ab Advocatis consistorialibus in publicis Consistoriis regulae praescribuntur 746. 4368.

Oratio tertia dicenda non est in Missa tempore Passionis, et infra octavas Paschatis, et Pentecostes, si in ea dicenda sit secunda de simplici occurrente 3142. 3905. *ad* 1.

Oratio quoad conclusionem in absolutionibus faciendis in die commemorationis omnium Fidelium etc. 3328. *ad* 4.

Oratio pro Anniversario Consecrationis Episcopi dici debet sub unica conclusione post Orationem Missae diei, si occurrat Festum duplex 3660. *ad* 7.

Oratio Fidelium dicenda est in Missa de simplici, vel de Dominica, quae reassumitur Feria II., vel prima die mensis non impedita 3446.

Oratio in die obitus pro Sacerdote defuncto, vel pro Patre, et Matre Celebrantis, dicenda est juxta Rubricas, et Rituale Romanum 3602. *ad* 8.

Oratio tertia in Missa semiduplicis translati debet esse *A cunctis etc.* in Vigilia alicujus Apostoli 3906. *ad* 5.

Oratio de Spiritu Sancto, si dicta sit secundo loco, tertia non est concludenda, *ejusdem Spiritus Sancti* 3906. *ad* 5.

Oratio 3. *ad libitum* potest esse vel de Sancto, vel de SSmo Sacramento, vel de Patrono, de Passione, de Cruce etc. 3970. *ad* 6.

In Oratione A Cunctis etc. Sanctos nominando, servari debet ordo Litaniarum Majorum 3994. *ad* 4. In unaquaque Ecclesia nominandus est Titularis, et Patronus proprius ejusdem Ecclesiae 4299. *ad* 15. *et* 16.

Orationis pro Rege conclusio debet es-

Episcopis in eadem Ecclesia, et eodem tempore 2575.

Ordinis Minorum Fratres nequeunt die 2. Augusti unico Officio satisfacere duplici obligationi, si eadem die recurrat Festum Dedicationis tam Ecclesiae primariae Ordinis, quam propriae 3602. *ad* 4.

Organa pulsanda Dominica 3. Adventus, et 4. Quadragesimae 2504. *ad* 8. in Missa, et Vesperis tantum 3755. *ad* 3.

Organorum pulsatio tono lugubri permitti potest in Missis defunctorum, etsi renuat Ordinarius 660.

Organa pulsari licet tempore Quadragesimae, quatuor Temporum, Adventus, et Vigiliarum in Missis votivis, quae singulis Sabbatis celebrantur solemniter, et in Litaniis, quae cantantur post Vesperas 4084. *ad* 4.

Organa non silent, quando Diaconus, et Subdiaconus utuntur Dalmatica, et Tunicella, licet color sit violaceus 3970. *ad* 9.

Os Capitis nequit haberi pro Reliquia insigni 644.

Ostiolum tabernaculi SSmi Sacramenti cum insculpta Imagine SSmi Crucifixi tegi nequit cum vase florum, quod est collocandum in humiliori decenti loco 3426. *ad* 10.

P

Pacis osculum dari debet Magistratui cum instrumento, servata forma Libri caeremonialis 3062. *ad* 1.

Palla a parte superiori drappo serico cooperta adhibenda non est in Sacrificio Missae 3426. *ad* 6.

Pallium, seu baldachinum in nuptiali benedictione vetitum, multoque magis quid pro eodem exigere 148.

Pallium ab Archiepiscopo recipiendum, priusquam in sua Ecclesia Pontificalia exerceat 558.

Palma tradenda Episcopo a digniore Chori 376. 540. *ad* 5. In Palmarum distributione dignior ille praeferendus, a quo Celebrans illam accepit 1319.

Palmarum Benedictio, et distributio facienda in Collegiata, adstante Capitulo Cathedralis, fieri ab hoc debet; sed quoad palmas servanda est aequalitas 3217.

Palmatoria V. Bugia.

Parasceve V. Feria VI. in Parasceve.

Paramenta sumere de Altari, habere duo, vel plures ministros cotta indutos, et quatuor candelas accensas in Missis privatis, nemini licet, praeterquam solis Episcopis 683. 743. 768. 1424. 1717. 2398. Ita etiam non licet uti ministerio famulorum pro abstergendis manibus 743. Quod tamen licet Abbatibus Benedictinis pontificaliter celebrantibus in propriis Ecclesiis *Ibidem*.

Paramenta sumere de Altari in Missis quotidianis, neque eis licet, qui habent usum Pontificalium 1807.

Paramenta pontificalia ministranda sunt Episcopo ab Ecclesiae Cathedralis Sacrista 861. *ad* 1.

Paramentorum color in expositione, et repositione SSmi Sacramenti ad Rubricarum formam 1423. *ad* 2.

Paramenta de, et super Altari sumere non licet, non obstante consuetudine, quam abusum imperscriptibilem S. R. C. declaravit 2489.

Parochialia munia a nemine possunt exerceri, invito Parocho 761. 762.

Parochialium Ecclesiarum Rectores debent thurificari ante Dominum loci 284.

Parochialium Ecclesiarum Vicarii, et Portionarii, ubi aequiparantur Canonicis Collegiatae, si simul cum his sedeant, vel incedant, quomodo honorandi? 355.

In Parochiali Ecclesia nequit quidquam ordinari, aut exerceri, invito Parocho

lam tamen functionem eis facere licet 1559. 1654.

Parochus stolam deferens in funere locum digniorem tenere debet post Clerum regularem, et saecularem 1575. praecedit etiam alios Parochos sola cotta indutos 1657.; cedere tamen debet digniorem locum Capitulo Cathedralis interessenti 1598. Quid in concursu cum Canonicis Collegiatae? 1908. 2299. Privative quoad Collegiatam debet officium absolutionis facere super cadaveribus in parochiali Ecclesia humandis 1801.

Parochus Cathedralis funus deferens ad Ecclesiam Regularium sitam intra fines Parochiae Collegiatae debet privative facere tam in via, quam ante januam Ecclesiae tumulantis, functiones omnes, quae spectant ad Parochum 1972. *ad* 3. ut etiam ad eum spectat functiones facere erga defunctos, qui levantur extra Civitatem, et deferuntur ad Ecclesiam Regularium sitam intra fines Collegiatae 1972. *ad* 4.

Parochus, deposito funere in Ecclesia Regularium, nequit intonare *Regem. cui omnia vivunt etc.*, sed, quatenus adsit consuetudo immemorabilis intonandi, et facta intonatione, recedendi, servanda est 2162. *ad* 3., *et* 4. ita etiam ubi immemorabilis viget consuetudo, potest Parochus cum cotta, et stola assistere in Regularium Ecclesiis officio, quod a Regularibus fit super defunctis 2201. 2206. Sed nequit quidquam agere circa exequiales functiones 2239.

Parochus in levando funere debet intonare antiphonam: *Exultabunt Domino etc.* 2369. 2424. *ad* 3. etiamsi intersit Capitulum Cathedralis, quod tamen in reliquis praecedit 2386. 2424. *ad* 3.

Parochis licet in ducendis funeribus extra propriam Ecclesiam transire per confines aliarum Parochiarum, ac etiam Cathedralis, nec propterea sunt molestandi 2561.

Parochus tenetur associare cadavera usque ad Ecclesiae Regularium januam 2581. *ad* 5. 2688. si interesse recuset, possunt Regulares levare cadaver 2581. *ad* 6.

Parochus nequit cum Cruce ingredi Ecclesias Regularium, et potest impediri, nisi tamen vigeat contraria consuetudo immemorabilis 2684. *ad* 1. 2694. *ad* 2.

Parochus funus associaturus tenetur ad Cathedralem accedere, si Capitulum interesse debeat, ut etiam tenentur Regulares 3501. *ad* 1., *et* 2.

Parochi si renuant in funeribus dare praecedentiam Capitulo Collegiatae, tenentur probare consuetudinem contrariam 3566.

Parochi associantes funus ad Ecclesiam Regularium, nequeunt cum Cruce, et stola ingredi Ecclesiam, ibique officium facere 3573. *ad* 9. *et* 10.

Parocho in casu particulari, post probatam sui favore consuetudinem, S. C. respondit deberi praecedentiam in associatione cadaverum supra Archipresbyterum, et Canonicos Collegiatae 3618.

Parochus potest officium funeris peragere, et Missam solemnem celebrare super cadavere exposito in Oratorio Confraternitatis infra limites suae Parochiae 3635. *ad* 2. (intellige: si sit defunctus suae Parochiae, juxta Decretum generale anni 1703.).

Parochus, associato cadavere ad Ecclesiam Regularium, et deposito feretro ante fores, non debet consuetas preces recitare 3644.

Parochis non licet cum stola, et Cruce ingredi Ecclesiam Barnabitarum Spoleti, ibique assistere exequiis defuncti in ea tumulandi: reservatur tamen jus probandi consuetudinem 3680.

Parochi simul convenientes ad celebranda funera etc. praecedentiam obtinent supra alios simplices Presbyteros 2763. *ad* 1. item dum simul conveniunt pro aliqua celebranda festivitate. *Ibidem ad* 2. Quae honorificentiae eis debeantur? *Ibidem ad* 3. 4. 5. 6., *et* 7.

Ad Parochos spectat officium facere super cadaveribus, et stolam deferre in propriis ipsorum Ecclesiis, etiam in-

terveniente Capitulo Cathedralis 2899. *ad* 2.

Parochus Canonicus si in funeribus, interessente Capitulo, velit incedere cum stola, ire debet post alios Presbyteros ante Capitulum; si velit interesse ut Canonicus, ire debet sine stola in suo loco, et tunc stolam deferat dignior de Capitulo 3101.

Parochis non licet exigere ab haeredibus unum carolenum, et quatuor candelas pro quolibet defuncto, et unam gallinam pro quolibet Matrimonio contrahendo 3181. *ad* 2.

Parochi incedentes cum stola, neque in propriae Parochiae districtu habent praecedentiam in Processionibus funerum, si intersit Capitulum Cathedralis collegialiter cum Cruce. 3227. *ad* 4.

Parochus vocandus est in associatione cadaveris ad Ecclesiam Regularium, nequit tamen Ecclesiam ingredi cum Cruce, et stola, ac ibi officium facere. 3336. *ad* 1., *et* 2., nequit exigere majorem eleemosynam ab exteris tumulandis in Ecclesiis Regularium, quam a civibus. *Ibidem ad* 3.

Parochus etsi ingrediatur Ecclesiam tumulantem cum superpellicco, et stola, nequit tamen Crucem deferre 3371. quod clarius explicatur altero Decreto, quo edicitur, Parochum posse pro sua commoditate Ecclesiam ingredi sine Cruce elevata, non tamen pro assistendo functionibus 3380. Iterum proposita causa, alia prodiit declaratio, scilicet, quoad delationem Crucis in decisis; quo vero ad ingressum Parochorum, ita esse intelligendum, ut neque liceat eisdem Ecclesiam processionaliter circumire, neque functionibus exequialibus assistere, nisi tamquam quilibet de populo, et multo minus illas turbare cum aliquo cantu 3391.

Parochi Cathedralis in associandis funeribus nequeunt uti cappa chorali. 3394.

Parocho Terrae Vissi licere respondit S. R. C. deferre stolam in Ecclesiis Regularium, dummodo tamen non peragat officium 3481.

Parocho Cathedralis Forolivii non licuisse respondit S. R. C., elevare Crucem, ac deferre stolam in funere asportandu ad aliam Parochiam, et Decretum Episcopi non sustineri 3716.

Parochus, etsi Ecclesiae Cathedralis, ducens funus ad Ecclesiam Regularium, non debet hanc ingredi cum cotta, et stola, neque ante discessum recitare antiphonam *Exultabunt etc.* 3811.

Parocho, cui jus competit associandi cadavera, quae ex qualibet Parochia loci tumulanda deferuntur ad Ecclesiam Regularium sitam intra limites suae Parochiae, S. R. C primum respondit, licere ingredi eamdem Ecclesiam, et ibi funebria persolvere: postmodum vero in causae revisione recessit a decisis 3861.

Parochus in funeribus debet incedere sub Cruce Ecclesiae tumulantis, ad cujus fores dicere debet ultimum vale 4061. *ad* 1., *et* 2., debet pervenire usque ad jannam, non autem in aliquo determinato loco consistere 4167. *ad* 1., et licet parentibus defuncti asportare cadaver ad Parochiam per modum depositi, priusquam deferatur ad Ecclesiam tumulantem, petita, quamvis non obtenta, licentia Parochi, cui debentur intortitia tantum, cum quibus cadaver expositum fuit, dummodo idem Parochus aliquas preces recitaverit. *Ibidem ad* 3. *et* 4. nequeunt Parochi exigere majorem eleemosynam, seu majora emolumenta pro associandis cadaveribus ad alienas Ecclesias. *Ibidem ad* 5.

Parochus quoad usum stolae, et praecedentiam 2887. 3015.

Parochus processionaliter cum Magistratu, et Sodalitatibus laicorum, accedens ad Ecclesiam Regularium in Festo Titularis, nequit, contradicentibus Fratribus, ibi Missam cantare, neque potest officium facere super cadaveribus ibi tumulandis 706.

Parochus prohiberi nequit ab ingressu

lis sedere, et incedere possunt ante Beneficiatos, post Canonicos 1851., repudiata prima sententia, quia tunc non constabat eosdem esse de gremio Cathedralis 1746.

Ad Parochos privative spectant expositio, repositio, et processionalis quaecomque delatio SSmi Sacramenti in Festo Corporis Christi, Feria V. in Coena Domini, occasione 40. horarum etc. 2885. *ad* 1. ut aliae etiam functiones occasione Festivitatum Confraternitatum erectarum in eorum Ecclesiis 2899. *ad* 1.

Parochus non amittit jus ad functiones omnes, quae ad eum pertinebant, antequam nova erigeretur Collegiata, excepto tantummodo sonitu campanarum in Sabbato Sancto 3159. *ad* 6.

Parochus duarum Ecclesiarum unitarum debet celebrare Festum de utriusque Titulari cum Officio, et Missa 3328. *ad* 6.

Parocho non licet propriis manibus porrigere aspersorium Domino loci, et ejus uxori in Ecclesiae ingressu 3332.

Parochi quoad interessentiam, et assistentiam in Cathedrali, recurrentibus quibusdam Festivitatibus, debent servare solitum 3411.

Parochus, ubi mos viget praecedendi juxta antianitatem, si transit de una ad alteram Paroeciam, non amittit suum jus 3442.

Parochus deferens Viaticum Infirmo tempore Paschali, et domum ingrediens debet dicere Antiphonam *Asperges etc.* prout in Rituali, nulla habita temporis ratione 3465. *ad* 7.

Parochus hortandus, non cogendus ab Episcopo ad praebendum sacra supellectilia, et alia necessaria pro Sacrificio Sacerdotibus sub Parochia commorantibus, et in Ecclesia Parochiali celebrare volentibus 1. *ad* 3. 3494.

Parochus occasione Processionum discedere potest a sua Parochia, accedere, et transire per Parochiam Cathedralis cum stola, et Cruce erecta 3501. *ad* 5.

Parochus, invitato Capitulo ad suam Ecclesiam occasione Festivitatis, debet cantare Missam 3501. *ad* 6. nequit se ingerere in administratione oblationum quoad Ecclesias, et Oratoria Confraternitatum, aut capsulae clavem retinere 3521. *ad* 28.

Parochis licet extrahere SSmum Sacramentum pro Viatico deferendo ad Infirmos ex omnibus Ecclesiis tam secularibus, quam regularibus, etiam exemptis, sitis infra limites Parochiae, dummodo urgeat necessitas 3583. *ad* 1. si id accidat in Ecclesiis Regularium, ad quem spectet peragere functiones in reditu, scilicet in Ecclesia? *Ibidem ad* 2. 3. 4. 5. *et* 6.

Parochis in Processionibus, et funeribus debetur praecedentia supra Mansionarios Ecclesiae etiam Cathedralis incedentes sine Canonicis, et sine Capitulo 3584. *ad* 1. *et* 2.

Parochi in Congregationibus casuum conscientiae sedere debent juxta antianitatem 3629. *ad* 2.

Parochus jus habet exercendi functiones parochiales in Ecclesia olim regulari sita infra fines suae Parochiae privative quoad Cappellanum eidem Ecclesiae datum 3663. *ad* 1.; et faciendi officia super cadaveribus in ea sepeliendis ad formam tamen Decretorum generalium anni 1703. *Ibidem ad* 2. Cappellano tamen licet exponere SSmum Sacramentum de consensu Ordinarii *Ibidem ad* 4. *et* 5.

Parochis, si plures sint, et in eadem Ecclesia per turnum curam gerant, quae honorificentiae competant in propria hebdomada, quae vero non 3833.

Parochi non solum in Dominicis, sed etiam in omnibus diebus festivis tenentur applicare Missam pro Populo sine eleemosyna 4026. *ad* 9.

Parochi habentes facultatem benedicendi Fontem Baptismalem Sabbatis diebus ante Pascha, aut Pentecosten, illum de mane benedicere debent: qui vero hanc facultatem non habent, ab ejus benedictione abstineant 4103. *ad* 1. Possunt alium Sacerdotem delegare, qui benedictioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Matrice assistat, sicuti etiam

possunt in Sabbato Sancto alteri Sacerdoti committere celebrationem Missae in propria Ecclesia. Qui vero facultatem habent Fontem benedicendi, quatuor saltem Clericos in ministerio habebunt *Ibidem ad* 2. Aquam, cui Sacra Olea jam fuerint commixta, susci pere debent ex Fonte Matricis, quam adhibeant in Baptismi collatione. Qui vero ante Fontis benedictionem Olea Sacra recipere non potuerunt, illa subinde privatim, ac separatim in aquam mittere poterunt. *Ibidem ad* 3. cogi possunt ab Episcopo aliqua poena pecuniaria ad faciendum benedictionem ignis, et cerei in Sabbato Sancto. *Ibid. ad* 4.

Parochi Cajetae interessentes Choro in Cathedrali nequeunt deferre stolam 4121. *ad* 2., occasione funerum tam ipsi, quam alii de Clero saeculari, et regulari, et Confraternitates tenentur accedere ad Cathedralem *Ibidem ad* 3. (supple, si Capitulum intersit) et incedere debent sub una Cruce Capituli *Ibidem ad* 4., etiamsi defunctus sit alterius Parochiae, interveniente Capitulo, deferre pluvialem cum stola nigri coloris pertinet ad primam Dignitatem, et, hac impedita, ad digniorem, qui sequitur. *Ibidem ad* 5. Nec Parocho defuncti debetur quarta funeralis, si tumulatio Canonici, vel alterius fiat in Cathedrali *Ibidem ad* 6.

Parocho infantis baptizandi non debentur candelae, quae sponte offeruntur etc. sive Baptismus conferatur in Cathedrali, vel extra. *Ibidem ad* 7. (notandum quod forte Cajetae retinetur antiquus mos unici Fontis baptismalis in Cathedrali, quod immo certum esse videtur ex S. C. R. responso ad dubium: nam additum video *ad mentem*, quae erat, *quod Episcopus non concedat facultatem baptizandi extra Cadralem, excepto casu necessitatis*). Et Parochi tenentur quolibet anno tradere Archidiacono Cathedralis notulam Baptizatorum sub poenis etc. *Ibidem ad* 8.

Parochi Ecclesiarum Civitatis Amerinae quoad interventum Processionibus, et administrationem Poenitentiae, atque Eucharistiae 4266. *ad* 7., *et* 8.

Parochis non competit jus benedicendi Concionatoribus 3054.

Parochi Regulares debent officium facere in Domibus decedentium sub ipsorum respective Parochiis, et vanam esse contrariam praetentionem Parochorum saecularium S. R. C. declarat 574. *ad* 3.

Parochus Regularis in publicis Processionibus superpellicco indutus locum obtinet inter Rectores, aliosque Presbyteros saeculares 407. in casu particulari locum digniorem *Ibidem*, quod magis explicatur altero Decreto 410. Quod si Abbas, seu Parochus, ad quem spectat deferre Sacramentum, et Reliquias in Processionibus, fuerit impeditus, vel deferre noluerit, nequit alteri Monacho id committere, et functio peragenda est ab altero Saeculari Presbytero *Ibidem*.

Parochi Regulares, ubi intersunt tamquam Parochi, praeferendi sunt simplicibus Sacerdotibus 476.

Parochi Regulares nequeunt impediri a delatione stolae transeuntes in Processionibus per limites aliarum Parochiarum Saecularium, cum hi etiam stolam deferant per limites Regularium 574. *ad* 1. debent incedere cum aliis Parochis Saecularibus, non autem sub Cruce propriae Religionis *Ibidem ad* 2.

Parocho Canonico Regulari debetur praecedentia supra Canonicos Saeculares in associatione cadaverum S. R. C. respondit 3666.

Parochus Regularis incedens in Processione cum aliis Parochis potest stolam deferre, sed tenere debet locum novissimum 4089. *ad* 1., *et* 2. In publicis supplicationibus, deficientibus Parochis Saecularibus, ac Praeposito etiam Parocho, eidem Parocho Regulari jus competit peragendi functiones, non autem Vice-curato, aut Substituto Praepositi. *Ibidem ad* 3.

Parochus Regularis Congregationis Olivetanae nequit deferre in sua Parochia,

prout eadem ratio antianitatis in ordine servanda est in Ecclesiis adscriptitiis. *Ibidem ad* 4. 5. 6. attendenda anterioritas suscepti Ordinis Presbyteralis, nulla babita ratione prioritatis in Ordine Diaconali, vel Subdiaconali 1833. Debetur praecedentia prius promoto ad Ordinem, supra illum, qui prius Missam celebravit 2623. 2819. ita etiam dicendum de Clericis in minoribus constitutis, quum praecedentia debeatur prius ordinato 2831. Simplex Beneficium mere laicale cum onere coadjuvandi Parochum etc. non dat praecedentiam supra Sacerdotes antea ordinatos, praeterquam in functionibus, in quibus Cappellanus supplet vices Parochi 3447.

Praecedentia inter Clericos debetur juxta Ordinem, et in Ordinis paritate juxta antianitatem 3815. *ad* 1. 3867.

Praecedentia in Synodo, aliisque Ecclesiasticis functionibus danda est illis, qui pro se babent observantiam. Ita in casu particulari quaestionis ortae inter Canonicos Collegiatae S. Mauri Casalis Caesoriae, et Parochos Civitatis Neapolis 3843.

Praecedentiam inter Canonicos Collegiatae S. Angeli in foro piscium urbis exigendam esse juxta anterioritatem Ordinis, et possessionis S. R. C. respondit, sed quoad Canonicos viventes nihil esse innovandum dixit 4106.

Praefatio communis dici debet in Missa conventuali de Feria, quae incidit in Octava Nativitatis B. M. V. 518.

Praefatio propria de Missa votiva dicenda est, si celebranda sit infra Octavam Festi habentis praefationem propriam; *Communicantes* vero de Octava omitti non debet 2076. *ad* 3.

Praefatio propria dicenda est, si haec conveniat Missae votivae, quae pro re gravi celebranda solemniter sit infra Octavam Nativitatis 3605. *ad* 2.

Praefatio, et Orationes in benedictione Fontis dici debent manibus junctis. 3605. *ad* 11.

Praefatio de SSma Trinitate dici debet singulis Dominicis totius anni, quibus Praefationes propriae per rubricas non sint adsignatae tam in Missis privatis, quam solemnibus a Sacerdotibus omnibus utriusque Cleri 4126.

Praefatio de B. M. V. dicenda est in ejusdem Octavis, quamvis de ea fieri non debeat commemoratio ob occursum Festi primae class. 4110. *ad* 2. (nisi hujusmodi Festum habeat Praefationem propriam).

Praefatio, quae dici debeat in Missis vigiliae occurrentis infra Octavas habentes praefationes proprias. 3895. *ad* 31.

Praefatio in Missis coram Sacramento debet esse Missae currentis, si haec habeat praefationem propriam, secus communis. numquam vero de Sacramento 4026. *ad* 9.

Praefatio in Festo expectationis partus, et SSmi Rosarii respuit verba = *Rosarii*, *et Partus* = sed in primo dicendum est = *Et te in expectatione B. M. semper Virginis* = et in secundo = *Et te in solemnitate etc.* 4150. *ad* 9.

Praefatio S. Francisci recitanda etiam in Octava 4217. *ad* 6.

Praefatio de tempore dici debet in Dominicis Quadragesimalibus, et Paschalibus, non autem de Trinitate. 4244. *ad* 19.

Praefatio Nativitatis infra Octavam dici debet in Missis solummodo, quae non habent praefationem propriam: nam si occurrant Missae vel de Sanctis, vel votivae, quae habeant praefationem propriam, haec locum habet: nec valet in contrarium Rubrica quoad Festum S. Joannis, quia exceptio regulae nequit haberi pro regula 4152. *ad* 3.; hinc praefatio in Festo translationis S. Jacobi Apostoli, quod in Hispaniis celebratur infra Octavam Nativitatis D. N. J. C. die 30. Decembris debet esse de Apostolis 4329. *ad* 2. quoad Missas votivas solemnes pro re gravi 3605. *ad* 2.

Praefecto Chori convenit sacras functio-

nes exigere ad formam Rubricarum, et omnes ei obtemperare tenentur. 3888. *ad* 2. ei competit, absente Episcopo, impertiri licentiam discedendi 3913.

Praefectus Caeremoniarum Canonicus licet sit in habitu chorali, in Processionibus, in quibus Episcopus peragit Pontificalia, et Canonici Sacris sunt amicti, non debet deferre intortitium 3915. *ad* 5. Episcopo Pontificalia exercente, potest stare, vel sedere in scabello, juxta solitum, extra tamen solium. *Ibidem ad* 16.

Praefecti Triremibus nequeunt a Patribus Capuccinis, qui ibi munus Cappellani exercent, in principio, et post finem Missae salutari. 3593.

Praelato Domestico pro sua devotione Choro interessenti cum Canonicis Ecclesiae Cathedralis primum locum deberi S. R. C. respondit 4024.

Praelati Episcopo inferiores habentes usum Mitrae, et Baculi cum facultate benedicendi Cruces, Campanas etc. nequeunt consecrare Altaria, Calices, et alia, in quibus requiritur sacra unctio 1201., debent se conformare Decreto generali de 27. Septembris 1659. relat. sub num. 1856. nempe, uti non debent septimo candelabro *ad* 1. nec cathedra fixa, sed mobili, et ad praescriptam formam ornata *ad* 2. Item de baldachino, et abaco *ad* 3., *et* 4. qui sint dies, in quibus pontificaliter celebrare eis conceditur? *ad* 5. associatio eis non debetur *ad* 6. qui sint ministri, quibus uti possunt *ad* 7. de Mitra, Pileo, Baculo, *ad* 8. num eis licet extra propriam Ecclesiam agere Pontificalia, aut pontificalibus signis uti in Processionibus, etiam de Ordinariorum licentia *ad* 8., si Regulares sint Rocchetto non utantur *ad* 9. invitati ad Ecclesiam exemptam pontificalibus uti non valent *ad* 10. Abbates non perpetui uti nequeunt privilegio perpetuis indulto *ad* 10. sacrae vestes sumendae non sunt ex Altari, nisi in pontificalibus *ad* 11. nec publicandae Indulgentiae sine speciali indulto *ad* 12. trina benedictio tantum in pontificalibus concessa, nisi adsit Episcopus *ad* 13., *et* 14. de sede, Confessione, et Evangelii osculo, nisi adsit Episcopus, vel eo adstante *ad* 15. monentur Episcopi, ut ab interessentia abstineant, ut liberius Abbates etc. uti valeant suis privilegiis *ad* 16. in Ordinationibus, vestitione, et professione Monialium, quae licent, quae non *ad* 17. Indultum benedicendi sacras supellectiles etc. coercetur ad eas, quae sunt pro usu suarum Ecclesiarum, et Monasteriorum *ad* 18. Pontificalia extra loca Abbatibus subjecta, vel pro servitio alienae Ecclesiae, nec de licentia Ordinarii exercere possunt *ad* 19. Concionatoribus benedictionem non impertiantur *ad* 20. et etiam num. 1901. 1909. in Missis privatis uti simplices Sacerdotes se gerant. *Ibidem ad* 21. Decretum hoc comprehendit tam Saeculares, quam Regulares 1932. quaedam declarantur in casibus particularibus. 1965. Vide etiam 4006.

Praelati Episcopo inferiores habentes usum pontificalium nequeunt benedicere Sanctimoniales, praesente, aut absente Episcopo, aut de ejusdem licentia 3305.

Praelati Religionum nequeunt benedicere paramenta, et vasa sacra ad usum propriarum Ecclesiarum: quoad illos vero, qui habent usum pontificalium, possunt tantummodo quoad Ecclesias subjectas; quoad vero paramenta, et vasa benedicta ab iis, qui facultatem non habent, iterum benedicenda, et consecranda non sunt 3606.

Praelati regulares nequeunt ordinare Collectam dicendam in Missa a suis subditis pro aliqua necessitate, vel ordinis, vel communi sine licentia Episcopi 4244. *ad* 16.

Praelati regulares non utentes pontificalibus nequeunt praecedere suo subdito celebranti Feria VI. in Parasceve in adoratione Crucis. 4246. *ad* 17.

Praeposito Cathedralis celebranti quaedam honorificentiae permittuntur consuetudine inductae 1560.

Praeposito, qui est prima Dignitas, impedito, officia ad eum pertinentia fieri debent a secunda Dignitate, et hac etiam impedita, ab aliis ordine successivo, non autem ab Hebdomadario 226.

Praeposito, *et Archidiacono* (quod militat etiam quoad alias Dignitates, et Canonicos) absente Episcopo, non competit thurificatio triplici ductu 278. 1301. *ad* 4.

Praepositus, seu alia Dignitas assistens Episcopo celebranti debet tenere librum supra caput 503. 515.

Praepositus, qui habet propriam jurisdictionem distinctam a Capitulo, debet in thurificatione distingui a Canonicis 1301. *ad* 5.

Praepositi, et alii, qui nequeunt Pontificalia exercere, nec possunt uti cathedris serico ornatis, dum solemniter celebrant 1301. *ad* 8.

Praepositi Ecclesiae Valentinae, qui faciunt unum corpus cum Canonicis, praeterquam ad actus capitulares, iisdem gaudent honorificentiis 1494.

Praepositus vi immemorabilis uti nequit in Missa solemni, Baculo, et Annulo, aut pontificali more populo benedicere: sed, ut haec peragere licite possit, afferre debet Indultum Apostolicum 1687.

Praepositus, et Decanus Herbipolen. nequit uti pulvinaribus cum stratis holosericis, sed tantum pulvinari laneo violacei coloris. Thurificando Episcopum, debet se conformare Libro caeremoniali 3351.

Praepositus, seu prima Dignitas tenetur cantare in Choro primam antiphonam post Officiantem 3359. *ad* 2., tenetur assurgere dum omnes assurgunt, intonante Canonico antiphonam sibi a Chorista delatam. *Ibidem ad* 3.. Thurificandus duplici ductu, ut Canonici. *Ibidem ad* 4.

Praeposito Cathedralis Ferrariae non licet occupare stallum Vicarii generalis 3420.

Praepositi curati, qui simul sunt Dignitates, et Capita Collegiatarum, tenentur genuflectere Episcopo. 3527. 3565.

Praeposito Cathedralis Anagninae non debetur thurificatio triplici ductu 3890. *ad* 1. *et* 2., ei reservatur praerogativa primi loci, sed non sedes distincta. *Ibidem ad* 3. Sacrum peragenti solemniter, non aliae ei debentur honorificentiae, praeter illas, quae praestantur Canonicis similiter celebrantibus. *Ibidem ad* 4. debetur in Processionibus candela distincta, et Palma honorabilior. *Ibidem ad* 5., ei praecedit Vicarius, dummodo Praepositus non sit Sacris indutus. *Ibidem ad* 6. *et* 7. non ei debentur paramenta nobiliora in loco distincto a Canonicis. *Ibidem ad* 9. tenetur suam hebdomadam facere, et canere Missam per turnum. *Ibidem ad* 10. in Processionibus servare debet Caeremoniale. *Ibidem ad* 11.

Praepositus Ecclesiae Collegiatae habens usum Pontificalium debet in omnibus se conformare Decretis Alexandri VII. 3876.

Praeposito Ecclesiae Collegiatae Missam solemniter celebranti, debetur assistentia Canonicorum in officio Diaconi, et Subdiaconi 4131.

Praeposito Ecclesiae praeposituralis nullius Atissae accedenti ad Ecclesiam Carmelitarum in habitu, et praevia certioratione, exhibendum est pulvinar. 4132.

Praesidi loci non licet habere locum in Presbyterio. 841. 2871. nec ejus uxori habere thurificationem 841., concedit pradella sub sede, sed ei tradendus non est Textus Evangelii ad osculandum 1036. 1261. 2599.

Praeses, etsi magna polleat auctoritate, et honorificentiae titulis sit insignitus, nequit habere, nisi duos gradus sub sua sede 1196.

Praesidi Regio Provinciae, quae non licent, dum Sacris adest 2687.

re propriam Crucem, sed incedere debent sub illa Pareciae in Processionibus, quae ab eadem fiunt 373.

Presbyteri, qui sedem habent in Choro, et vocem io Capitulo, non sunt propterea appellandi Canonici 461.

Presbyteri, sive saecnlares sive regulares incedentes cum stola praecedentiam habent supra alios sine stola 631.

Presbyteri ioservientes Canonico celebranti praecedentiam habent supra Canonieos 989.

Presbyteri, qui non sunt de Capitulo, non tenentur associare Episcopum 1096.

Presbyteri, qui aequiparantur Canonicis, sed tales non sunt, duplici ictu thurificari non debent 2101 *ad* 5.

Presbyter, qui ex Ordine regulari post emissam professionem ad saeculum rediit, praecedentiam obtinet supra alios simplices presbyteros ordinatione juniores 1478. 2121.

Primas num possit uti Pallio nedum in Ecclesiis suae Provinciae Archiepiscopalis, sed etiam in aliis Provinciae Primatialis 1373. *ad* 2.

Prior habens usum Pontificalium, dum his utitur in propria Ecclesia, sedem habere debet in plano Presbyterii cum duobus parvis gradibus sine suppedaneo, sine baldachino, et cum postergali sine auro 145. habeat tantum Diaconum, et Subdiaconum, unum Presbyterum assistentem, Cappellanum cum pluviali pro libro, et aliquos Clericos. *Ibidem*, sex habeat candelabra in Altari, et non septem, abacum, seu parvam mensam a latere Epistolae. *Ibidem*, sub mitra pileolum adhibeat nigri, et non alterius coloris. *Ibidem*.

Prior Monasterii, qui est loci Ordinarius, vel ejus Vicarius, nequit ante se Crucem deferri facere, non obstante quacumque consuetudine 154.

Prior Protonotarius in habitu praecedit, et locum habet inter alios Protonotarios, sed distributiones amittit, nec habere potest praecedentiam ratione Prioratus 2082.

Priores Communitatis terrarum thurificandi sunt post omnes de Clero 655.

Prior prima Dignitas Ecclesiae Cathedralis Spoletanae nequit, sub praetextu consuetudinis, quasdam sibi usurpare honorificentias, quae Praelatis Episcopo inferioribus non conveniunt 2818., nequit penes se retinere libros baptismales etc. *Ibidem ad* 9.

Prior Ecclesiae subiectae commendatario Religionis Hierosolymitanae nequit celebrare Missam privatam cum quatuor luminibus, adhibere annulum cum gemma, et pileolum, progredi ad Altare associatus a duobus Acolythis, habere assisteniam Sacerdotis, neque potest in Ecclesia uti sede camerali cum tapete, et pulvinaribus. 3530.

Priori Collegiatae S. Venantii Camerini, occasione accessus capitulariter ad Ecclesiam Cathedralem, quae debeantur honorificentiae 3727.

Priori, *seu Praeposito* Collegiatae S. Elenae Birchircarae Dioecesis Melevitanae, quamvis debeatur prima sedes in Choro, haec tamen nec eminentior ceteris esse debet, nec cum tapete pulvinari, et genuflexorio 3788.

Priori insignis Collegiatae Sancti Joannis, Reparatae, et Pantaleonis Civitatis Lucanae non debentur honorificentiae, quas is sibi competere praesumebat 3794. 3949.

Priores Terrae Montis Brandoni Dioecesis Ripanae thurificandi non sunt in Ecclesia Fratrum Minorum post Canonicos, et ante alios Religiosos paratos 3912. *ad* 3.

Prior, *et Fratres* S. Laurentii Scurialensis Nullius Provinciae Toletanae, praeter Officium, quod cum Octava singulis annis celebrant generatim de Reliquiis ibi asservatis, possunt etiam particulariter sub ritu convenienti celebrare de singulis, dummodo Reliquiae vere sint insignes ab Ordinario adprobatae, et de Sanctis io Martyrologio Romano descriptis, vel de quibus, aut habetur Apostolicum In-

fra octavam SSmi Corporis Christi ob deficientiam ministrorum, peragi poterit in altera ex Dominicis sequentibus, prout loci Ordinario videbitur, post celebratam Missam cum commemoratione Sacramenti 4051.

Processio Ecclesiae parochialis S. Agricolae Civitatis Avenionen. in octava SSmi Corporis Christi non est necesse, ut incedat per solitas vias, sed locum esse matationi cursus S. R. C. respondit 4139.

Processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis fieri solitis ab Ecclesia parochiali S. Proculi Bononiae, ac signanter illi SSmi Corporis Christi, quae in dicta Parochia fit quolibet decennio, Clerici saeculares ejusdem Parochiae interesse possunt superpelliceo, et intortitiis, etiam non invitati; sed Episcopus providere debet, ne oriantur scandala 3282. 4284.

Processiones solemnes alicubi fieri solitae Feriis V. et VI. majoris hebdomadae cum SSmo Sacramento, vetitae 176. Hujusmodi Processiones nocturnae, utpote repugnantes stylo, ritui, Mysteriis Ecclesiae, nullo modo permittendae. *Ibidem*.

Processio, quae fieri consueverat Feria VI. majoris hebdomadae in Civitate de Anduxar Geunen. Dioecesis reprobata, ac vetita 3498.

Processio fieri solita a Sodalitate S. Sepulcri erecta in Ecclesia Barnabitarum Maceratae Feria VI. in Parasceve, facienda est sumptibus Sodalitatis, salvo tamen jure Episcopi etc. Barnabitis vero praestantibus pro supplicatione facienda Ecclesiam exornatam, prout ipsis libuerit, non oritur ex hoc coactiva ulla obligatio 4352.

Processiones Rogationum dum fiunt, probatur mos visitandi diversas Ecclesias, et in unaquaque recitandi orationes, quod primum fit a Canonicis Cathedralis, gradatim incipiendo a digniore; mox eodem ordine a Canonicis Collegiatae 1511. *ad* 1. Interessente Episcopo, in Ecclesiarum ingressu porrigendum est ei Aspersorium a digniore de Capitulo Cathedralis *Ibid. ad* 3. in his adhibendus semper est color violaceus, etiam infra octavam Paschatis 1633. Pluvialis indumentum, et precum decantatio, ad illum spectat, qui Missam in Cathedrali celebraturus est, quamvis Processio finem habeat in Collegiata 2018. si Episcopus intersit pluviali indutus, nemini licet eo uti indumento. Eo vero absente, vel nolente preces absolvere, id spectat ad illum, qui Missam celebraturus est, etiam privative quoad Parochum 2018. Vide etiam 2790. preces, et orationes etiam in alienis Ecclesiis pertinent ad Capitulum Cathedralis, ad illum scilicet, qui ultimo loco procedit stola, et pluviali indutus 4043.

In Processionibus Rogationum, quibus intersunt Capitulum Cathedralis, et Cleri Ecclesiarum Parochialium cum respectivis Archipresbyteris, usus pluvialis pertinet ad Capitulum Cathedralis 4113. *ad* 1. Missae vero in dictis Parochialibus, licet cum assistentia Capituli Cathedralis competunt respectivis Archipresbyteris *Ibidem ad* 2. (in hisce decretis, quae versantur circa Processiones Rogationum apparens aliqua contradictio occurrit, praesertim quoad illos, qui preces recitare debent, et Missas celebrare; animadvertendum tamen est Responsa Sacrae Congregationis respicere casus particulares in re, quae juxta casuum exigentiam non respuit variationem, idcirco decidendi ratio petita fuit ex non irrationabilibus, et non improbandis consuetudinibus Ecclesiarum particularium).

Processio SSmi Rosarii peragi potest extra ambitum proprium a Dominicanis, habita tantum licentia ab Episcopo 3056.

In Processionibus, in quibus defertur SSmum Sacramentum, vel Lignum Crucis tam Clerici, quam Laici incedere debent, detecto capite, in aliis vero, in quibus deferuntur Reliquiae, aut Statuae Sanctorum, qui eas deferunt, nequeunt caput tegere, alii ve-

ro de Clero, qui possunt bireto 3081. *ad* 1. si in Processione non deferuntur Reliquiae, etiam Magistratus caput tegere potest *Ibidem ad* 2. si sub baldachino deferatur aliqua Statua vel Imago, tam Laici, qui sustinent hastas, quam Clerici, qui sub baldachino incedunt, nequeunt caput tegere *Ibidem ad* 3.

Processiones, in quibus deferuntur Sacrae Imagines quoad locum daudum Capitulo 3106.

In Processione palmarum, *et candelarum* consuetudo, quae viget in Cathedrali Conimbricensi, ut Cappellanus per turnum paratus Crucem deferat, servanda est 4084. *ad* 10. Item consuetudo, ut Processionibus Rogationum Cantores incedant pluvialibus induti. *Ibidem ad* 11. Item etiam alia, ut easdem Processiones ducentes, in Ecclesiis, quae per vias occurrunt faciant commemorationes pro defunctis ibi tumulatis in adimplementum Legatorum. *Ibidem ad* 12. necnon altera, ut in Processione Corporis Christi duo medii-Canonici, seu Tertianarii tunicella, seu dalmatica induti thuribula deferant, et Ven. Sacramentum incensent. *Ibidem ad* 13.; ac tandem alia, ut duo Canonici, vel medii-Canonici pluvialibus induti quaedam insignia argentea sine palmis, et candelis deferant in die Purificationis, et Dominica in Palmis. *Ibidem ad* 14.

Processionem S. Antonii de Padua incidentem infra Octavam SSmi Corporis Christi fieri posse a Conventualibus S. R. C. respondit, dummodo dies non sit impedita aliis Processionibus 3652. 3657.

Alia habes sub. V. *Episcopus*, *Canonici*, *Regulares*, *Sacramentum*.

Professio bona fide facta, sed irrita ob errorem supputationis aetatis, detecto errore ratificata, dat Professo praecedentiam supra posterius Professos 1894.

Prohibitionem ab Episcopo factam Clero, aliisque Ecclesiasticis, ne distribuerent candelas benedictas in die Purificationis per domos saecularium non sustineri S. R. C. respondit 3780. *ad* 6.

Protonotarius, qui sit Dignitas, vel Canonicus, debet in Choro, et functionibus sedere, ac incedere in loco sibi conveniente, et cum habitu proprio Dignitatum, vel Canonicorum: secus non participat de distributionibus, et fructibus 275. 455. 1387. 2681. 2682. 2745. 3213. 3801. nec potest sedere supra, vel inter Canonicus 420. 676. 2745.; potest in Choro uti subtana violacea, dummodo in reliquis deferat habitum chorale 299. 571. 887. Missam celebraturus, etiamsi sit Vicarius, debet e Sacristia paramenta sumere, et unicum adhibere ministrum 310.

Protonotarii Apostolici de numero Participantium manutenendi sunt in quasi possessione praecedendi Canonicus tam in Patriarchalibus Urbis, quam in Cathedralibus 327.

Protonotarii titulares non debent turbare Processiones 490. si intersint Processionibus uti Protonotarii, debent incedere cum Mantelletto, et Rochetto 498.

Protonotarius, qui simul sit Praepositus Ecclesiae, incedere debet in loco ordinario Praepositorum, et non post Celebrantem 511. sive Dignitas, sive Canonicus potest ad libitum deferre Rochettum, sed nullatenus participat de distributionibus 520.

Protonotarii titulares praecedunt Canonicos Cathedralis non incedentes collegialiter 606. *ad* 2. In associandis cadaveribus, aliisque functionibus Ecclesiasticis nequeunt deferre Rochettum discoopertum loco superpellicei. 652.: non habent praecedentiam supra Canonicos antiquiores 725. Prohibendi non sunt a delatione Rochetti, et Mantelletti coloris violacei in Ecclesiis, et functionibus Ecclesiasticis 730. quoad locum eis debitum servanda est dispositio cap. 13. lib. 1. Caeremonialis 767. 771. Nequeunt deferre in pi-

Q

R

quod respicit etiam Cappellanos Sodalitatum 2763. *ad* 11. cogi nequeunt ad associationem, satis est quod expectent ad Ecclesiae januam 2581. *ad* 4. 3092. *ad* 1. renuentes deferre, vel tumulare defunctos in eorum Ecclesiis, ne Clerus Cathedralis eas ingrediatur; compelli possunt ab Episcopo sub censuris, etiam per interdictum 2658. possunt corpuscula parvulorum sepelire in suis Ecclesiis, si ibi adsit sepulcrum majorum, vel parentes ibi sepulturam elegerint 443.

Regularis ut privata persona vocatus ad funus, abstinere debet, quia semper ei convenit incedere sub Cruce suae Religionis 1028.

Regulares, qui nimis distant a Paroccia, non sunt cogendi ad associandum funus; verum, si invitati velint interesse, tenentur accedere ad Parochiam 1918.

Regulares nequeunt deferre extra Claustra cadavera defunctorum in Conventu 2126. *ad* 5. si ad eorum Ecclesiam deferendum sit cadaver, non tenentur haeredes illud primum deponere in Ecclesia parochiali, ut super illo Parochus officium peragat. 3731. *ad* 2. *et* 3., nec Parochus praeter quartam funerum potest quidquam exigere. *Ibidem ad* 4. occasione funeris ad eorum Ecclesiam delati licet ipsis libere pulsare campanas, irrequisito Plebano. 4061. *ad* 4. 4068. nequeunt extra ambitum propriae Ecclesiae absolutiones super defunctis facere, etiam rogati a Parentibus, et loci Magistratu, secus facientes poena plectendi sunt, quia Parochi jurisdictio non cessat, nisi quando cadaver pervenit ad Ecclesiae tumulantis januam. 3970. *ad* 13.

Regulares quoad praecedentiam in Processionibus, dum hiis intersunt ex diversis Institutis 10. 47. 73. 234. 337. 395. 493. 519. 691. 694. 1004. 1130. 1179. 1428. 2237. 2267. 3773. 3887. Praeeminentia petenda est, non ab antiquitate Conventus, sed ab incolatu familiae. 1747.. Quid inter minores de Observantia et Capuccinos? 2716.

Regulares nequeunt in Processionibus mixtim incedere cum Clero saeculari 19. 25. 67. 134. 308. 349. 407. 563. cui etiam in propriis Ecclesiis dare debent praecedentiam 598. *ad* 1., 2967. sublata qualibet contraria consuetudine 470. 1067. neque immiscere se debent cum Magistratu, aliisque saecularibus 922. 929.

Regulares omnes etiam exempti compelli possunt juris remediis ad interessendum Processionibus generalibus, singuli sub propria Cruce. 134. 823. *ad* 2.

Regulares diversorum Ordinum in Suburbiis, et Territorio Romano, quoad praecedentiam in Processionibus servare debent morem, qui in ipsa Urbe servatur. 325.

Regularibus non licet Feria V. in Coena Domini Processionem facere cum SSmo Sacramento extra Ecclesiam, et in Festo Corporis Christi extra eorum jurisdictionem per illam Plebani 334. Quod si concessum eis fuerit Processionem extra suos limites ducere, nequeunt variare viam semel electam 366. 303.

Regulares nequeunt deferre Pluvialia in Processione Rogationum, aut agnos benedicere 654.

Regulares nequeunt ministrare Sacramenta, excepto illo Poenitentiae, in domibus Tertiariorum, seu Centuratorum 260. *ad* 2. nec possunt in articulo mortis facere Tertiarios, seu Centuratos, eosque aggregare ipsorum Religioni. *Ibidem ad* 3. possunt tamen in suis Ecclesiis sepelire sine Parochi interventu Tertiarios, et Centuratos collegialiter viventes, nec non Mulieres virginalem, vel caelibem, aut castam vidualem expresso voto sub dicto habitu vitam ducentes. Sine hisce qualitatibus eos sepelire non licet in Regularium Ecclesiis, nisi sibi in iisdem elegerint sepulturam. *Ibidem ad* 4.

Regulares etiam Canonici nequeunt habere praecedentiam supra Parochos,

dum hi tamquam tales Processionibus intersunt 30.

Regulares nequeunt nisi de licentia, et consensu Parochi ducere Processiones extra claustra Monasteriorum, et proprias Ecclesias 726. 844. 2821. *ad* 6. 3074. *ad* 1. Necessarius non est consensus Capituli, si intersit consensus, et licentia Episcopi 3277. 3291. *ad* 1.

Regulares vocati ad munia, et Processiones alicujus Confraternitatis, nequeunt prohiberi a loci Archipresbytero 856. nequeunt Processiones extraordinarias ducere, non petita venia 970. aut eas ducere extra claustra sine Cruce Parochi, aut sine hujus licentia 998. unam solum eas facere licet, sine licentia Ordinarii, quae eis permittuntur in vim Apostolici indulti 1197. cogendi sunt ad interessendum Processionibus Rogationum sub poenis etc., nisi habeant indulta Concilio Tridentino posteriora 1246. et ad consuetas, ac publicas 2392. et ex devotione, ac voto fieri solitas 2160. Si habent licentiam Episcopi eas ducendi extra claustra, non indigent licentia Parochi 1359. Tam Sacerdotes, quam Laici, nedum interesse debent Processioni S. Marci etc., sed etiam assistere usque ad finem 1411. 1680. debent ad Ecclesiam accedere, a qua incipit supplicatio 1541. Si ipsis ab Apostolica Sede indultum sit Processiones ducere per vicos, et plateas, nequeunt impediri 1612. prout etiam eam ducendi extra claustra infra Octavam Corporis Christi 1782.; quandoque tamen declaratum fuit, non posse sine licentia Episcopi, sed ducendam esse Processionem intra limites propriae Parochiae, non obstante consuetudine contraria 2085. Habetur Decretum generale de non ducendis Processionibus extra claustra, nisi de licentia Ordinarii, et cum consensu Parochi 1787. Ab Ordinario eis designandae sunt viae 1798. enumerantur Processiones, ad quas Regulares, et Monachi compelli possunt 1787. 1875. 2286. 2725. excipiuntur ab his interessendo viventes in strictiori clausura, vel distantes a Civitate ultra medium milliare. 1875.

Regulares nequeunt per alienas Paroecias Processiones ducere, aut exercitium Viae Crucis peragere dissentientibus Parochis 2126. *ad* 1., *et* 2. possunt, habita venia ab Episcopo, et Parocho 2126. *ad* 3. 2684. *ad* 2. Immo si Episcopus facultatem fecerit, nequit Parochus se opponere 2360. 2640. tenentur ad Processiones, quae fiunt pro aliqua necessitate, et accedere ad Ecclesiam, a qua inchoatur supplicatio, nec discedere debent, nisi omnia complementum habuerint, possunt extra Ecclesiam caput operire; praeter quam in Processione SSmi Sacramenti 2126. *ad* 4. Quoad Processionem infra Octavam Corporis Christi, circa petendam Episcopi licentiam, servanda est consuetudo loci 2132.; eis licet Processiones generales facere de licentia Ordinarii, 2581. *ad* 8. non tenentur accedere ad Cathedralem, sat est, ut accedant ad Ecclesiam, a qua inchoanda est Processio, qua expleta, non tenentur associare Capitulum. 2662. Cogendi sunt in Processionibus sub censuris, ad deferendum capuceum, et non pileum, et ad canendum Litanias, aliasque preces a Clero saeculari decantari solitas 2141. 3119., nequeunt incedere cum cotta, et stola, invitis Parochis per horum Paroecias 2201.

Regulares nequeunt mittere suos laicos ad Processiones, et praecipue ad illas Corporis Christi, indutos vestibus sacro Ordini competentibus, et abusus hujusmodi eliminandus 2355.

Regularis deferens in Processione sacras Reliquias, uti debet Pluviali, et Stola 2581. *ad* 7.

Regulares tenentur nedum interesse Processioni Corporis Christi, sed etiam illam reassociare ad Matricem, ibique permanere usque ad benedictionem inclusive. 2934. Quod etiam intelligitur de aliis Processionibus publicis, et renuentes cogendi juris remediis 2969.

3030. *ad* 2. etiamsi aliquibus nunquam interesse consueverint 3313. *ad* 3. Licet nequeant Processiones ducere extra claustra, quaedam in casu particulari excipiuntur 3573. *ad* 2.

Regularibus Ordinis Sancti Dominici Civitatis Abellinen. licet ducere Processionem de SSmo Rosario extra ambitum, consentiente Episcopo, quin necessaria sit licentia Capituli, vel hujus interventus 3291.

Regularibus Ordinis S. Francisci Conventualium Terrae Maceratae Dioecesis Feretranae non licere respondit S. R. C. die 1. Augusti Processionem ducere per Parochiam ad Ecclesiam Monialium, non obstante quacumque consuetudine 3690. *ad* 1. nec alias facere Processiones extra claustra. *Ibidem ad* 2. aut visitare, et benedicere domus in hebdomada majori. *Ibidem ad* 3., aut diebus festis inter Missarum solemnia converti ad populum, cique pacem osculandam praebere, et ab ipso oblationes recipere. *Ibidem ad* 4. tenentur occasione funerum in Ecclesiam parochialem convenire. *Ibidem ad* 5. Quod si in ipsorum Ecclesia defunctus sit tumulandus, non licet Parocho eam ingredi cum stola, et Cruce. *Ibidem ad* 6.

Regularibus Carmelitis Terrae Cantalupi Dioecesis Sabinen. licere respondit S. R. C. Processionem facere in die festo S. Mariae de Monte Carmelo cum licentia Parochi petita, etiam non obtenta, 3694. *ad* 1., sed non licere exponere SSmum Sacramentum sine licentia Ordinarii, qua obtenta, fas non esse triplicem benedictionem impertiri. *Ibidem ad* 3.

Regularibus Ordinis S. Dominici oppidi Pali Dioecesis Baren. non licere delationem stolae in Processione SSmi Sacramenti sine licentia Parochi; aut in Processione benedictionem impertiri infra Parochiae limites S. R. C. primum respondit 4067.: verum in altera propositione, recedendo a decisis, licere edixit de licentia Ordinarii 4036.

Regulares nequeunt pulsare Campanas Feria V. in Coena Domini post indictum silentium ab Ecclesia Matrice, vel antequam in hac pulsentur Sabbato Sancto 2126. *ad* 10. 3573. *ad* 3. aut dum in proxima Ecclesia Parochiali habetur concio 2126. *ad* 11. Nequeunt exponere SSmum Sacramentum sine licentia Ordinarii 582. 874. 914. *ad* 1. 973. 1081. 2474. 2500. *ad* 5. 3573. *ad* 4. Hac obtenta cum clausula; *accedente consensu Parochi*, non sufficit facta petitio, et Parochus ex justa causa potest hunc denegare 3573. *ad* 5. *et* 6. contra facientes coercendi censuris 1011.; possunt tamen in solemnitate, et Octava Corporis Christi inter Missarum solemnia, et ad Vesperas 1174. vetitum est eis trinam benedictionem cum Ven. Sacramento impertiri 2583. Iis, quibus in more est exponere Ven. Sacramentum singulis diebus festis, id licet, accedente licentia Ordinarii 3427.

Regulares nequeunt habere conciones, non petita benedictione ab Episcopo 914. *ad* 2.

Regulares utentes caputio ad Altare celebraturi pergentes debent caput tegere cum amictu 1042. Non tenentur associare Episcopum ad eorum Ecclesiam accedentem cum cappa, neque hac de causa sunt molestandi 1072. Nequeunt benedicere bruta in Festo S. Antonii in praejudicium Parochi 1151., cujusque Ordinis, vel Instituti sint, tenentur in Missis solemnibus adhibere Diaconum, et Subdiaconum, in Vesperis vero Sacerdotem pluviali indutum, ac servare Rituale, Caeremoniale, ac Rubricas Missalis, et Breviarii Romani 1506., solemniter celebrantes debent uti scamno ad formam Caeremonialis 1537. 1538. non autem sede cum subpedali 1595. nequeunt adhibere Rochettum loco superpellicei, aut Cottam cum manicis angustis. *Ibidem*.

Regulares uno relicto, ad aliud transeuntes Coenobium in eadem Civitate, non amittunt praecedentiam su-

cales non veniunt nomine Ordinariorum, idcirco nequeunt assignare diem pro aliquo Officio juxta facultatem Ordinariis concessam 3446 *ad* 8.

Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliis Religionibus indultorum, nequeunt addere nomen Sancti fundatoris in *Litaniis*, et *Confiteor*, aut recitare Officia, et Missas concessas aliis Religionibus 3592. *ad* 3.

Regulares, etsi recitent Officium juxta ritum Calendarii Cleri saecularis Civitatis, non tenentur ad octavas Patroni loci, vel Titularis 3972.

Regulares debent recitare Officia perpetuo translata diebus in Calendario Dioecesano assignatis, nisi in illis occurrat aliquod Officium Ordinis 4001. *ad* 1.

Regulares, qui, degentes in Civitate tenentur ad Officium Dedicationis, transferre hoc debent, si apud eos occurrat Festum altioris ritus: si vero sit aequalis, fieri debet de digniori 4074. *ad* 2. non eis licet hoc Officium e Calendario expungere, imo cogendi sunt ad illud celebrandum juxta formam Decretorum 4114. cum in recitatione Officii servare teneantur Decreta S. R. C., et Ordinis Constitutiones, ideo nequeunt continuare in recitatione Officiorum specialium Calendarii Dioecesis 4100. *ad* 2. 4213. possunt recedere a recitatione Officiorum ad libitum, quae ab ipsis fuerunt acceptata, si nequeant satisfacere Officiis proprii Ordinis 4244. *ad* 19. in Festis principalibus suorum Ordinum possunt addere Symbolum in Missa, etiamsi celebrent in aliena Ecclesia 4246. *ad* 7.

Regulares, qui aliquod particulare Officium obtinuerunt pro altera ex Dominicis designanda, si haec designata non fuerit, vel perperam assignata, et interim idem Officium concessum sit pro universo Regno, in quo ipsi morantur, certa mensis determinata die, tenentur conformari huic concessioni, retento ritu ipsis indulto 4291. *ad* 1.

Regulares congruentius debent se conformare quoad Festum Patrocinii S. Joseph diei ab Ordinario designatae 4325. *ad* 1. possunt vero quoad Officia Desponsationis B. M. V. et Sanctorum Archangelorum Gabrielis, et Raphaelis. *Ibidem ad* 2.

Regulares in celebrandis matutinis solemnibus nequeunt uti pluvialibus a principio Officii 4246. *ad* 15.

Reliquia insignis quoad Officium 29.

Reliquiae insignes quae sint, ut earum ratione fieri possit Officium 392. 593. 745.

Reliquias Sanctissimae Crucis, et *Sanctorum* nullo praetextu licet immergere in aquam ad impetrandam pluviam 417.

Reliquias deferens si est Sacerdos incedere debet capite detecto, si Episcopus cum mitra 968. *ad* 2. 1455. *ad* 1. 1708.

Reliquia occasione solemnis Processionis semper est deferenda a prima Dignitate, et non ab aliis ordine successivo, nisi prima absente, vel impedita 1169.

Reliquiis Sanctorum incerti nominis non sunt apponenda nomina ad libitum, et abusus eliminandus 1335. 1336. Si Episcopus de authenticitate non dubitet potest iisdem uti in Altarium consecratione 728.

Reliquia processionaliter per Civitatem delata non est necessario thurificanda a Regularibus, ante quorum Ecclesias transit supplicatio; laudabile autem est si id sponte fiat 1462.

Reliquiae Sanctorum in Processionibus deferendae sunt a Canonico pluviali induto; quod si quatuor unitim requirantur, id fiat a Canonicis non paratis 1531.

Reliquiarum translatio cum Processione adnumeratur functionibus Episcopalibus 1549. *ad primum novum Dubium*.

Reliquiarum insignium ratione unicum Festum celebrandum est; ideo si de Sancto, cujus est Reliquia Officium celebretur die natalitia, non est aliud

celebrandum diversa die ratione Reliquiae 1804.

Reliquiae Sanctorum asservari nequeunt in monasteriis Monialium, sed retinendae sunt in Ecclesia exteriori 1900.

Reliquia insignis non est sola tybia 2023. 2032.

Reliquiae insignis ratione faciendum non est Officium, nisi sit Sancti in Martyrologio descripti 392. 1904. 2023. si sit de Sancto notato in Martyrologio, non licet diem Dominicum pro ejusdem Festo statuere, sed alia seligenda dies obitus, vel Martyrii. *Ibidem*, limitari tamen debet ad solam Ecclesiam, quae Reliquiam possidet, nec extendi potest ad Civitatem, vel Dioecesim 2692. *ad* 1. quin sustineri valeat contraria consuetudo. *Ibidem ad* 3. possunt tamen Officium ratione Reliquiae recitare Clerici, qui, licet non sint Choro addicti, in aliquo tamen ministerio Ecclesiae deserviunt. *Ibidem ad* 2. constare debet de identitate Reliquiae illiusmet Sancti, qui eo die descriptus reperitur in Martyrologio 3079. *ad* 2. Vide Decretum generale 3097.

Reliquiae quando, quomodo, et a quo thurificandae 2198. *ad* 2.

Reliquiae, quae, si integrae essent, censendae forent insignes, si non sint integrae, sed mutilatae, ut tales non habentur, et ideo de iis fieri non debet Officium 2460.

Reliquiae deferendae in Processionibus Rogationum, eodem tegumento ornantur, vel deferantur a Canonicis Cathedralis, vel ab aliis Collegiatae. 2538.

Reliquias exponere licet in quacumque Ecclesia, quin Matricis Archipresbyter jus habeat inhibendi 3082. Juris Episcopi est eas adprobandi, et exponendi facultatem impertiendi 3243. *ad* 4.

Reliquiae, quae vulgo baptizatae dicuntur, num possint exponi, et in Processionibus deferri? 3157. *ad* 7.

Reliquiae reprobandae 3288.

Reliquiae exponi nequeunt, nisi duobus saltem luminibus semper accensis 3426. *ad* 9.

Reliquiae Sanctorum non sunt collocandae super Altare, in quo SSmum Sacramentum publicae venerationi est expositum 3970. *ad* 5.

Reliquia Sanctissimae Crucis post Processionem, aut expositionem, priusquam reponatur, cum ea benedicendus est populus 3092. *ad* 1., thurificanda est a Sacerdote non genuflexo. *Ibidem ad* 2. Capitulum, et Clerus transeundo processionaliter ante Altare, in quo vivificae Crucis Reliquia reconditur, haud genuflectere debent. *Ibidem ad* 3.

Reliquia Sanctissimae Crucis patenter exposita, exigit a transeuntibus genuflexionem unico genu: solam vero capitis inclinationem, si recondita sit in custodia 4032. *ad* 12.

Reliquias Sanctissimae Crucis, et Spineae Coronae D. N. J. C., ubi adest immemorabilis consuetudo, licet detecto capite sub baldachino processionaliter deferre, praeeuntibus duobus Acolythis cum thuribulis fumigantibus 4078 *ad* 5.

Reliquiis Sanctorum post Processionem potest benedici populus, non autem necessario debet 2876. *ad* 1.

Responsorium pro defunctis post Missam conventualem dicendum non est iis diebus, in quibus vi Rubricae vetitum est facere commemorationem mortuorum 2282. *ad* 2. 3039. *ad* 2.

Responsorium: Haec est vera fraternitas: dicendum non est in festo omnium Sanctorum alicujus Ordinis 3073. *ad dub.* 3. *quaesiti* 3. nam dici debet tantummodo in Officio plurimorum martyrum Fratrum secundum carnem, non secundum Institutum alicujus Ordinis regularis 4342. *ad* 5.

Responsorium: Domine praevenisti etc. dicendum est semper in Officio martyris, qui sanguinem non fudit 3152. *ad* 5.

Responsorium decantandum jure legati a Beneficiatis Villae Manfrae Patriarcha-

tum, quomodo se gerere debeat in genuflectendo, et detegendo capite 939.

Sacerdos, qui nullum obtinet Beneficium, cogi nequit ab Episcopo ad interessendum Divinis, aut Processionibus 1002. 1016. 1402. 1421. 2316. 2780. 2847.: verum, re maturius discussa in casu, de quo num. 2847. S. R. C. recessit a decisis, ac respondit: *in casu etc.* bujusmodi Sacerdotes esse cogendos 2854.

Sacerdos de Canonicatu provisus praecedit Clerico, licet is in capienda possessione anteiverit 1012.

Sacerdos solemniter celebrans debet uti scamno ad formamCaeremonialis 1537. 1538. 1539.

Sacerdos, qui sumere nequit Hostiam dextera manu, haud potest supplere cum sinistra; ideo censetur irregularis 1551. 2849.

Sacerdos, qui nequit utraque manu Sacramentum elevare in Missa,uisi usque ad os, et altera tantum supra caput, etiamsi babeat Curam animarum, nequit celebrare 1969.

Sacerdos, cui exoritur Dubium: num in Ordinatione physice tetigerit Calicem, potest tuta conscientia continuare celebrationem 1996.

Sacerdos celebraturus ad Altare, quod habet plures gradus, non debet necessario descendere usque ad planitiem, sed satis est, ut e pradella descendat 2076. *ad* 4.

Sacerdos dignior, qui tradit Celebranti candelam, cineres, et palmam, debet vicissim stando recipere 2147.

Sacerdos dum imponit incensum in thuribulo, debet se conformare Caeremoniali 2177.

Sacerdotes, et Clerici, qui nulla gaudent Praebenda, cogi possunt ab Episcopo, ut intersint Processioni SSmi Sacramenti cum cotta 1775.

De Sacerdote, qui, celebrata Missa, adveniente Commissario, stula, et cotta indutus ad Altare eam recitavit, omissis Consecratione, et Secretis 1283.

Sacerdos deputatus ad custodiam laicalis Ecclesiae potest uti stola in decantandis Litaniis, etiam contradicente loci Parocho, 2209.

Sacerdos celebrans ad Altare, in quo asservatur Sanctissimum Sacramentum, item Diaconus, et Subdiaconus, num in transitu debeant genuflectere, aut tantum inclinare caput? 2363. *ad* 3.

Sacerdos Beneficiatus, etiamsi Beneficium sit simplex, praecedit aliis Sacerdotibus simplicibus, quamvis anterioribus in Ordine 2701. *ad* 1.2704. *ad* 1.

Sacerdos benedicturus populum cum Venerabili Sacramento exposito ad suffragandas defunctorum animas, uti debet paramentis albi coloris, numquam nigri 2808.

Sacerdos celebrans ad Altare, in quo expositum est SSmum Sacramentum, descendere debet lateraliter, cum lavat manus etc. 2843.

Sacerdotes addicti servitio alicujus Ecclesiae, si in ea celebrent, debent celebrare de festo, quod ibi fit sub ritu duplici, et non aliter 2874.

Sacerdos, qui recitavit Officium ratione Reliquiae insignis asservatae in propria Ecclesia, si celebret in alia Ecclesia Missam respondentem Officio, omittere debet Symbolum 2974. *ad* 1. Sabbato infra Octavam B. M. V. recitans Officium de aliquo Sancto, volens celebrare Missam votivam de B. M. V. potest celebrare Festivam, sed sine *Credo*. *Ibidem ad* 7. Recitans in Sabbato Officium de B. M. V., et volens celebrare Missam de aliquo Sancto, debet sine *Gloria*, et cum *Praefatione Com. Ibidem ad* 8.

Sacerdos regularis. qui recitavit Officium duplex, celebrans in aliena Ecclesia, potest se huic conformare quoad Missam vel de requiem, vel votivam ad satisfaciendum oneribus ejusdem. 3110.

Sacerdos in repositione SSmi Sacramenti, cantatis Versiculis *Panem de Coelo etc.*, surgens non debet reiterare genuflexionem antequam recitet Orationem 3338. 3340.

Sacerdotes, qui unum corpus consti-

3. Conditiones appositae in hujusmodi privilegiis sunt obligatoriae in conscientia, non autem simplicis ritualitatis, et styli *Ibidem ad* 4. per Festa duplicia in quibus S. C. Concilii coecutientibus indulget Missam votivam de B. M. V. intelliguntur etiam Dominicae privilegiatae, et Festa primae et secundae classis, in quibus, ut in reliquis duplicibus, adhibendus est color conveniens Missae votivae, quae erit sine *Gloria*, et *Credo* cum Oratione *de Spiritu Sancto*, et tertia pro *Ecclesia*, vel *pro Papa*, nec in Dominicis recitandum est Symbolum: dicenda est etiam votiva, et non de requiem in Feriis majoribus, et Vigiliis privilegiatis, in quibus prohibentur Missae privatae defunctorum. Sacerdos indultum habens potest in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum in locis, in quibus privilegium viget, tres Missas celebrare, ut in quotidianis 4351. *ad* 5.

Sacerdos celebraturus ad Altare, in quo non asservatur Sacramentum, tam in ingressu, quam ante principium Missae facere debet reverentiam profundam cum corporis, et capitis inclinatione 4357. *ad* 5.

Sacramenta administranda non sunt cum solo rochetto, deposita cappa, a Canonicis horum usum habentibus, vel hac retenta, sed adhiberi debent superpelliceum, et stola 606. *ad* 1. 3335. 4065. 4216.

SSmum Sacramentum a Celebrante propriis manibus deferendum est, non obstante contraria consuetudine, quam S. R. C. abusum declarat 411. 931. Hinc abusus declaratur nullo modo ferendus, et omnino eliminandus, qui invaluit illud deferendi processionaliter in quadam machina super humeros Sacerdotum 784. 4336., ut etiam mos illud deferendi in quadam bara per quatuor Sacerdotes feria VI. in parasceve 804. 1051. Neque ferendum est quod de sero dictae feriae processionaliter deferatur in quadam capsula ad modum tumuli formata 699. Neque licet Episcopo illud deferre degenti in sella portatili 1512.

SSmi Sacramenti delatio in Festivitate Corporis Christi pertinet ad Dignitates, et Canonicos Cathedralis, a qua debet Processio inchoari, ibique terminum habere 427. *ad* 1. Immo ad digniorem de Capitulo, dummodo celebret Missam 866. *ad* 3. 1177. minime vero ad Vicarium, non obstante consuetudine, et contraria Synodi dispositione 866. *ad* 4. neque ad Hebdomadarium, sed, digniore impedito ad alium, qui proxime succedit 906. neque suffragatur contraria consuetudo 907.

SSmi Sacramenti delatio in die Corporis Christi pertinet ad Celebrantem: in octava vero ad illum, qui facit officium Vesperarum 540. *ad* 1.

SSmi Sacramenti Processio, quae fit in solemnitate Corporis Christi ab Ecclesia parochiali Matrice, turbari non debet ob aliam Processionem, quam facere praetendebat quaedam Confraternitas, ac proinde S. R. C. hanc fieri vetuit 483.

SSmum Sacramentum semper est deferendum a digniore Cathedralis per limites etiam quarumcumque Paroeciarum, 869., deferendum ab Archipresbytero, eoque impedito, a Dignitate, quae sequitur, numquam vero a Vicario 2439.; in processione tamen, quae fieri solet post Missam solemnem, delatio pertinet ad Celebrantem, non ad Dignitatem 1457. Jus deferendi Sacramentum, impedito Archipresbytero cujusdam loci, pertinet ad Hebdomadarium, vel antiquiorem ex Rectoribus 2261. *ad* 2. delatio in Processione, quae fieri solet in singulis mensibus, fieri debet per Celebrantem, sed, si Archipresbyter celebrare velit, nequit impediri 2402. delatio extra Ecclesiam non permittitur, nisi occasione Processionis in Festo Corporis Christi, ac per octavam, Orationis 40. horarum, et Viatici deferendi ad infirmos 911.

Sequentia de SSmo Nomine Jesu in Missa omittenda. 3900. *ad* 9. 3907. *ad* 9.

Sepulcrum extrui potest in medio Chori, dummodo non emineat supra Chori planitiem, vel immineat Altari constructo, aut construendo in Confessione. 527.

Sepulcrum reservatum ab Ecclesiae fundatore pro se, suisque successoribus, valet, etiam contradicente Parocho, cui tamen quarta reservatur 658.

Sepulcrum gentilitium viri extenditur ad uxorem, si haec decessit non electa sepultura 830. etiam post mortem viri 3601. *ad* 5.

Sepulcrum gentilitium construi S. R. C. non permittit longe ab Altari palmo uno minus trium cubitorum 2061.

Sepulcra circumire non licet per Sacerdotes casula indutos, expleta Missa privata, responsoria recitantes, nec licet solemnia canere responsoria pro defunctis post Missam de festo currenti 2917. *ad* 2., *et* 3.

S. Silvestri PP. V. Festum.

Simplicis Ritus Festum cadens infra Octavam SSmi Corporis Christi gaudet tantummodo commemoratione, non autem IX. lectione 2332. 2595. *ad* 1., quam tamen habet, si ea die occurrat Festum Ritus dup. 2409. *ad* 1. 2723. 3152. *ad* 9.

Simplicia per accidens quoad commemorationem, et IX. Lectionem ex tribus per modum unius etc. 4229. *ad* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 4246. *ad* 1. 2. 3.

Spina de corona Domini, ac Sanctorum Reliquiae sub laicali dominio contineri non debent, jus tamen honorificum detinendi unam ex tribus clavibus tabernaculi, in quo eaedem asservantur, conceditur Magistratui 1913. Nequit eligi in Patronam, et electio facta declaratur irrita a S. R. C. 2815. potest deferri processionaliter sub baldachino aperto capite 3551. *ad* 2. Feria VI. in Parasceve non est exponenda ante Missam Praesantificatorum, sed ea peracta 4250. Indultum celebrandi Officium in altera ex Feriis VI. etc. Quadragesimae 4350. *ad* 1.

Statuam B. M. V. nigro velo circumdatam in nocte Feriae V. in Coena Domini cum Jesu Domino filio mortuo in gremium deposito in Ecclesia exponi posse, et sequenti Feria VI. in mane processionaliter deferri cum pluvialibus nigris Sacr. C. permisit 4004. *ad* 6.

Statutum, quo conceditur Capitulo facultas eximendi a servitiu senes, et invalidos, stricte est accipiendam, nec extendi potest ad Coadjutores 160. *ad* 1.

S. Stephani Regis V. *Festum*.

Stolam deferenti debetur praecedentia supra Archipresbyterum, et alios cotta indutos. 718. 3057. 3159.

Stola nec ab Hebdomadario, neque ab alio assistente horis canonicis deferenda est, quae tantum adhiberi debet in confectione, et administratione Sacramentorum 1768.

Stola deferenda est a Parocho, non ab aliquo ex Regularibus, si funus deferendum sit ad horum Ecclesiam 2162. *ad* 1.

Stola aptanda est ante pectus ad modum Crucis a Religioso Capuccino in aspersione, quae fit ab eo cotta, et stola induto, priusquam se paret pro Missa conventuali 2754. *ad* 8.

Stola ab Sacerdotibus, Sacram Eucharistiam sumentibus Feria V. in Coena Domini, potest in modum Crucis aptari, vel deferri e collo hinc inde pendens 2754. *ad* 9.

Subcantor quoad aliquas praerogativas, quae ei denegantur 2091.

Subcollectores, et alii Camerae Apostolicae Ministri, subsunt Episcopis, ubi agitur de Cultu Divino, de observantia caeremoniarum, rubricarum etc.

edixit, sed in causae revisione declaravit, Sedem Episcopalem reducendam esse ad tres gradus, et unum suppedaneum, ita tamen, ut sedes sit inferior mensa Altaris, et superior stallis Canonicorum 3996 *ad* 8., 4014. *ad* 8.

Thronus pro Abbate erigendus non est in Ecclesia, nec tribus illis diebus, in quibus ei Pontificalia permittuntur, si ipse absit, vel nolit Pontificalia peragere 3886. *ad* 4.

Thuribulorum duorum usus generatim improbatur, in aliquo tamen casu permittitur 227. *ad* 4. 1365. 2198. *ad* 10. 2636. 3087., unicum adhibendum in thurificandis Episcopo, Canonicis, aliisque omnibus, quibus thuris honor debetur 412., a quo deferendum sit ad thurificandum Magistratum 949.

Thurificatio Celebranti debetur triplici ductu; Dignitatibus, et Canonicis duplici 168., etiamsi absit Episcopus numquam competit Dignitatibus triplici ductu 278. thurificatio ordinanda, et exigenda est ad formam, et regulas Caeremonialis, scilicet, prius thurificandi Dignitates, et Canonici tam Cathedralis, quam Collegiatae: deinde Gubernator, et Officiales laici. Ita etiam quoad pacis osculum 298. 303.

Thuris, *et pacis* honor inter Missarum solemnia non debetur mulieribus, non obstante quavis contraria consuetudine, quae declaratur abusus 396.

Thurificatio quoad Magistratum 919. quoad Cancellarium 1066. quoad Syndicos 110. *ad* 2. Magistratui in Missa defunctorum omnino vetita 1039.

Thurificatio Chori in Missa solemni integre facienda est a Diacono 1070. incipienda a parte digniori, ea vero ordine successivo absoluta, continuanda ab altera parte 1330. 2226.; pars dignior illa est, ubi est appensa tabella Chori 1590., in quo servari debet dispositio Caeremonialis 2130. ita ut thurificandi successive sint Dignitates, et Canonici stantes in parte digniori, mox Dignitates, et Canonici, qui stant in altera 2491. primum thurificandus est Vicarius, et immediate Dignitates, et Canonici, qui sedent in eadem parte 1774. *ad* 2. 2972. *ad* 3. in casu particulari S.R.C. respondit, thurificationem Chori faciendam esse, ut fert consuetudo. 2347. in altero edixit, thurificationem incipiendam esse a parte, ubi adsunt Dignitates 3126.

Thurificationem accipere non licet capite tecto cum pileolo 2200.

Thurificari non debent Altare, et Chorus in Missa cantata sine Ministris 1480. *ad* 3. 3426. *ad* 12.

In Thurificatione Altaris, quae fit ad Introitum, Episcopus sedere potest, caeteri de Clero servare debent Caeremonialis formam 2734. *ad* 6. Ita etiam sedere potest in thurificatione Chori post Offertorium *Ibidem ad* 8. qui ordo tenendus sit in Vesperis Pontificalibus erga assistentes Episcopo 3402. *ad* 19.

Thurificatio, et osculum Evangelii (ubi hic mos est, dum Processio SS.mi Corporis Christi consistit ad Altaria erecta per viam) debentur Episcopo Suffraganeo deferenti Sacramentum, non autem Ordinario loci interessenti cum cappa 3253.

Thurificatio in Missa praesantificatorum Feria VI. in Parasceve 3287. 3329.

Thurificari nequeunt in Vesperis, Sacramento exposito, Fratres sodalitatis de cingulo S. Francisci in Ecclesia Conventualium Parmen.; neque, thurificato Altari SS.mi Sacramenti, debent etiam thurificari Altare S. Francisci, et hujus Statua ab Altari disjuncta 3641., neque alia Altaria 4031. *ad* 11.

Thurificari debent Imagines, seu Statuae Sanctorum dispositae inter candelabra, etiamsi inclusas non habeant SSrum Reliquias 4004. *ad* 4.

Thus in thuribulo imponendum est a Celebrante apud Altare, non apud sedem: contraria consuetudo eliminanda 1845.

Thus, si quinque absolutiones fieri

debent circa castrum doloris, ab Episcopo benedicendum est tantummodo in ultima, quae ad ipsum pertinet 3465. *ad* 6.

Thuris benedictio facienda est prout in Missali, nec mutandum est nomen S. Michaelis in alterum S. Gabrielis 3605. *ad* 22.

Thus adhibendum non est in Missa conventuali sine ministris, et cantu 3426. *ad* 12. imo nec in illa, quae cantatur sine ministris 4246. *ad* 21.

In thuris impositione servandae sunt Rubricae Missalis Romani, ac Caeremonialis Episcoporum 4246. *ad* 23.

De Titulari Ecclesiae Abbatialis fieri nequit Officium in Ecclesiis eidem suppositis 608. de Titulari Ecclesiae faciendum est, etsi occurrat cum Festo secundae classis ab Ecclesia universali celebrando 988.

Titularis Festum concurrens in secundis Vesperis cum primis S. Joannis Baptistae 1721.

Titularis Festum omnino celebrandum in die, quo cadit, non autem ei praeponendum Festum asserti Patroni Monasterii, quia Ordini, seu Monasterio non datur Patronus, cui propterea non alius competit ritus praeter notatum in Calendario 1723.

De Titulari Ecclesiae Matricis fieri debet tantummodo ab iis, qui sunt de ejusdem gremio 3352. *ad* 8.

Titularis Ecclesiae si descriptus sit eadem die in Calendario cum aliis Sanctis, peculiare habere debet Officium sine commemoratione Sociorum 3607.

Titularis Cathedralis Ecclesiae ab haereticis pollutae Festum, ut etiam illud Dedicationis celebrari posse S.R.C. respondit 3704. *ad* 1.

Transeuntes ante Altare, in quo expositum est SSmum Sacramentum, licet sit in patenti Pyxide clausum, utroque genu debent genuflectere 4032. *ad* 9.

Translatio SSrum Corporum a Cathedrali ad Collegiatam, quomodo, et a quibus fieri debeat 724.

Translatio Festorum simul concurrentium 2357. *ad* 1. 2389. 3543. 3551. 3900. *ad* 1. 3907. *ad* 1.

Translatio Festi perpetuo impediti 2390. *ad* 1. Rubricae servandae sunt quoad ordinem translationis 3214 3263. *ad* 1.

Translatis Festis S. Marci, et Sanctorum Apostolorum Philippi, et Jacobi, illud S. Marci primum est reponendum juxta ordinem Calendarii 3599.

Translato Festo quoad Officium, non quoad solemnitatem, potest fieri de Sancto ad libitum in die, in quo illud alias esset reponendum 3561. *ad* 2.

Translatio quorumdam Officiorum Religiosis tertii Ordinis S. Francisci pro Ecclesia SSrum Cosmae, et Damiani Urbis concessa 3751.

Translatio Festorum exigenda est juxta ordinem Calendarii, ita ut fieri debeat de Sancto prius in eo descripto, nullo habito respectu, quod Officium translatum sit vel Ecclesiae universalis, vel Nationis, vel Ordinis, vel Dioecesis, vel Ecclesiae particularis 3894. *ad Tit. de Translat. dub.* 5.

Translatio duplicium facienda est juxta ordinem Calendarii, et S. R. C. declarat, falsam esse illorum opinionem, qui putant Festum reponi posse in diem immediate sequentem ante alia Festa prius translata, cum Rubrica providere voluerit solis semiduplicibus occurrentibus in Dominicas infra octavas non privilegiatas 3960.

Translatio Festorum in paritate ritus, et sine excellentia majoris dignitatis fieri debet juxta ordinem Calendarii, ita, ut prius celebretur Officium ante translatum, deinde secundo loco translatum, et sic deinceps; nec ad duplicia trahi potest privilegium, quo gaudent semiduplicia occurrentia cum Festo primae classis habente octavam, vel cum Dominica infra octavam, quae transferuntur ad diem proximam, quae sit libera, etiamsi reponenda essent duplicia 1. classis prius translata 3970. *ad* 2.

Translatio Festorum ita ordinanda est, ut prius fiat de duplici, postea de semiduplici, et inter plura duplicia, de illo, quod est magis solemne sive ex ritu, sive ex dignitate prina faciendum est: quod si sint omnino aequalia, reponenda erunt juxta ordinem Calendarii: atque haec etiam regula tenenda est pro perpetuo translatis 4001. *ad* 3.

Translatio Officii SSmi Nominis Jesu occurrentis cum Dominica Septuagesimae fieri debet ad diem 28. Januarii 4150. *ad* 1. 4212. *ad* 8. 4293. *ad* 1.

Translatio Officii Sacrarum Reliquiarum, quod in Toletana Ecclesia celebratur die 19. Januarii, facta privata auctoritate ad Dominicam 3. post Epiphaniam, reprobatur; utrum vero satisfactum fuerit oneri Divini Officii tam in dicta Dominica, quam in aliis diebus recitando de consequenter translatis, S.R.C. noluit definire 4355. *ad* 1.

Vide alia V. *Officium*, *Festum*.

In Triduo Passionis, videlicet postremis tribus diebus majoris hebdomadae nequeunt peragi exequiae super cadaveribus; sed Officium cum precibus privatim est recitandum 3901.

Sanctissimae Trinitatis octava habet integras vesperas, si coincidat cum Festo dup. min. 3199. *ad* 2. infra octavam dici non debet ad Primam Symbolum S. Athanasii, sed tantum in die festo, et octava *Ibidem ad* 3. 3660. *ad* 2. 3894. *Alia Dubia ad* 13. diebus 6., et 7. infra octavam faciendum est de 2. et 3 infra octavam Corporis Christi cum commemoratione octavae Trinitatis 3660. *ad* 3. In occurrentia excludit omnia Festa, etiam ritus superioris: in concurrentia vero vel vesperas integras, vel simplicem commemorationem habet, prout exigit ritus Festi sequentis 4299. *ad* 10. In octava, ubi fieri nequit, quia impedita a Dominica infra octavam privilegiatam SSmi Corporis Christi dici nequit ad Primam Symbolum S. Athanasii 4329. *ad* 5.

Typographus Cameralis, solos, et privative potest edere Sanctorum Officia, quae a Sacr. Rituum Congregat. adprobantur, et conceduntur 3096. Alibi impressa sine opportunis facultatibus nullam fidem merentur. *Ibidem*.

V

Velum Calici impositum, tam in principio Missae, quam post communionem debet operire a parte anteriori totum Calicem 2313.

Velum, quo Crux tegenda est Feria V. in Coena Domini, potest esse albi, vel violacei coloris juxta consuetudinem Ecclesiae 4173. *ad* 2. seclusa consuetudine, albus praecipitur; violaceus vero in Processione, et Altaris lotione 4265. *ad* 4.

Versiculi in commemorationibus, quae fiunt in Officio feriali, et semiduplicibus, a duobus semper cantandi 204. *ad* 19.

Versiculus: *Ora pro nobis etc.* pro commemoratione S. M. V. non est variandus, etiamsi fiat Officium, in quo idem versiculus occurrat, qui proinde sumendus erit ex communi 3199. *ad* 1.

Versus quales esse debeant post Capitulum in secundo Nocturno Feria VI. et Sabbatu post octavam Ascensionis pro utentibus Breviario Monastico 3894 *ad Tit. de vers. dub.* 1. quales in primis Vesperis S. Caroli Borromaei pro commemoratione SSrum Vitalis, et Agricolae *Ibidem dub.* 2.

Vesperae defunctorum post Vesperas Dominicae, vel alterius festivitatis cantandae, si postridie sit prima dies mensis non impedita pro defunctorum Officio 51. *ad* 4.

Vesperae a Celebrante inchoari debent, ut etiam Antiphona ad *Magnificat* in-

tonari, ac Oratio dici ad formam *lib.* 2. *cap.* 3. Caeremonialis 204. *ad* 15.

Vesperae solemnes celebrandae ab Episcopo, si adesset, et vellet, eo absente, impedito, aut nolente, celebrari debent a digniore in crastinum celebraturo, non ab Hebdomadario 1115.

Vesperas solemnes canere post meridiem tempore Quadragesimae illicitum 1387.

Vesperae secundae de die octava non privilegiata concurrentes cum primis Vesperis Festi duplicis dimidiandae 2137. *ad* 1.

Vesperae si concurrant de festis unius Conf. Pont., et alterius Conf. non Pont. aequalis ritus sunt dimidiandae 2908. *ad* 1. Ita etiam si concurrant de Festis duorum Patronorum quorum unus recentior sit, alter antiquior. *Ibidem ad* 2. Si in Vesperis sibi occurrant Festa ejusdem ritus, et dignitatis, etiamsi alterum celebrius sit, Vesperae nihilominus sunt dimidiandae 3024.

Vesperae S. M. de Consolatione, concurrentes cum Vesperis S. Augustini aequalis ritus, non sunt dimidiandae, sed integrae recitandae cum commemoratione S. Augustini. 4208. *ad* 2. 4329. *ad* 7.

Vesperae octavae SSmi Corporis Christi non admittunt commemorationem S. Cordis Jesu, de quo sequenti die celebratur Festum, et in hoc utendum est colore albo 4208. *ad* 3.

Vesperae integrae possunt recitari de illis Sanctis, quorum Festa celebrantur cum magna solemnitate, et populi concursu; facta commemoratione tantum alterius Officii occurrentis aequalis ritus 4299. *ad* 17., *et* 18.

Vesperae de Festis secundariis SSrum majoris dignitatis concurrentes cum festis SSrum aequalis ritus, sed minoris dignitatis, num integrae sint persolvendae, vel dimidiandae 4299. *ad* 19.

Vesperae Dedicationis, concurrentes cum Vesperis Conceptionis in Hispaniis, ubi hoc Festum est primae classis, debent esse integrae 4329. *ad* 1. Verum S. R. C. in aliam postea venit sententiam, ut se strictius conformaret Rubricis 4342. *ad* 3., *et* 4. 4350. *ad* 9., *et* 10.

Vesperae de SSmo Corde Jesu, ubi hoc Festum est duplex primae classis, debent esse integrae sine commemoratione Octavae Corporis Christi 4338. *ad* 3.

Vestis talaris cum cauda num licita? 2490. 2514. 2521. 2574.

Vexillum alicujus Sancti, qui defert in Processione, incedere debet detecto capite non inter Capitulares, sed inter laicos 3076.

Viaticum ob locorum distantiam, difficultatem itinerum, viarum asperitatem, ut a Parocho deferri possit equitando S. R. C. indulget, juxta tamen arbitrium, et prudentiam Episcopi 3951.

Viaticum ad infirmos feria VI. in Parasceve deferendum est juxta modum; nempe recitando Psalmos submissa voce cum *Gloria Patri*, quia haec actio nihil commune habet cum functione diei, idcirco non repugnat stola albi coloris; populus tamen sine benedictione est dimittendus 4021.

Vicario generali danda est pax cum osculo 6.

Vicarius generalis praecedit Dignitates, et Canonicos non paratos in Choro, Processionibus, Congregationibus capitularibus etc. 14. *ad* 3. 46. 204. *ad* 6. 347. 621. 879. 899. *ad* 1. 1140. 1141. 1183. 1184. 1517. 1750. 1759. 2127. *ad* 1. 2603. 2683. 2685. 2845. *ad* 2. 3. 4. *et* 5. 3008. 3045. *ad* 1. 3100. 3849. 4025. *ad* 2. 3., *et* 4. secus si sint parati 70. 458. 775. 817. 1140. 1970. *ad* 2. 1909. 3085. *ad* 1. contraria consuetudo abusus est 458. idipsum competit Pro-Vicario, qui tamen, si est Canonicus, debet in Choro tenere locum suae receptionis, quatenus frui velit distributionibus 1476. si Canonicus non est, nullo modo ei competit usus sacrarum vestium, dum Canonici vel in Choro as-

stallo, et quatenus opus sit, addatur sedile 924 995., et stallum assignandum Vicario debere esse fixum, nec amplius variandum S. R. C. sancivit 1155. nequit mutare sedem, sed debet sedere in loco sibi conveniente 1037.

Vicarius generalis in habitu vicariali, tam praesente, quam absente Episcopo, thurificari debet ante omnes 965.

Vicarius generalis Sacerdos, quatenus non habeat facultates limitatas, potest baptizare sine Parochi consensu. 991.

Vicarius generalis, qui simul est Canonicus debet subscribere acta capitularia in loco suae receptionis in Canonicatu 1001., prout etiam sedere, dum interest Congregationibus Capitularibus 1013.

Vicarius generalis non Praelatus quoad habitum 1055.

Vicarius generalis in Processione SSmi Sacramenti nequit incedere post baldachinum, et occupare locum Magistratus 1087.

Vicarius generalis in habitu canonicali nulla gaudet praeeminentia, non obstante contraria consuetudine. 1092. 1101. secus in habitu vicariali 1093. 1101.

Vicarius generalis non habet vocem in Capitulo uti Vicarius, habet tamen uti Canonicus, sed in loco suae receptionis 1100. est thurificandus duplici ductu, dummodo non sit consuetudo eum thurificandi cum tribus 1147. 1849. dum Canonici sacris vestibus sunt induti, debet incedere post Episcopum, eo absente, post Celebrantem 1195.

Vicarius generalis in examine ordinandorum assistens in habitu vicariali, praecedit omnes Dignitates, et Canonicos etiam Protonotarios 1390.

Ad Vicarium generalem pertinet impertiri licentiam recedendi a Choro, absente Episcopo 1520.

Vicarius generalis tenetur assurgere, dum praeintonantur Antiphonae, in ea parte Chori, ubi sedet 1572.

Vicarius generalis thurificari debet non ante, sed post Episcopo assistentes. 1608.

Vicarius generalis in habitu canonicali munia tantum Canonici explere debet 1610.

Vicario generali nullo modo competit honorifica associatio Clericorum, et Beneficiatorum, aut ministratio asperaorii per Canonicum 1618., non ei competit praeintonare Antiphonam (nisi sit Canonicus, et sedeat in stallo suae receptionis), aut recipere palmam, et candelam ante Canonicos paratos 1626.

Vicarius generalis nequit sedere in sede Episcopali, in qua Episcopus conciones auditurus sedet 1646. si habet sedem separatam in Choro nequit occupare stallum Dignitatis 1678., nequit occupare primum stallum, si ejus Antecessores sederunt in sede separata 1759. in Sermonibus Synodalibus, aliisque Congregationibus praeferendus Dignitatibus, et Canonicis 1652. de loco ab eo occupando in Processionibus 1776. 3979. *ad* 3. nedum thurificandus est post Canonicos Sacris indutos Sacrificii ministros, sed etiam post Canonicos Sacris pariter amictos in stallis choralibus 1777.

Vicario generali non competit usus bugiae, neque alia conveniunt, quibus Episcopalis Dignitas distinguitur 1779. neque ei competit usus pluvialis, nisi sit de gremio Capituli, quo in casu incedere debet in loco suae receptionis, non obstante contraria consuetudine, quae abusus declaratur 1796. 1826.

Vicarius generalis neque vi consuetudinis et Decreti Synodalis, potest sibi usurpare vices Episcopi, quae primae Dignitati debentur 1825. *ad* 1.

Vicarius generalis conveniens una simul cum Magistratu in Ecclesiis Regularium gaudet praecedentia, nec tamen habere debet sedem supra scamnum ejusdem Magistratus, sed in alia parte sejunctim ab illo. 1917.

Vicarius generalis, si locum cedere nolit Canonicis paratis in Choro, et Pre-

in suo stallo, quatenus frui velit distributionibus 1484. et tunc nullam habere potest praecedentiam 2265. nequit sedere in sedili Episcopali, illo scilicet, in quo Episcopus auditurus Conciones sedere solet 1646. in Processionibus debet incedere a sinistris Dignitatis repraesentantis Capitulum 1730. nequit exigere a Sacerdotibus, et Clericis illud obsequium, quod soli competit Episcopo 2832.

Vicario Capitulari non licet interesse Choro, vel aliis functionibus cum vestibus brevioribus 3656. *ad* 3., nec interesse Concionibus cum symmate, vulgo *zimarra*. *Ibidem ad* 5. Concionem audienti inter Missarum solemnia non debetur praecedentia supra Celebrantem Sacris indutum. *Ibidem ad* 7. indutus vestibus suae dignitatis primum locum occupare debet in Processionibus etc. *Ibidem ad* 8. (Intellige, si Vicarius simul sit prima Dignitas, secus enim occupare debet secundum, cedens primum Dignitati, quae repraesentat Capitulum) nequit in expeditionibus uti proprio sigillo, sed adhibere debet illud Capituli. *Ibidem ad* 9.

Vicarii Curati perpetui habent inter se praecedentiam secundum ordinem receptionis, non autem secundum majorem dignitatem Ecclesiae, in qua curam exercent 202.

Vicariis Curatis perpetuis debetur praecedentia supra amovibiles 1294. *ad* 3.

Vicarius Curatus nec sedere debet supra Dignitates, et Canonicos, nec ire cum iisdem ad circulum coram Episcopo 469.

Vicarii Curati perpetui Basilicarum S. Joannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, S. Mariae transtyberim, et S. Laurentii in Damaso, obtinent praecedentiam supra Rectores aliarum Parochiarum 3166.

Vicario Curato amovibili Ecclesiae Cathedralis Ariminen. debetur delatio stolae, et non alteri ex Mansionariis, etsi hi intersint collegialiter aine Capitulo 3897.

Vicarius foraneus nullam habet praecedentiam supra antiquiores Presbyteros 42. 45. 109. 114. 133. 151. 155. 291. 296. 420. 651. 714. 1131. 1571. 1674. 1792. 1817. 2072. 2089. 2176. 2330. 2449. 2680. 2804. 2900. 2929. 2974. 3123. 3144. 3405. 3451., non obstantibus Constitutionibus Synodalibus 1058. digniorem locum habet interessendo Congregationibus tamquam delegatus Episcopi 79. 291. 1436. 2777. 2804. 2974. 3629. *ad* 2. etsi alias S. R. C. respondisset: praecedentiam deberi Vicariis foraneis in Congregationibus, quae fiunt pro resolutionibus casuum conscientiae, ut ex numeris supra citatis; nihilominus in Imolen. stetit pro parte negativa 2929. *ad* 2. Ei in Choro ratione Vicariatus non debetur ante alios antiquiores honor Pacis, et Thuris 2507. neque ei competit dicere *Actiones nostras etc.*, aut exigere reverentiam ab iis, qui e Choro discedunt, quia haec conveniunt digniori de Clero 2661.

Vicarius foraneus ex consuetudine non acquirit jus praecedendi supra Canonicos, et Priorem Collegiatae 586., si Canonicus simul sit, potest interesse, et vocem habere in Capitulo, sed locum tenere debet suae receptionis 696. *ad* 1., *et* 2 nullum jus habet exercendi functiones, praetextu Vicariatus 1792., nou ei licet retinere genoflexorium ante stallum, et habere thus triplici ductu 2330.; potest in casu necessitatis licentiam dare laborandi in diebus festivis, si recursus haberi nequeat ad Episcopum 2720. *ad* 6.

Vidua defuncta absque electione sepulturae, sepeliri potest in sepulcro sui viri constructo in Ecclesia Regularium 3601. *ad* 5.

Vigiliae translatio quandoque concessa, nulla tamen facta alteratione quoad Officium, et Missam 876. 1364. 2288. 2435. 2453. 3532. 3709. 3977. in ali-

quo casu extensum indultum, etiam quoad commemorationem in Officio 2867.; quandoque concessus usus carnium, servato tamen jejunio 2484.

Vigilia S. Joannis Baptistae incidens in Feriam V. cum Festo Corporis Christi anticipanda est Feria IV. 943.3604., intellige quoad jejunium, sed quoad Officium, et Missam nihil fieri debet 1163. 3604.

Vigilia S. Antonii Patavini, quae a Fratribus Minoribus servatur cum jejunio, si incidat cum Festo Corporis Christi anticipanda est in Feria IV. 1836.

Vigilia cessasse censetur, si e solemnitatibus de praecepto expunctum sit Festum, cui praemittebatur; dummodo tamen non sit indicta ex voto, ad cujus observantiam tenentur tantum voventes 1872.

Vigilia S. Thomae Apostoli, si occurrat cum Festo novem lectionum, gaudet sola commemoratione in Missa post commemorationem Feriae; sed nihil de ea fit in Officio 2033.

Vigilia Nativitatis Domini comprehenditur in Decreto, quod vetat Missas de requiem in duplicibus 2198. *ad* 4.

Vigilia si incidat in aliquam Feriam, in qua ex indulto Apostolico dispensatum fuit ab abstinentia a carnibus, ovis etc. rigorose servanda est tam quoad abstinentiam, quam quoad jejunium 3010.

Vigilia S. Mathiae incidens in Feriam tertiam carnis privii 3176. 3177.

Vigilia S. Marci, si de praecepto sit, et cadat in Feriam tertiam Paschatis, transferenda est ad diem, quae praecedit Festum ejusdem Sancti translatum 3226.

Vigilia Epiphaniae non admittit Missas votivas, et defunctorum 3279. *ad* 5. 3555. *ad* 1. 3639. *ad* 2., etiamsi sit Feria secunda, in qua apud quosdam Regulares solet celebrari Missa pro defunctis, nisi occurrat Festum duplex 4325. *ad* 16.

Vigilia cum jejunio, quae incidit in Feriam III. infra Octavam Pentecosten, transferenda est ad aliam diem ab E-

piscopo designandam 3339.

Vigilia Nativitatis D. N. J. C. occurrens in Dominica, habet primas Vesperas a capitulo praecedentis Sabbati, si recitatum fuerit Officium de Feria. 3515. *ad* 8.

Vigilia Festi omnium Sanctorum. Si in ea fiat Officium semiduplex praeter commemorationem Vigiliae, dicenda sunt in Officio consueta suffragia, et oratio *A cunctis* in Missa, non autem de Spiritu Sancto 3678. *ad* 1.

Vigilia Nativitatis D. N. J. C. non admittit Orationes a Superiore praeceptas pro pace, aeris serenitate etc. 4150. *ad* 5.

Vigilia in Adventu, etsi nihil de ea fiat in Officio, cum habeat commemorationem in Missa, habet etiam Evangelium in fine, exceptis Feriis quatuor Temporum 4252. *ad* 4.

Vigilia quamvis incidat infra Octavam Corporis Christi, quae privilegio gaudet excludendi quaelibet Festa tam occurrentia, quam translata, habere nihilominus debet nonam Lectionem, et commemorationem, tam in Laudibus, quam in Missa 4299. *ad* 3. Et in Cathedralibus, ac Collegiatis omitti non debet altera Missa conventualis de Vigilia in paramentis violaceis. *Ibidem ad* 4.

S. Vincentii Officium V. Officium.

Visitatio incipi potest in Ecclesia, quam seligere ex duabus maluerit Episcopus, sine tamen praejudicio jurium alterius. 1. *ad* 2.

Umbella uti nec licet Praesidi, neque alteri cuiquam in solemnitate Corporis Christi, dum fit Processio solemnis 3185. *ad* 1.

Uniformitas in recitatione Divini Officii non est causa sufficiens, cur aliquorum Festorum ritus elevetur 3350. *ad* 4. 5. 6., *et* 7.

Vocati ad associandum funus, omnes

convenire debent in Ecclesiam parochialem, vel aliam Ecclesiam, ceu praescribit Ritnale Romanum 638. *ad* 1. 643. 1054. 1388. *ad* 1. 1446. 2128. 2619. 2763. *ad* 10. 2886. 3002. 3257. 3299. Si cadaver depositum fuerit in aliqua Ecclesia, ad hanc omnes convenire debent, non excepto Capitulo Cathedralis; si vero cadaver domi sit, et Capitulum Cathedralis interesse debeat, omnes conveniant ad Cathedralem: deducto autem funere ad Ecclesiam tumulantem, Capitulum in reditu non est associandum 2942. *ad* 2.

Votum celebrandi nonnulla Festa de praecepto cum Vigilia, et Processione, licet ab Episcopo confirmatum, non obligat, nisi voventes 1474. Vide etiam 1264. 1297. 1724. 1816. 1872. 4003.

Votum emissum a Consilio generali Fabriani celebrandi quotannis Festum S. Romualdi Patroni minus principalis de praecepto, et servandi vigiliam ante Festum Purificationis B. M. V. in gratiarum actionem pro accepto beneficio, confirmatur, cum limitatione tamen ad unum praeceptum audiendi Sacrum quoad Festum S. Romualdi. 3522.

Votum emissum a Magistratu, et ab eodem tantum demandatum, irritum declaratur. 3849.

Usus a quibusdam Canonicis introductus habendi praeter Diaconum, et Subdiaconum etiam Presbyterum assistentem cum candela accensa, interdicitur 620.

Usus celebrandi quamplura Festa sub ritu dup. maj., quia apud Populum in veneratione, et celebria sunt, nequit sustineri 4011. *ad* 1.

Z

De S. Zoilo Confessore faciendum non est Officium, cum ejus nomen nec in Martyrologio Romano, nec in vetustiori reperiatur: nam ibi fit tantum mentio *S. Zoili Martyris* 2385. *ad* 1.

REIMPRIMATUR

Si videbitur Rmo Sacri Palatii Apostolici Magistro.

J. Patriarch. Constant. Vicesg.

REIMPRIMATUR

Fr. Thomas Dominicus Piazza Ord. Praed.
S. P. A. Pro-Magist.